In sequentes libros C

Libro primo l
Explicatio le
Tribunitię p
Senatum: &
Contentio inter Matium:
post eius obitū a Sertorio e
lia acta sunt.

Libro secunde
tio: & mors.
nes eiusdem
inter Cęsare
belli. Quę a Cęsare in hibe
Belli Pharsalici victoria a
Aphrica: & Hispania per
& tumultus in urbe referu

Libro tertio h
torū ex urbe
tentiones ei
a Dolobella
iudicatur. Bellum Mutine
Pansę interitus. Conciliat
occupatio ab Octauio. Pos

Libro quarto
spiratio in S
Proscriptio

ir.
is.
ter
le.
eqꝫ
ta
a
o
dij
lis
ūt.
ia:
is:
ta
n
ors
tis
&
us
ur.
n
is.
&

Saun M. Sc. Joann. Bibliotheca de Ayala
Salm.a 1698
C



In ſequentes libros Capitula ex ordine ſcribuntur.

Capitula libri primi.

Libro primo bellorum ciuilium hęc cõtinentur. Explicatio legis agrarię. Gracchorum interitus. Tribunitię poteſtatis īmutatio. Seditiones inter Senatum: & equeſtrem ordinem. Bellū ſociale. Contentio inter Marium: & Syllam. Syllę monarchia. Quęq; poſt eius obitū a Sertorio eo anno in hiberia: a Spartaco in Italia acta ſunt.

Libri ſecundi.

Libro ſecundo hęc cõtinentur. Catilinę coniuratio: & mors. Cęſaris probitas in hiberia. Seditiones eiuſdem in urbe. Clodij obitus. Origo odij inter Cęſarem: & Pompeium. Principiū ciuilis belli. Quę a Cęſare in hiberia contra Pompeij duces geſta ſūt. Belli Pharſalici victoria a Cęſare. Quę in Alexandria: Syria: Aphrica: & Hiſpania peregit Cęſar. Demū ipſius interitus: & tumultus in urbe referuntur.

Libri tertij.

Libro tertio hęc continentur. Diſceſſus conſpiratorū ex urbe. Aduentus Octauij Cęſaris. Contentiones eiuſdem cū Antonio. Trebonij mors a Dolobella. Quemadmodum Antonius hoſtis iudicatur. Bellum Mutinenſe: & Antonij conflictus. Ircij: & Panſę interitus. Conciliatio Antonij cū Lepido. Conſulatus occupatio ab Octauio. Poſtremo decimi Bruti finis referatur.

Libri quarti.

Libro quarto hęc cõtinentur. Triumuirum conſpiratio in Senatum. Tumultus & clades urbis. Proſcriptiones optimatū: & interitus. Varij &

admirandi fortunę casus. Quę a partium fautoribus in Libya gesta sunt. Dolobellę mors. Belli apparatus p. Brutum: & Cassium in Asia. Octauij demū & Antonij in utrq; victoria.

Libri quinti.

Libro quinto hęc continentur. Nouus Senatorū apparatus in Octauiū: & Antoniū. Que ab Antonio in Asia: a Cęsare in Italia in promerendis victricibus copijs agitata sunt. Dissensio inter Octauium: & Lucium Antoniū. Perusina fames. Conciliatio iterum & affinitas: orbisq; partitio inter Octauiū & Antoniū. Conciliatio item cū Sexto Pompeio ab utrisq;. Dissensio iterū & nauale bellum inter Sextū: & Octauiū. Sexti fuga: & mors subinde describitur.

Libri sexti.

Libro sexto hęc continentur. Illyriorum situs: & eorundem origo populorum peruetusta. Quę ab Octauio in Illyrios: quę ue ab alijs prius gesta referuntur.

Libri septimi.

Libro septimo breuis explicatio Cęltici belli usq; in finem continetur.

Capitulorum finis.

P.Candidi de ciuilibus Romanorum bellis ex Appiano Alexandrino in latinū traductis liber primus incipit.lege feliciter.

SEnatus populusq; romanus mutuis sępenumero contentionibus de legū latione:uel si quando debitorum abrogationes: agrorum ue partitiones fierent: uel in comicijs una adessent dissidebant.nō tamen armatę manus opus erat ciuile bellum: ueq; discidia ac turbationes duntaxat ex lege/moderate quieteq; inter eos agitabant. Quamobrem cum simili ex dissensione plebs se aliquando in unū contulisset/ nō statim armis usa est: ueq; montē ascendens qui ob hoc sacer dicitur:nullo prelio concita/magistratum a se ipsa protulit:quem Tribunatum appellauit.potissimū ut consulum conatibus obsisteret:quos Senatus eligebat/ne perfectā illi in republica haberent potestatem. Ob id uero hę ad inuicē dignitates maiore inter se cōtentione: ac furore subrogari cœpte/ a Senatu populoq; romano per partes creabant: ita ut per auariciam ac largitionē alter alterius inniteret potestati. Martius autem Coriolanus in huiusmodi dissensionibus prēter ius eiectus urbe/ad Volscos confugit:& patrię subinde bellum intulit: quem primū dicet quispiam in seditionibus ad arma fecisse aditum cū profugus existeret. Gladius nempe in concilio hactenus a nemine exertus: aut ciuili in contentione illata cędes/prius q̄ Tiberius Gracchus plebis fautor:& leges inferens ī seditione occisus est: & cū illo multi in Capitolio deprehensi/ circa templum interiere. Quibus ex rebus minime se cohibentibus discidijs/diuisis inter eos apertę odijs/ gladijs accincti sępenumero inter sacra aut comicia aut in foro/alicuius ex primoribus secuta nece:seu Tribuni per interualla:seu ducis:siue

Contentiones inter Senatū populumq; romanū a principio.

Mons sacer.

Tribunitia potestas.

Martius Coriolanus.

Tiberius Gracchus.

Contentiones impudentissimas nota.

consulis: aut alterius ad hęc designati contentiones impudentissimas nullo ordine palatim ędidere: quas legum: & iudiciorū cōtemptus insecutus est. Inualescente itaq; in dies malo: insurrectiones manifeste ī rempublicam factę sunt: exercitus quoq; magni: ac potentes p uim in patriam inducti fugitiuoq; scilicet: ac damnatorū: aut ad magistratū aliquem: exercitūq; ad inuicem certantiū. Et iam dynastę in plurimis: & seditionū principes: ac monarchici aderant: cū quidā sibi creditos a populo exercitus deponere negarent: quidā sibi cōmissa sine publica utilitate exteris impenderēt: & quis prius urbē sibi uendicaret pariter inter se contenderent/uerbo in aduersantes gesturi bellū: re autē cōtra patriā pugnarēt. Nam urbē ut hostilē inuaserāt: ac cędes cōtinuę nefarię cū obuijs agitabant: aliorū pscriptiones funestę: fugęq; & onera assidua occurrebāt: plurimorū tormenta ex odio indicta: nullū scelestū opus aberat: quoad unus seditiosoq; caput anno potissimū quinquagesimo a Gracchi Tribunatu Cornelius Sylla malū malo mederi satagens se principē in plurimis professus est: quem dictatorē nominant: & in periculosissimis reipublicę calibus per sex mensęs creari solitum iam facere desierant. Verū Sylla ui quidem ac necessitate/licet uerbo ad dictaturam perpetuam electus: cū demū potentia abunde frętus esset/primus ex omnibus ut mihi uidetur inuentus est qui tyrannidem deponeret: diceretq; se eorū pœnas subire uelle: pro quibus damnaretur: Priuatus quoq; intuentibus cunctis per forū ambularet: & domū absq; iniuria rediret/ tanta inspicientibus eum dignitatis reuerentia & metus inerat: aut depositi muneris stupor: aut inferēdę pœnę uerecundia: aut alia benignitatis ratio: quasi ad utilitatē publicam cōduceret tyrannis. Non multo deinde cū dissensiones in Syllam defeciissent: eorumq; uindictę quę a Sylla erant perpetrata denuo post illū emanarunt: donec Caius Cęsar principatum occupauit/ magnā iam inde in Gallia adeptus gloriam.

Dynastę.

Principes.

Monarchici.

Cornelius Sylla dictator: & princeps.

Magnanimitatem attende uiri.

Laus Syllę.

Caius Cęsar.

Senatu itaq; iubente ut exercitū deponeret/ cauſam ī Pompeiū referens: quaſi nō a Senatu: ſed a Pompeio hoſte oppugnaret: qui exercitū per italiam deduceret: & ad regnū aſpiraret/ pacis conditiones protulit: ut uel uterq; eoꝝ exercitus teneret ad reprimendas mutuę inimicitię ſuſpitiones: uel quos Pompeius haberet mutuo deponeret: & pari modo ſub legib⁹ uterq; priuatus degeret. Quorū cum neutrū eſſet aſſecutus/ e Gallia deduxit: & in Pompeiū unaq; in patriam inuectus: abeuntemq; perſecutus in Theſſalia demū illuſtri pugna ſuperauit. Inde in ęgyptum poſt illum progreſſus cū ab ęgyptijs occiſum intelligeret/ Romam redijt: & ęgypti rebus conſtitutis tam diu immoratus eſt: donec reges ordinaret. Seditioſū admodū: cui ob geſtarū rerū amplitudinē magni cognomen aderat/ ſic aperte bello ꝓfligauit nemine ſibi obſiſtere quoquo modo audente: ut ſecūdus poſt Syllam dictator perpetuus fieret: ſeditioneſq; cōprimeret. Hunc deinde Brutus: & Caſſius/ ſiue çelo principatus: ac potentię: ſiue patrię caritate ducti in Senatu interfecere populatem maxime: dominandiq; expertiſſimū. Ex quo populus eum prę cęteris cœpit concupiſcere: & interfectores eius undiq; cōquirere. Funus etiā medio in foro ędidit: tēploq; conſtituto iuxta pyrā ueluti deo ſacra exhibuit. Seditiones igit denuo in maius adaucte ad ſūmū peruenerūt. Cędes quoq;: & fugę: & damnatoꝝ proſcriptiones/ cum Senatorū: tum equitū ex eorū multitudine crebro ab utriſq; ędite: ſeditioſis hoſtes ſe ad inuicem prębentibus: & ob id ſuos negligentibus/ ſiue amicos: ſiue fratres: adeo natiuam caritatē contentio aduerſa deuicerat/ ut romanorū imperiū ueluti poſſeſſionē propriā bi tres potiſſimū inter ſe partirent uiri Antonius: & Lepidus: & cui Octauius perprius nomen fuit ex Cęſaris ſtirpe: & ab illo in teſtamēto poſitus: eamq; ob rem Cęſar appellatus. In hac igit partitione rerum publicarū/ non multo poſt inter ſe conuerſi: ut ſimilium mos eſt/ Cęſar Lepidum ingenio: & experientia

Principatu a Cęſare occupato Senatus quid.
In Pompeium.
Pacis conditiones a Cęſare prolatę.
Cęſaris probitas.

Pompeius magnus cur.

Brutus & Caſſius Cęſaris interfectores.

Amor populi erga Cęſarem.
Sacra Cęſari.
Cędes: fugas: & proſcriptiones attende.

Antonius.
Lepidus.
Octauius.
Acta per Octauium Cęſarem Auguſtū.

longe prȩcellens: cui libya ex ſorte obuenerat dignitate ſpoliauit. Poſtea Antoniũ circa Actiũ bello uicit: cui a Syria ad Ioniũ uſq; ſinũ ademit principatũ. Ad hȩc igit̃ prȩterea tam ingentia: & admiranda: quȩ omnes fere ĩ ſtupotẽ uerterãt claſſe peruectus/ ęgyptũ cepit: quȩ & diuturnitate: & potentia poſt Alexandrũ longe inclyta regio/ ad ea: quȩ nũc cõtinet romano imperio deeſſe uidebat̃. Ob has res Auguſtus: q̃q̃ in opere adhuc eſſet uocitatus: & primus a romanis eo nomine quo Cȩſar appellatus/ Caio etiam potentiorẽ patrię ſeſe exhibuit: gentibuſq; uniuerſis imperio prȩfuit: nullius deinceps electiõis: aut creationis: aut obſequij indigus. Procedẽte deinde tempore cũ ad ſummũ rerũ ꝑueniſſet ad omnia felix: ac tremendus/ genus ex ſe: & hȩredes: qui imperio prȩeſſent dereliquit. In hũc igit̃ modũ uarijs ex diſſenſionibus romanoꝝ reſpublica ad concordiam tandẽ monarchiamq; peruenit. Hȩc omnia quemadmodũ geſta ſunt ex ordine deſcripſi: quȩ admiratione potiſſimũ digna habent̃/ in unũ colligens/ ut cõtentionẽ uirorũ maximã: imperandi cupiditatẽ uehementiſſimã: & patientiã pene intolerabilẽ intelligere uolentibus offerrem: formas quoq; malorũ infinitas explicarem: maxime cũ mihi ęgyptiam hiſtoriã res antecedentes: deinde in eam finientes neceſſarium ſit ante ſcribere. Aegyptus quippe per diſſenſionẽ capta eſt Antonio Cleopatrȩ ferente auxilia. Diuidunt̃ hȩc autẽ ob multitudinẽ in hunc fere modũ. Quȩcunq; ſupra Corneliũ Syllam a Sempronio Graccho: deinde quȩ ab his ad Caij Cȩſaris interitum. Reliqui ciuiliũ bellorũ libri quȩcunq; Triumuiri ad inuicẽ: & in romanos geſſere/ uſq; ad ultimũ: & maximũ eorũ facinus a Cȩſare geſtũ circa Actium cõtra Antoniũ ſimul: & Cleopatrã cõtinent: quod principiũ ęgyptię erit hiſtorię. Romani italiã ꝑ partes bello uendicantes telluris portiones inter ſe diuiſerãt: In hiſq; uel cõdiderãt urbes: uel ubi cõditę prius fuerãt/ ipſi colonos ſorte deduxerãt: & has quidẽ prȩſidioꝝ cauſa munierãt.

Aegyptus.
Alexander magnus.
Ad omnia felix.
Octauius.
Monarchia.
Hiſtorię diuiſio.
Cornelius Sylla.
Sempronius Graccus.
Triumuiri.
Cleopatra.
Hiſtorię principium origo legis agrarię.
Diuiſio telluris.

Agros uero: quos quiſq; bello adeptus eſſet eaꝝ habitatoribus colendos dederant: uel precio illis attribuerant: uel mercedis cauſa contulerāt. Si qua autē tellus ingruentibus bellis inculta remanſiſſet/quo multitudine impleret/ neutiq; ꝑ negligentiā ſortiri paſſi/ in hūc modū proclamari iuſſerāt. Volentibus interim agros colere/annua uectigalia publice eſſe pendenda ſeminū partem decimā: arborū uero quintam eorū quos percepiſſent fructuū. Adhibitus etiā pecoribus uectigalis exigendi modus maiorū minorūq; armentorū: quę uiciſſim illis precio uenundabant/ quo plus uiriū :ac roboris italo adderet generi aptiſſimo (ut eis uidebat) ad labores tolerandos: & ꝓpugnatores domeſticos haberent. Quod econtra illis obuenit. Nam diuites telluris indiuiſę portionem ſibi magnā uendicantes: & a nemine ob diuturnitatē auferri poſſe confiſi/quęcunq; ipſis finitima: in quis permultę tenuiorū portiones inerant: partim ſuadendo/ pręcio ad ſe aſciſcentes: partim per uim auferentes immenſa campoꝝ ſpacia obſederant/agricolis in his emptis & pecoribus utentes. Liberos etiā ab agris ad militiā trāſire prohibebant: huiuſmodi poſſeſſionibus ingentes illis utilitates ex magna ſeruorū induſtria afferentibus: qui ob militię uacationē periculorū expertes in īmenſum creuerāt. Ob hęc igit potentes ditabant maxime: & ſeruoꝝ multitudo undiq; prouinciam impleuerat. Itali uero inopia pariter & deſidia torpebāt: egeſtate: uectigalibus: & militię onere oppreſſi. Ex his pleriq; uacationē ocio adiunxerant/ omni tellure excluſi a potentibus cum illi ſeruis liberorū loco ad colendos agros uterentur. Hęc populus grauiter ferre cœpit cum ex propugnatoribus Italię nihil utilitatis acciperet: neq; aliqua illi ſine periculo militia adeſſet ob ſeruorum multitudinem: directionem autē nullam intueretur: cum nec facile aut iuſtum uideretur talibus uiris per tantū temporis poſſeſſam tam ingenti ſpacio adimere tellurem arboribus: domibus: cęteriſq; apparatibus proprijs munitam. Tandem populi Tribunis decernentibus edictum eſt:

Agrorum exhibitio habitatoribus.

De tellure inculta proclamationes attende.

De pecoribus.

Italum genus ad labores aptiſſimū.

Diuitum malicia.

Seruorū induſtria utilitatem affert.

Italorum inopia.

Serui loco liberorum ad colendos agros.

Populi indignationem attende.

Lex Tribunitia.
Explicatio legis agrarię.

Neminem ultra quingenta telluris iugera habere posse: neq; maiorum armentorū ultra centū: minorū quingenta duntaxat capita obtinere. Et in his liberoꝝ addidere numerū: quē possi/derēt: quibus hęc custodire & referre iniunctū fuerat. Hęc igit' ex lege statuentes iusiurandum quoq; legi pręstitere: pœnęq; sūmā adhibuere: sperantes eos qui supereſſent agros paulatim ad inopes cessuros esse. Sed nec horū legis ue: aut iurisiurandi cura ulla habebat'. Nam qui prę cęteris hęc obseruare & custo/dire debuerant/ agros clanculū cū domesticis eorū partiebant': multi etiā uectigalia spernebāt: donec Tiberius Gracchus uir illustris & eloquio potens/ famę potissimū cupiditate ductus: & propterea summo in honore habitus a cęteris Tribunis ple/bis: orationē grauissimā de italis uiris habuit/ ueluti bellicosis/simis & necessitudine cōiūctis populo romano q; a paucis qui/busdā opulentis absumerent': & ad inopiam pusillanimitatēq; truderēt': neq; harū rerꝝ directionē ullam sperare possent: De/inde seruorū detestatus multitudinem: qui nec militię utiles: nec heris fidi esse consueuissent: quę nuper ī Sicilia a seruis in dominos/ gesta essent edisserit/ iplis ex agricultura dietim suc/crescentibus: qualeq; ī romanos gessissent bellū/ nō facile qui/dem aut breue: Cętery p uarias periculoꝝ mutationes in longū tēpus agitatū referebat. Quibus explicatis legē denuo protulit Nemini licere ultra qngenta telluris iugera habere: Filijs autē eorū ad ueterē legē dimidiū horū attribuit. Ad teliquos uero diuidendos agros tres uiros pręstantes elegit: qui per singulos immutati annos eos pauperibus impenderent. Hęc lex pręci/pue diuitibus ingrata fuit/ nequeuntib9 illam ut prius euitare ob eos qui tellurē erant diuisuri: nec quicq̄ ultra id quod sorte datū erat uel precio indipisci potētibus. Quippe hęc animad/uertens Gracchus huiusmodi uenditionē in primis cohibue/rat. Diuites igit' p partes ī unū congregati inter se querebant' Si tenuioribus uetera eorū opera: arbores: domos: ac preciū:

Lex Tribunitia.
Explicatio legis agrarię.

Iusiurandum.
Tribunorū spes.

Tiberius Gracchus uir eloquentissimus.

Itali bellicosissimi.

Seruorū multitudo detestanda.
Attende.
Bellum Seruile.

Legis Tribunitię tenor iteratus a Graccho.
Triumuiri ad diui/dendos pauperibus agros singulis annis electi.

Querelę diuitum.

pleriſq; etiã uicinitatẽ eſſent prębituri: & ſi quid cũ tellure uiciſſim conſumptũ eſſet/paterna monumenta cum ipſa tellure: diuiſiones quoq; a patribus acceptas illis traderẽt: Alij mulierũ dotes in his conſumptas: & agros filijs ex ſorte datos ſibi eripi deflebant: Fœneratores uero debita: & alia huiuſmodi protulerant. Erat itaq; cõfuſio quędam: & fletus ac quęrela. Tenuiores autẽ ex aduerſo lamenta eorũ proferebant: ex opulenta in maximã cecidiſſe miſeriã: ex hac in deſperationẽ perueniſſe: cũ ad alendos filios impotentes eſſent: quotidie per exercitus & expeditiones maximas deduci ut tellurẽ poſſiderẽt. Palam itaq; lamentabãt/ſi eo quod cõmune illis eſſet fraudarẽt. Diuitibus ꝓterea ad obprobriũ obijciebãt: qui liberoꝝ loco: ac ciuiũ militũq; ſeruos pręeligerẽt gentẽ infidam & cõtinue furentẽ: & ea ex cauſa militiã detrectantem. Hęc & huiuſmodi inter ſe querelantiũ multitudo: & ſe inuicẽ adhortantiũ ex coloniis: ac municipijs ut quiſq; agrorũ particeps ex trepidatione in unũ cõuenerat: & ſeparatim ad ſuoꝝ partes ſe cõtulerat: Copia inſuper & multitudine cõfiſi undequaq; accelerabãt: & ſeditiones nullo ordine inchoantes/approbationẽ legis expectabant: hi ueluti nullo modo conceſſuri id ratum eſſe: Illi uero ut ratũ & firmum habituri. Contentio igitur maxima inter utroſq; ex huiuſmodi neceſſitate inerat: & ad cõſtitutam diem ſe quiſq; prępparabat. Graccho quidẽ Senatus aſſenſũ prębebat/ nõ tam ad ſuſtinendã abunde cauſam: q̃ ad hilaritatẽ: atq; confidentiã cũ euentus utilitatẽ ſuſpenſus expectaret: q̃ſi nihil maius aut illuſtrius ob rei difficultatẽ ĩ italia geri poſſet. Nec multũ contentionibus ĩmoratus Gracchus/ quo ſententiã efferret/plura nec minus popularia ſuper his ĩ longũ rettulit. Num iuſtũ foret quę cõmunia ſunt cõmuniter diuidere? An nobilior ſeruo ꝑpetuo ſit ciuis? An utilior miles uiro imbelli? Et in publicis onerib9 qui partẽ gereret acceptior? Iudiciũ quoq; ut ingloriũ nõ in longũ abire paſſus. Subinde patrię ſpes metuſq; recẽſuit.

Fœneratores.

Tenuiorũ lamenta.

Bis ſeruorũ infidelitas annotatur.

Motus populares per proprij.

Ingens contentio.

Attende qui aliorum fiducia in diſcrimen adduceris.

Suaſiones Gracchi in populo.

Saluſtiana hęc uidet traductio.

Num plurimū telluris per uim bello detinentes : reliquā terrarum orbis ſpem abijcerent : & omnia in diſcrimen ponere optarent/ potius q̄ per uirtutem reſidua acquirere? An per ſocordiā: & inuidiā ab hoſtibus eripi mallent? Horū itaq; gloriā & utilitatē: eorū autē periculū: & metū anteponens iuſſit diuites hoc animo uoluentes a ſe ipſis/ ſi neceſſe foret egenis parcere: agroſq; in futurā ſpem nutrientibus filios/ ultro impendere/ ne de modico ſimul diſſidentes maiora amitterēt. Quippe laboris huius mercedem eos abunde relaturos : cū inſignes agros abſq; onere eſſent habituri perpetuo manentes quingentorum iugerum. Filijs uero ſi cui adeſſent: dimidium unicuiq; horum traderetur. Hęc & huiuſmodi plura cum locutus eſſet Gracchus/ pauperes & quicunq; aderant: & opinione magis q̄ agrorū deſiderio utebant incendens/ ſcribam iuſſit legem recitare. At uero Marcus Octauius Tribunus alter ex poſſeſſorū numero/ ad occurrendum paratus: continueq; apud romanos in ꝓhibendo aſperior/ ſcribę ſilentiū imponit. In quem multa conqueſtus Gracchus concionē in ſequentem diem imperat: & prędidijs abunde diſpoſitis quaſi inuitū etiam coacturus Octauiū nutu/ ſcribę ut ad populū legē referat edicit. Vex idē cū referre cœpiſſet Octauio prohibente conticuit. Contentione igit inter Tribunos exorta: & legiſlatione cōfuſa ex tumultu: qui potentiores aderant Tribunis ſuadere incipiunt/ ut de quibus inter ſe diſſiderent Senatum mutuo conſulerent. Itaq; Gracchus arrepta lege/ cum omnibus rite ſentientibus accepta eſſet/ in Senatum proficiſcitur. Eo loci ut inter paucos contumelijs impetitus a ditioribus rurſū in forū delatus/ in ſequentē diem de huiuſmodi lege: & ſimul de Octauij abrogatione ſuffragia laturū ſe eſſe pronūciat: & an Tribunū plebi aduerſantem/ dignitatem retinere opus ſit: Quod utrunq; executus eſt. Qua ex re nihil territus Octauius denuo aduerſari cœpit. Tū Gracchus primum de abrogatione eius ad populum rettulit.

Vtile Gracchi conſilium.

Marcus Octauius Tribunus Gracho contrarius.

Tribunorū acerbam lege contentionem.

Potentiorū ſuaſiones ad Tribunos.

Gracchi cōminationes attende.

Aduerſatur denuo Octauius Graccho.

Ac prima tribu Octauiũ dignitatem deponere iubente/ con/
uersus ad eum Gracchus/ ut illi motem gereret orabat. Recu/
sante eo/ teliquas tribus rogare pergit. Existentibus autem tri/
bubus omnibus quinq; & triginta: & iam septem supra decem
ob iram in eadem sententia manentibus: octaua quidē ac deci/
ma sortem latura uidebat̃. At Gracchus denuo in cōspectu po/
puli tum uel maxime Octauij/ discrimine percepto benigne
illū admonere: hortariq;/ ne sanctissimū opus: & toti Italię in
primis utilissimū prohibere uelit: nec tantam populi frequen/
tiam: sollicitudinemq; despicere: quę & ipsi moderate Tribu/
natum deponenti assensura sit: & dignitatē per uim sibi eripi
haud contemneret. Hęc cum loqueretur Gracchus: deosq; te/
staretur inuito se/ collegam e Tribunatu eijci: nihilq; profice/
ret sortem protulit. Octauius igit̃ q̃primū Tribunatu eiectus
clanculū aufugit: & Quintus Mumius Tribunus in eius locū
subrogat̃: lexq; de agris statim ęditur: ad quos diuidendos tres
in primis uiri Gracchus ipse legis lator: & frater eiusdē nomi/
nis: nec nō Appius Claudius Tiberij Socer consona totius po/
puli uoce declarāt̃ metuentis/ ne legis ꝓmulgatio quoquo mo/
do impediret̃ ni Gracchus: omnesq; necessarij/ eius potestate
fruerent̃. Gracchus autē ob legē pręcipue exultans/ multitudi/
ne eum ꝓsequente: q̃si nō unius ciuitatis duntaxat: aut gentis:
sed omniū quę ī italia erāt nationū conditor esset: ac liberator
domū peruenit. Potentes uero ad agros: e quibus ad ista cōue/
nerant retro cessere: ac ueluti potestate exuti: quę gesta erant
grauiter ferentes inter se colloquebant̃: nō amplius electuros
esse Gracchū: cū priuatus extitisset/ regnū quoddā erigentē: &
asylum: & seditionē tam īmensam italię inferentem. Iam ęstas
appropinquabat: & Tribunorū iussa ad ea: quę agenda erant
mittebant̃: Et diuites exequendę legis instante tēpore/ palam
Gracchi inimicos in dignitatem eius cōcitabant. At is cum rei
decus adesse cerneret/ ueritus/ ne in futurū minime Tribunus

Tiberij adhortatio ad Octauiũ iubente prima tribu ipsū dignitatem deponere.

Omnes tribus quinq; & triginta fuere.

Iteratam Gracchi adhortationē attende.

Octauius Tribunatu eiectus.

Q. Mumius in locū Octauij subrogat̃.

Explicatio iterata legis agrarię.

Appius Claudius.

Triūuiratus declaratio consona totius populi uoce. (tio.

Gracchi uana exultatio

Potentum reditus ad agros: & eorū indignatio cōtra Gracchum.

Gracchi timor.

Agricolarum conuocatio in urbem a Graccho.

ab illis crearetur/omnes: qui in agris fuerant ad electionē eius conuocauit. Ipsis: ut in ęstate cessantibus: & per modicū temporis spacium accitis/ Sequenti die ad populum: qui in urbem uenerat cōfugit: separatimq; unūquenq; conueniens/ ut se tribunitia potestate decorarēt precabatur. eorū nempe causa se in discrimen uenisse referebat. Cum comiciorū adesset dies/ duę statim tribus Graccho Tribunatum decreuere. Diuitibus autē aduersantibus: nec ex lege fore dicētibus/ si bis Tribunatu potiatur. Rubrio pręterea Tribuno cōcioni huiusmodi pręsidere formidante: atq; addubitāte plurimū/ Mumius se Octauij loco in Tribunatu pręsidere ait: & ut sibi concionē dimittat edicit: quod ab illo factū est. Reliquis deinde Tribunis de eorū pręsidentia electionē faciendam esse decernentibus. Rubrio uero sortionem ad omnes circūferendam esse/ seditione exorta: Graccbus fauore destitutus/ electionem in sequentē diem differendam esse censuit. Desperatis igit̄ rebus/ nullo mansuetudinis genere/ q̄q̄ Tribunus adhuc esset/ abstinuit: ac reliquum diei per forum proficiscens/ filium cunctis exhibuit: cōmendauitq; quasi sub hostibus confestim periturus. Ea ex re multorū cōmiseratio insecuta est/ sibi ipsis pręcauentibus egenis: ueluti non ęquo iure rempublicā tenerent: uerū ditioribus inseruire cogerētur. Pietas quoq; ipsius Gracchi eos detinebat. Hęc igit̄ uerentes atq; patientes lamentatione & fletibus circa uesperā ad domū usq; prosecuti/ ut in sequentem diem ad comicia descenderet adhortati sunt. His suasionibus elatus Graccbus/ nocte adhuc seditiosos reliquos in unum congregans: & signum illis si pręlio opus esset imponens Capitolij templum inuadit. Eo in loco electionē subiturus concionis in medio conquestus est/ q̄ a Tribunis ac diuitibus/ ne sortiri posset impediret. deinde signum protulit. Clamore igitur maximo a complicibus simul ędito/ ad manus statim uentū est. Pars itaq; Gracchianę conspirationis/ eum: ueluti satellites quidam circūsteterant:

Seditionem attende.

Gracchi desperationē ac mansuetudinem nota: qui paulo ante exultabat.

Adhortationes populares.

Ex his licet agnoscere Gracchū interfectū esse nō q̄ legē agrariam ędaret: sed q̄ Tribunatū peruium occupare uellet.

Turbationis signum.

Attende tumultum.

Gracchi fuga: & deprecatio ad populū agricolarum.

Comicia. (uersi.

Diuites Graccho ad/ Rubrius Tribunus.

pars ueſtes accincti/ uirgas: lignaq; e miniſtrorū manu rapientes: frangenteſq;/ diuites e concione pepulerant tanto tumultu uulneribus illatis/ut reliqui Tribuni timore perciti e medio profugerēt: & a ſacerdotibus templū clauderet. Fuga prętera multorū: ac diſcurſus nullo ordine inſecutus eſt. Non nullorū q; alios Tribunos a Graccho dignitate ſpoliatos exiſtimarent: Idq; cū minime intuerentur per errorem ſibi finxerant. Quorundam uero q; ſeipſum ī futurū Tribunū ſine ulla electione prętitiſſe crederent. His itaq; ſe habentibus/ Senatus in Fidei templū ſe cōtulit. Et profecto mirū mihi uidetur ſępenumero in dubijs rebus: atq; formidandis ob unius principantis auctoritatem ſaluti redditos/ eo in caſu minime dictatorem elegiſſe. Verū prioribus longe utilius id opus iuentum eſt: quod nec multis memorię tunc fuerat: neq; poſterius contigit. Decretis igitur his quę inter ſe cōſuluerant in capitolium ſtatim aſcenderunt. Horū e numero primus ac pontifex maximus Cornelius Scipio cognomine Naſica iter arripit: elataq; uoce Si quis patriam ſaluam eſſe cupit/ me ſequatur inquit. Quibus dictis inferiorē ueſtis partē ī caput retulit/ ſiue hoc geſtu plures excitaturus: ſiue ad curſum futurus aptior: ſiue belli ſignū his qui ſequebāt prębiturus: ſiue ut deos lateret ea facturus quę ſubinde operatus eſt. Cū templū ingreſſus eſſet/ ſubito ī gracchianos concito curſu defert. Cedentibus illi omnibus ob dignitatem tanq; uiro optimo: & Senatū cū adhortatione inſequentibus multis: quidā ligna e gracchianorū manibus eripientes: nō nulli ſedilia & reliqua ornamēta: ex quib⁹ concio cōſtiterat una lacerātes eos inſequi: & telis appetere cœperūt. Poſtremo prępcipites e tupibus ad ima depellunt. Eo in tumultu multi e gracchianis: & ipſe ī primis Gracchus circa tēplū deprehēſus interficit/ nō longe ab ipſis ianuis ī cōſpectu regiarū ſtatuarū. reliquos ſeditiōis comites noctu ī Tyberim necatos ,piecerūt. In hūc modū Gracchus ille Gracchi bis conſulis: & Cornelię

Expellunt diuites e concione per Gracchum.

Congregatio Senatus contra Gracchum.

Templum Fidei.

Capitolium.

Cornelius Scipio Naſica. pontifex maximus.

Attende quid Scipio.

Concitatio in Gracchianos.

Mors Tiberij Gracchi: nec non Gracchianorum interitus.

Scipionis eius: qui carthaginenſibus imperium ademit ſoroꝛris filius/ ob optimū conſilium a potentioribus oppreſſus Tribunus adhuc in capitolio occiſus eſt: Quod primū in comicijs odium emicuit: nec prius q̄ ſimile inſecutum eſt/ finem cepit. Separatim deinde ciuitas ob Gracchi necem ad luctū uoluptatemq; defluxerat. Nō nulli quippe ſe ipſos: Gracchū quoq;: & preſentia/ deflebāt quaſi nō ulterius rempublicā habituri: ſed per uim: & arma paſſuri omnia. Alij q̄ ea quę maxime concupiſcerēt facile ſe aſſequi poſſe lętabant. Hęc autē geſta ſunt cū Ariſtonicus ī Aſia cū romanis de imperio bellū ageret. Interfecto Graccho: & Appio Claudio uiciſſim exempto rebus humanis/ protinus ad diuiſionē telluris Fuluius Flaccus: & Papyrius Carbo: una cū iuniore Graccho inſurrexere. Negligentibus autē his: qui agros poſſidebant eos: qui incenſum deferte: accuſatores pręconis uoce citari iuſſerant. Ac ſtatim cauſarum difficilium multitudo affuit. Quicunq; alijs finitima mercati eſſent: aut inter ſocios diuiſiſſent/ ſecundū menſuram inquirebantur: quemadmodū ab illis habita: aut alijs diuiſa eſſent. Omnibus autē/ neq; conuenta: neq; ſortiones proferre ualentibus: quę inuenta fuerant ut incerta ponebantur. Menſuratis inſuper agris: non nulli ex plantatis habitatiſq; locis in uacua ablegabantur: non nulli ex cultis ad neglecta: aut paludes: aut lacunas trudebantur: neq; ab illis quę ſub haſta uendita fuerant principium diligenter aſſumentes: quod immenſuratum eſſet/ per pręconem inquirere uelle prędixerant. Erexit autē plurimos q̄ proxima ignorantes/ agris in unū confuſis procedente tempore cuncta complanata eſſent: Quod ditiorum crimen permagnū ferebatur: nec facile inquiri poterat. Non alia itaq;/ q̄ omniū inſurrectio facta eſt/ hinc inde diſcurrentiū: & ad aliena diuertentiū. Hęc igit̄ & ſuper his cenſentiū impulſiones non ferentes itali/ Corneliū Scipionē: a quo Carthago funditus euerſa eſt rogare incipiunt/ ut ipſis iniuria oppreſſis

Ob optimū cōſilium Gracchus perijt.

Luctus: ac uoluptas ex Gracchi nece.

Ariſtonicus.

Tribunitię poteſtatis immutatio.

Fuluius Flaccus.

Papyrius Carbo.

Seditio iunioris Gracchi.

Telluris iterata diuiſio.

Cōfuſio legis agratię.

Diuitum crimen.

Inſurrectionē attēde omniū.

Cornelius Scipio italorum fautor.

defensorē se patronūq; prębberet. Qui cū eisdē in bello utilibus ac promptissimis usus esset: neutiq; eos deserere ęquum dixit. Verum Senatum ingressus: Gracchi quidē legē minime contempsit: populum in primis ueritus: solum difficultatem eius referens/iustum sibi uideri dixit non a diuisoribus caussas tanq; ijs qui iudicarēt suspectis: sed ab alijs potius esse decernendas: quod optime illis persuasisse uisus est: ueluti qui ęqua diceret. Ea ex causa Turdianus consul/iudex ad hęc ipsa electus: cum opus aggressus: difficultatē eius intueret/in Illyrios ad bellum profectus est: occasionē huiusmodi nactus/ ne iudiciū efferre cogeret. Hi igit tellurem diuidentes nemine illis aduersante per inertiam tempus agitabant. Et hinc odij origo simultasq; inter Scipionem plebeiosq; emanasse credit: q; cum prius eum dilexissent: & plerūq; ditioribus eius causa/ad inuidiā usq; aduersati essent: deniq; bis consulem pręter leges effecissent/pro Italis in eos depugnantē intuerent. Quę animaduertentes hi qui Scipioni aduersabāt: palam criminari eum cœperāt: quasi Gracchi legē omnino soluturus: urbēq; hac de causa ī armis & cęde esset positurus. Quib9 auditis populus maiori formidine corrept9 est: donec Scipio uespere domū reuersus/tabula apud se deposita: qua nocte scriptur9 uidebat quę populo essent referēda/sine uulnere ī lecto mortuus inuentus est: Siue Cornelię Gracchi matris insidijs impetitus sit/ne Tiberij Gracchi lex dissolueret/consentiente ad hęc etiā Sempronia eius filia: quę Scipioni nupta ob deformitatē: ac stulticiā/neq; illū diligebat: neq; ab illo diligebat: Siue ut nō nullis uidet spōte excesserit e uita/q; ea quę pollicitus fuerat exequi nō posset. Vtcunq; eius mors incerta est. Sunt qui dicant seruos eius in tormentis habitos dixisse ab exteris quibusdam noctu post domū latitantibus oppressū interijsse: Idq; intelligentes referre nō ausos/ ob populum iratum adhuc: & necis eius conscium. In hunc modum Scipio extinctus est: neq; publico funere dignus habitus: cum

Gracchi lex non contempta a Scipione.

Turdianus cōsul cōtra Illyrios.cur.

Odij originē attende inter Scipionem & plebeios.

Crimina in Scipionē.

Timor populi.

Mors Africani iunioris suspecta.

Cornelia Gracchi mater.

Sempronia Scipionis uxor.

Coniecturę.

Qui in populo spem apponis.attende.

Ira caritatem uicit.

Dilatio diuisionis agrorum.

Fuluius Flaccus cõsul.
Senatus molestiam lege.

Populi timor iteratus

Caius Gracchus Tiberij frater.

Creatio noui tribuni.
Caius Senatoribus aduersus.
Ingens populi elatio ꝑ Caium Gracchũ.
Electio secunda. C. Gracchi.
Lex noua.
Astutiam attende.
Dignitas equitum.
Iudicia largitiones redolentia a Senatoribus ad equites translata.
Cornelius Cotta.
Salinator.
Manius Acilius.

imperiũ populi romani in maius adauxisset. Sic confestim ira caritatẽ supergressa est: ac tantę rei utilitas/quasi nullius precij sub Gracchi seditione peruiluit. Interim agrorum diuisionem qui eos possidebant occasionibus uarijs in longũ protrahebãt. Nõ nulli propugnatores omnes ad id induxerãt. Quidã ex aduerso in romanoꝝ rempublicã pro tellure se describi deposcebant/ꝙ maiori caritate agros inter se essent diuisuri: quod Itali libenter admissuri uidebãt/ agris rempublicã pluris facientes. Hac in re Fuluius Flaccus prę cęteris operari uisus/cum consul tellurem una partiretur. Senatus econtra permoleste ferre: nec satis pati/si sibi subditi pari iure in urbe potirent. In hũc modũ igitur conatus omnis dissolutus est. Populus uero spe illa: quã de tellure cõceperat exutus denuo uereri cœpit. His ita se habentibus gratissimus omniũ: qui tellurẽ diuisuri essent ad Tribunatũ Caius Gracchus habebat/ Gracchi illius: qui legẽ agratiam primus edidit frater: uęꝝ ętate iunior: qui cum ob fratris necem diu silentiũ apud omnes tenuisset/ multis in Senatu aduersantibus/ Tribunatũ tandẽ petere perrexit: quẽ magnifice adeptus confestim Senatoribus aduersũ se pręstitit. Frumentũ quippe mestruũ unicuiq; e plebe ex cõmuni pecunia partiẽdũ censuit: cum nulli prius erogari consuesset. Quibus ex causis populũ in republica uehementer extulit: assentiẽte illi Fuluio Flacco. Et continuo tunc quidem: ac subinde ad Tribunatũ gerendũ constituitur. Nam lex quędã promulgata fuerat/si Tribunus suffragijs egeret: populum ex omnibus eum eligere. In hunc igitur modũ Caius secundo ad Tribunatũ electus est: utpote qui populũ mercede sibi asciscens: equites etiã in sententiam suã deduxisset: qui mediam inter Senatũ populareſq; obtinebant dignitatẽ. Ob aliam igit̃ huiusmodi ciuilitatẽ iudicia quę largitiones redolere uidebant̃ a Senatoribus ad equites translata: & quę nouiora illis aderant obiecta. quoniã Cornelius Cotta: ac Salinator: & tertius ultra hos Manius Acilius

cum Asiam bello cepisset: publice muneribus acceptis essent accusati: iudicumq; fraude pœnã euasissent, Legati nempe qui apud eos adhuc erant: non sine inuidia hinc inde discurrentes: hęc ipsa clamitabant. Qua ex causa rubore concitus Senatus ad legem se conuertit: populus uero id ipsum confirmauit. Eoq; modo iudicia a Senatu ad equites translata sunt. Ferunt cũ lex promulgaret̃ Gracchum dixisse q; subito Senatũ perpurgaret. Cumq; res experimento claruisset: maiorẽ adhuc eius uerbis auctoritatem accessisse. Cum enim romanis: italisq; atq; ipsis Senatoribus quacunq; ex causa ius dicere cœpisset/ siue de pecunijs: siue de ignominia: aut de fuga/ equites ueluti principes quosdã supra illos extulit: Senatores uero quasi obnoxios illis subdidit. Assidentes quippe Tribunis equites/ cũ magistratus crearentur: quęcunq; eis libuissent prius capientes: & in unũ conspirantes/ non mediocrẽ Senatui incussérant timorẽ. Parũ itaq; deesse uidebat̃ ad conuertendã reipublicę potentiã: cum dignitatem duntaxat Senatus obtineret: equites uero potestate fruerentur. pręcedentes quidem non solũ primores habebant̃ cum causę agitarent̃: uerũ aperte in Senatum obprobria ingerebant. Munera pręterea assumentes: & continuis allecti prę/ mijs: turpius adhuc & frequentius illo abutebant̃. Accusatores ad hęc in diuites induxerant: & acceptorũ munerũ causas/ instantes ipsi: & urgentes ad se transtulerãt: sic ut mos pene huiusmodi antiquaret̃: & seditionẽ aliã iudicialiũ legũ nõ priore inferiorẽ propagarent. Gracchus itinera per italiam ingentia constituit: magnã operariorq; & artificum manũ ad se alliciens: paratam ad quęcunq; ei collibuissent. Colonias quoq; plures deduxit: inter quas latinos prę cęteris romanorum dici uoluit: ut Senatus illis ueluti cognatis haud honeste posset aduersari. Cęteris autẽ quibus Romę suffragia in creandis magistratibus afferre non licebat: in hunc modũ ferre cõcessit: ut qui tributa persoluissent: in creatione legum fierent participes. Quibus

Quę a Senatoribus nõ nullis obijciebant̃.

Nimis audax Caius.

Seditiones inter Senatũ & equestrem ordinem.

Attende obprobria in Senatum.

Senatus ingens timor.

Accusatores in diuites. nota.

A quo itinera p italiã constituta.

Colonię.

Latini.

Aliud est ferre suffragia ĩ creandis magistratibus: aliud est participem esse in creatione legum.

Attende hiſtoriam.

ex rebus conterritus Senatus: conſules adſcribere monuit ut ex

Ex urbe propria intelligit.

ijs qui ſuffragia ferre nō poſſent/ ex urbe nemo egrederet: nec

Liuius Druſus.

ad quadraginta ſtadia ad futurā legū creationem propius acce-

Credo aliū. nam tres ſunt Tribuni.

deret. Liuiū autē Druſum alterū Tribunū/ ut Gracchi legibus

obſiſteret adhortatus eſt/ q̄ cauſas populo minime referret: Conceſſumq̄ ipſi obſiſtenti nihil aduerſari. Cui decē colonias

Populi lętitia.

deducere uolenti/ Senatus ut populo placeret ultro acquieuit.

Caij Gracchi: nec nō Fuluij/ de quo ſupra ex urbe profectio in libyam.

His ex rebus lętatus populus: Gracchi legē facile contempſit. Itaq̄ populari fauore deſtitutus Gracchus: ſimul cum Fuluio

Carthago quondam nobiliſſima ciuitas ad ouiū ſtabula deputata a Scipione.

Flacco: qui poſt conſulatū Tribuniciā poteſtatē affectabat/ in libyam enauigauit ex ſorte diuiſurus colonias ijs: qui conſulto

Reditus Caij & Fuluij ad urbem.

delecti fuerant: ut ex eorū profectione a popularibus contentionibus quieſceret Senatus. Illi uero coloniam eo loci condi-

De oſtento luporum lege. Idem in fine belli punici tertij.

dere: ubi Carthago quondā fuerat: nihil penſi facientes/ q̄ Scipio eam euertiſſet: meditatus aſſidua ibi ſtabula futura ouium.

Quid in Senatum de lupis.

Deſcripſere autē ex minoribus ad ſex millia ea ī lege ut ex hac

Attende furorem.

populū ad ſe allicerent. Deinde Romā reuerſi ex omni italia ſex item millia demitti poſtularunt. Quibus ī libyā deductis: cū urbem deſignarent/ lupi metas ab utriſq̄ poſitas diſſipaſſe

Populi conuentio.

referunt. Prędicentibus itaq̄ auguribus coloniā eam infelicem fore/ Senatus ut legem ſolueret: conciliū iuſſit conuocari. Tum uero Gracchus ac Fuluius furibundis ſimiles Senatū ementiri: nec quicq̄ ex ijs: quę de lupis ferebant/ nunciatū eſſe clamitabant. Qui uero ex plebeis audaciores aderant ipſis adhęrere: & gladijs accincti capitolium ingredi properant: & eo ī loco ubi de colonia erat conſultandū ſimul cōuenere. Populo igitur in unū coeunte: & Fuluio de his loqui incipiente/ Gracchus capitoliū aſcendit/ undiq̄ armatis circūſeptus/ permoleſte ferens ſe aduerſis oppugnari legibus. Cōuenientiū itaq̄ multitudinē

Gracchi latebra in porticu: & conuenientiū obſeruatio.

euitans/ in ꝓpinquā porticū ꝑambulabat ingredientes cōtinue

Attilius uir popularis tumultus principiū.

obſeruans. His ita ſe habentibus: contēplatus eū uir quidā popularis Attilius nomine ad eū accurrit: & manu apprehenſū:

siue quid suspicaret: siue mentẽ eius pręsentisceret: siue alijs rationib9 ad id induceret/deprecari cœpit ut patrię ignosceret. Verũ ille cõturbatus:despicientiq; similis:toruo lumine in eũ conuersus nihil respondit.Quod animaduertens quispiam ex ijs:qui una aderant non signo ullo dato: nõ iubente aliquo/ ex solo Gracchi intuitu tẽpus adesse ratus: & in primis ipsi gratificari studens exerto ense Attiliũ inuadit. Vociferatione itaq; insecuta:& de mortui corpore ĩ mediũ allato intuentibus cunctis:& similem casum sibi pręcauentibus fuga extemplo facta est. Gracchus forum ingressus: & se apud omnes purgare cupiens de his uerba facturus uidebat. Nemine uero adhibente aures:cum facinus quisq; abhorreret:una cum Flacco desperatis rebus: & tempus quod armis pręuenire satagebat amittens domum perfugit. Et qui cum illis conspirauerant: in unũ abeunt. Reliqua autẽ multitudo circa mediã noctẽ instanti periculo territa forum inuadit.Consulum alter Opimius nomine: ut in trepidatione mos est : non nullos cũ armis in capitolium festinare imperat:Senatumq; per pręconẽ conuocari.Ipse omnium medius Castoris in tẽplo:ac Pollucis rei euentũ quietus expectabat.Hęc enim in hunc modũ acta erant.Senatus Gracchum: ac Fuluium/ quo obiectũ crimen perpurgarẽt/ ex eorũ domibus citari iusserat. Illi assumptis armis Auentinũ montẽ propere ascenderant:rati cum illũ occupassent facilius Senatũ cum ipsis ad fœdera uenturũ esse. Decurrẽtes quoq; seruos in libertatem cõuocarant. Nemine ex illis apparente/ cũ his:qui eos circũsteterãt:Dianę templũ inuadentes: per uim retinere conabant. Quintũ insuper Flacci filiũ ad Senatũ pręmittentes conciliationẽ & concordiã supplices ab eo deposcebãt.Senatus depositis armis ad cõcionẽ accedere eos iubet:& quę libuissent palam loqui: aut neminẽ ulterius ad eum mittere. Ea ex causa cum Quintũ denuo misissent / Opimius consul detineri eum iussit. Ad eos uero qui Gracchum circũsteterant milites subito

Tumultus lege initiũ quo pacto.

Gracchi fuga.

Mos romanę plebis fuit in nouitatibus forum inuadere.

Opimius consul.

Senatus conuocatio per pręconem.

Templũ Castoris & Pollucis.

Attende Senatus mandatum.

Mons Auentinus.

Dianę templum.nunc uero in monte sancti Alexij.

Postulatio conciliationis a Senatu p Quintum Flacci filium.

Perpropria historia.

Caij Gracchi & Flacci interitus.

Superbe Opimius.

Attende.

Templū Concordię in foro erectum.

Alia lex.

Spurius Borius Tribunus plebis aliam proposuit legem.

Lex alia.

Populi deceptio.

Cessationē attende quindecim annis.

Theatrum a Scipione disiectum.

Lucius Cassius.

emittit. Gracchus per pontē ligneū ad alterā fluminis euectus partē/ unico comitante seruo in siluam aufugit: a quo subinde confodi se imperauit. Flaccus ī taberna quadam delitescens/ cū eum persequentes locum ignorarent: omnemq; angiportū/ ni ipse traderet incensuros minarent/ traditus supplicem se profiteri renuit: alium uero pro se iussit supplicare: ob idq; captus interficit. Gracchi & Fuluij capita a non nullis Opimio allata: pro quibus superbe ad modū Opimius aurū impendi statuit: domus eorū a populo direptę: complices carceri inclusi: Opimij mandato suffocati sunt. Flacci filio concessū ut genus mortis eligeret. Quibus peractis consul urbem a cęde perpurgauit. Senatus Concordię templū ī foro sibi erigi mandauit. In hunc igitur modū secundi Gracchi seditio extincta est. Lex autē nō multo post ędita/ ut tellurem: de qua inuicē contenderent possidentibus uendere fas esset. Id enim a superiore Graccho prohibitū fuerat: ac statim diuites ab egenis illam mercabant: aut ex huiusmodi occasione per uim auferebāt: quod tenuioribus adhuc deterius cedebat. Tandē Spurius Borius Tribunus plebis legem tulit: Tellurem ulterius non esse diuidendam: uerū possidentibus omittendā esse. Vectigalia autē populo romano p ea pendenda: pecuniāq; ex his ī distributiones redigendam fore. Quę res: ut consolationē quandā ob distributionē populo attulit/ ita ad abundantem multitudinē nihil utilitatis afferre poterat. Semel quippe ex sophismatibus huiusmodi soluta Gracchiana lege: cęteris quę inueniri poterant utiliore: salubrioreq;/ nō multo post uectigalia ipsa ab Tribuno alio sublata sunt: & confestim populus ab omnibus excidit: ob idq; adhuc magis insimul ciuiū: & militū spes: tellurisq; redditus: ac distributiones legesq; cessauere/ quinq; & decē annis a Graccho legis latore potissimū elapsis: & a controuersijs ad ocium delati sunt. Ea tempestate Scipio consul theatrum disiecit: quod Lucius Cassius inchoauerat. Et iam contentionū finis aderat:

cum alię denuo emerſere : adeo non utile romanis fuit Grac/
chorum abuti illecebris. Quintus Cecilius Metellus: cū Cen/
ſuram gereret/ Glauciam uirum Senatorium:& Apuleiū Sa/
turninū: qui Tribunatum ceperat/ ob uitę turpitudinem/ di/
gnitate ſummouere conatus/ aduerſante collega repulſus eſt.
Non multo poſt Apuleius/ ut Metelli ulciſceretur iniuriam;
Tribunatū petens/Glauciam prętorem obſeruare cœpit/ Tri/
bunorum electioni pręſidentem. Cęterum Nonius uir illu/
ſtris in Apuleium inuectus: & Glauciā accuſans/ Tribunatū
adeptus eſt. Veriti igit' Apuleius:& Glaucia ne Tribunus ef/
fectus in eos inſurgeret/turbam quandā ſatellitum a concione
abeunti cum tumultu immiſere:& in diuerſorium fugientem
interficiūt. Caſus autē crudelitatē miſerantibus omnibus: qui
Glaucię adherebant/nundū populo in unū coeunte/ cōfeſtim
Apuleium Tribunū creauere. In hunc modū Nonij cędes ob
Apuleij tribunatum ſilentio ſuppreſſa/ cum eum redarguere
nemo auderet:Expulſus & Metellus eſt ab ijs qui Caium Ma/
rium ſequebantur/ſextum gerentem conſulatum/cum illi ini/
micus eſſe uideretur: In hunc itaq; modū omnes inuicem tur/
bati ſunt. Quippe Apuleius legē tulit/ Tellurem omnē quę/
cunq; romanorū ditioni ſubiecta eſſet: fore diuidendam ea in
prouincia quę Galatia appellabat'. Cimbri nempe celtarū ge/
nus/ eam occuparant:quam Marius recens adeptam/ quaſi nō
ulterius ad Galatas ſpectaret romanis attribuerat.Inſtabat autē
legis promulgationi populus ipſe:ac Senatum pręfixo quinq;
dierum termino in legē iurare:aut iuſiurandum nō pręſtantes
Senatu amouere cogebat : & ulterius uigīnti talentorū pœna
populo ſoluenda eos condemnare/ Arbitratus eo modo de his
qui ſibi aduerſabant' ulciſci poſſe:& potiſſimū de Cecilio Me/
tello:qui ob animi fiduciā elatus ī primis iuſiurandū detracta/
bat. Lex igitur ita ſe habuit. Apuleius diem approbationis ſuę
ꝓpoſuerat:nuncios quoq; ad eos qui ī agris erant pręmiſerat:

Quintus Cecilius Me/
tellus Cenſor anim/
uerte quid. (num.
Origo nouarū ſeditio/
Glaucia uir Senatorius.
Apuleius Saturninus.
Contentio inter Cen/
ſorem: ac Tribunū.
Nonius Tribunus
efficitur.

Mors Nonij Tribuni.

Apuleius Tribunus
creatur.
Nonij cędes ſilentio
ſupprimit'. (pellit'.
Metellus Cenſor ex/
Caius Marius.
Lex alia. (ſunt.
Gallia & Galatia idem
Galatia a Cimbris oc/
cupata.
Populi inſtantia pro/
mulgationi legis.
Attende terminum
quinq; diez Senatui
prędixum: pariter &
pœnam.

quibus maxime ſub Mario expertis in bello confidebat. Verũ italis ea ex lege plurimũ ſibi uendicantibus populus egre ferebat. Seditione igitur in curia exotta: quicunq; Tribuno: ac legibus aduerſabantur conuitijs impetiti ad Apuleiũ ſtatim e Tribunali decurrunt. Ciuium deinde multitudo tanta uoce in comitijs exclamare cœpit/ ut de cęlo intonaſſe uideret̃: quo incidente nihil ex lege romanis ſtatuere fas fuit. Vrgẽtibus demũ ꝑuim bis: qui Apuleium circũſteterant/ ciues ueſtes accincti: & occurrẽtia quęq; ligna capientes agricolas inuadunt. Illi denuo ab Apuleio cõuocati/ cũ lignis/ & ipſi ciuibus occurrunt. Eoq; modo per uim tulere legem. Mario itaq; conſule confeſtim ſtatuente/ Senatus iuſiurandũ cœpit inquirere. Metellũ quoq; robuſto animo: & ad quęcunq; libuiſſet conſtantem intuens ſi loqui pręueniſſet. Marius in mediũ ſententiam protulit/ huiuſmodi aſtutia uſus: ac ſic effari cœpit. Metellũ iuſiurandum nõ utiq; ſponte ſubijſſe: quod ipſe pręſtitiſſet. Aſſentiente ad hęc Metello: & cęteris id ipſum collaudantibus/ Marius concionẽ diſſoluit. Quinta demũ die: quę poſtrema iuxta legem ad perbibendũ iuſiurandũ uidebatur/ horam circa decimam omnes cum feſtinatione conuocari imperat. Populũ igit̃ ad legẽ inconſulte properantẽ/ ſe admodũ uereri dixit. Hanc autẽ ſolertiam: & ſophiſma ſolũ intueri Iurare uidelicet ſi lex eſt/ legi aſſentiendum eſſe. In hunc modum qui ex agris cõueniſſent diſſoluendos fore. Sequenti die nullam eſſe legẽ haud difficulter oſtendi poſſe: quę ꝑ uim Ioue inſuper tonante contra patrios mores lata eſſet. Hęc effatus/ nullo expectato fine: ſilentibus adhuc cunctis/ ueluti ſubita quadã eruptione ab inſidijs facta/ nullo temporis ſpacio intermiſſo ad cogitandum in Saturni templũ ſe contulit: in quo Cenſores iuſiurandũ ſubire opus erat: & priot cum amicis illud pręſtitit. Idem & reliqui fecere timore ducti. Metellus autẽ non ſolum iuſiurandũ renuit: ſed ut ptius inſtituerat conſtanti animo: & intrepido

Vtilis lex italis.

Populi ſeditio maxima.

Ingentem nota ciuiũ exclamationem.

Ioue intonante nihil romanis ex lege ſtatuere fas eſt.

Ciuiũ: & agricolarũ tumultũ attende.

Aſtuta Marij ſentẽtia

Duplex ſophiſma.

Templũ Saturni.

Metelli conſtantia.

perſtitit. Poſtridie Apuleius lictorem ad eū mittens e Senatu eduxit. Accurrentibus cęteris Tribunis/Glaucia:& Apuleius ad eos:qui ex agris cōuenerant ſe tranſtulere:faſſi neq; legem illis:neq; tellurem eſſe integram niſi Metellus eijceretur. Hac ex re accuſationem fugę illi decreuere:& conſules per pręconē annūciare iubent Metello igni & aqua tectoq; ab omnibus in/terdicendum eſſe. Ad approbationē uero huiuſmodi decreti: diem unicam dūtaxat perſcripſere. Conquerentibus maxime de his ciuibus:& Metellum continue armis circūſeptum prę/mittentibus Metellus eos complexus: & electionem plurimū commendans/haud ęquū ſibi uideri/ eius cauſa diſcrimen ali/quod inferri patrię. His dictis ciuitatem egreſſus eſt. Decretū uero ab Apuleio confirmatū: quę ex decreto uiciſſim Marius publicari iuſſit. His ex cauſis Metellus uir pręſtātiſſimus urbe eiectus:& poſt eum Apuleius ter tribunatu potitus eſt:& qui/dam cum eo fugitiuus habitus/Gracchū antiquiorem parentē ſibi aſſerens: Quamobrem multitudo omnis cū eo ad electio/nem maxime operata eſt Gracchi deſiderio. Propoſitis autem conſulum comicijs Marcus Antonius alterā in partem dubius electus eſt:Reliquā Glaucia: Memiuſq; in diuerſū traduxere. Sed cū Memius dignior exiſteret/ueriti illū Glaucia:& Apu/eius/nō nullos ad eum cū lignis in ipſa electione pręmittunt: qui Memiū uulneribus aggreſſi inſpectantibus cunctis inter/fecere. Hac ex re conturbata concio/ ſtatim diſſoluta eſt/ nullis legibus:aut iudicibus:aut uerecundia eos cohibente. Populus ira & indignatione accenſus ſequenti die ueluti Apuleium in/terfecturus accurrit. Ex hoc cętera multitudo ex agris deuoluta cum Glaucia:Caioq; Saphinio Cenſore capitoliū inuadit. Se/natu eos interfici mandante turbatus Marius non nullos armis inſtruxit:ueq; tardante eo alij aquarum fiſtulas:quę ad templū confluebant incidunt. Saphinius templo ignem immiſit ex ſi/ti ſe moriturum autumans. Glaucia:& Apuleius Marium ſibi

Lictor ad Metellum mittitur.

Crudele decretum.

Ciuium querelę.

Metelli probitas: & exilium indignum.

Marcus Antonius.
Memius.

Attende nō licere fer/ro uti.
Memij interitus.
Ira & indignatio po/puli.
Caius Saphinius Cenſor.
Turbatio ingens Marij conſulis.
Fiſtulę aquarū.
Glaucia prętor.
Apuleius Tribunus.

auxilio adesse arbitrati in primis se tradidere: & post eos Sa-

Saphinius Censor.

phinius. Marius omnib9 ut eos occideret inclamantibus in Se-
natu concluſit quaſi legalius eam rem executurus. Hi occaſio-
nem adeſſe arbitrati tranſenam a Senatu ſuſtulere: & qui circa
Apuleiū erāt pręcipitauere omnes/quoad Cenſorē: Tribunū:

Interficit eodē tēpore Censor: Tribunus: & Prętor.

prętoremq; interfecerūt. Principatus cōſilijs adhuc aſſidentes
ciues: cęteraq; multitudo ex diſſenſione confundunt: Et Tri-
bunus alius: qui Gracchi filius eſſe putabatur/ primum ea die
Tribunatū geſſit: cū nulla ulterius libertatis: aut reipublice:
aut legum: aut dignitatis: aut principatus eſſet utilitas. Ex quo

Tribunitię poteſtatis deiectio.

Tribunitia poteſtas ad delictorū pœnas: populiq; ſubſidia ue-
luti ſacroſancta quondam conſtituta in hūc modū deiecta eſt:
taliaq; perpeſſa. Interfecto a Tribunis Apuleio/ Senatus: po-

Publius Furius Trib. plebis.

pulusq; romanus una uoce clamare occipiunt Metellū eſſe re-
uocandum. Cęterum Publius Furius Tribunus plebis non li-
bero: ſed libertino patre genitus audacter admodū: ac conſtan-
ter illis reſiſtebat/ut neq; Metelli filij precibus in cōſpectu po-
puli ſuppliciter eū deprecantis: & ad pedes eius prouoluti la-
chrymantiſq; flecti potuerit: Qua ex cauſa puer idē ab huiuſ-

Vnde Metellus pius dictus eſt.

modi proſpectu pius ſubinde cognominatus eſt. In ſequēti an-

Caius Cornelius Tribunus plebis.

no Caius Cornelius Tribunus Furium ipſum hac de cauſa in
iudicium uocauit. Populus non expectato Furij reſponſo/ in

Interficitur Furius a populo: & Metellus reuocatur.

conſpectu omniū ſtatim ibidem deprehenſū lacerauit. Sic aſ-
ſidue uniuſcuiuſq; odium in foro eminebat. Metello tandem

Attende diē Metello non ſuffeciſſe.

reditus conceſſus eſt. Ferunt diem illi non ſuffeciſſe: dum ad
portas urbis obuios quoſq; complecteret. Ex hoc tertiū ciuile

Bellum ſociale.

bellum Apuleij cū duobus Gracchis fuiſſe cōſtat: in quo tam
multa in romanos perpetrata ſunt. His ita ſe habentibus ſocia-
le bellum multarum per italiam gentium principium aſſum-
pſit: Quod ſubito exurgens ad ſummū tandem uſq; peruenit:
ſeditioneſq; ex urbe ob timorem ſuſtulit. uerum finiens longe
ampliores turbulētioreſq; excitauit. Seditionū quoq; principes

potentiſſimos erexit: quiq; nō legum lationibus: plebeiſq; tumultibus inter ſe: uerum exercitibus immenſis ſubitiſq; craſſarentur. Id autem huic hiſtorię inſerere uiſum eſt cum ex romana ſeditione principiū aſſumens maiores adhuc tumultus diſſenſioneſq; conciuerit. Ortū autē ſumpſit in hunc fere modum. Fuluius Flaccus conſulatum gerens primus italos palam excitaſſe dicitur ut in ciuitate aſſumerentur: & ex ſubditis participes fierent dignitatum. Quam opinionē inducens idem cū in ea conſtanter diutiuſq; perſeueraret a Senatu ī expeditionē miſſus eſt: In qua conſumpta iam dignitate cōſulari Tribunatum eligere maluit: eumq; cum Graccho iuniore adipiſci ſtuduit: hęc & alia quędam cum eo etiā in italia meditante. Ambobus autem interfectis ut a nobis ſuperius dictum eſt/ multo magis Itali elati ſunt. Non enim in ſubditorū numero ꝑ communi portionē eſſe ſuſtinebant: & Flaccum Gracchumq; ipſis prędentes talia perpeſſos haud facile perferre poterant: Ex quo Liuius Druſus Tribunus plebis uir illuſtris rogantibus Italis legē illis de ciuilitate allaturū ſe promiſerat. hanc enim prędipue exoptabant: quaſi ſubinde ex ſubditis futuri duces. Is igit hac in re populo ſubblandiens colonias plures in italia & Sicilia: quę iampridem decretę: nundū tamen conditę fuerant deducere ſuaſit. Senatum uero: & equites qui iudiciorū cauſa iampridem inter ſe diſſidebant/ cōmuni lege cōiungere temptauit. Cumq; iudicia haud aperte ad Senatū traducere liceret: ad utroſq; in hunc modum deferre conatus eſt. Cum Senatores ob diſſenſiones ad tercentum fere creuiſſent numerū/ totidem alios ex equeſtri ordine eligi potiſſimū illis perſuaſerat: qui omnes in futurum iudicia exponerent. Exactiones etiam munerum/ ab bis fieri pro crimine cōſcripſit: cū iam ex more quodāmodo largitio haud multi fieret: quę ſine rubore quęſtum faceret. Hęc igitur ad utroſq; meditatus eſt. Quę res illi in contrariū ceſſit. Quippe Senatus moleſte admodū perferre

Fuluius Flaccus origo huius belli.

Liuius Druſus uir illuſtris.

Attende.

Qua forma Liuius Druſus Senatū cū equeſtri ordine in unū copulare ſtuduit.

Attende modū tranſferendi iudicia.

Largitio conſueta.

uiſus/ tot ſubito ſibi admiſceri uiros: & ex equitū numero ad ſummā uebi dignitatem/non abſurde arbitratus/ cum Senatores effecti eſſent longe potentius primis illis ſeditionem in ſe concitaturos eſſe. Econtra equites non mediocri ſuſpitione tenebantur/ſi ob hanc rem iudicia in futurum ab ipſis ſublata ad Senatum deferrentur. Cum enim ingentia lucra poteſtatemq; guſtaſſent/ haud facile ea ſuſpitione carere poterant. Ob multitudinem preterea eotū in deſperationem: pariter ac ſuſpitionem inter ſe uenturos eſſe qui nam digniores uiderentur ad tercentum eligi numerum: ac ceteris inuidiam gigni erga meliores. Super omnia uero intra ſe querebant/ nouū in largitionibus exorſum crimen: quod a ſe perfortiter exploſum eſſet. Hunc igitur in modum equites Senatoreſq; & ſi alias inter ſe diſcordes eſſent in Druſum pariter fixere odia. Solus populus coloniarum deductione lętabatur. Itali partim pro bis: ob quę Druſus hęc in primis cōmentus fuerat: partim pro coloniarū deductione uerebantur: quaſi publica romanorum tellus: quę īmenſurata adhuc erat haberetur. Itaq; quidā ui: nō nulli clam qui ſibi ſtatim eriperent inuaſere agros. Ea re plurimū propria tellure uexati Tyrrheni atq; Vmbri: & ob hęc Italos metuentes: ut uidebat: ad conſules in urbem delati ſunt: re quidē ut Druſum interficerent: uerbo autē ut in legem conclamarēt: eoq; modo conſtitutā diem expectabant. Id pręſentiens Druſus raro in publicum progrediebatur: uerū in deambulatorio loco parum habente lucis continue ius dicebat. Cum igit circa ueſperam multitudinem emitteret/ ſubito ſe percuſſum eſſe conclamauit: uixq; finito clamore in terram concidit. Repertus deinde ſutoris gladius femori eius infixus. Eoq; modo Druſus & ipſe Tribunus occiditur. Equites itaq; calūnię principiū aduerſus ęmulos ex illius dignitate meditati: Quintū Valerium ad Tribunatū induci ſuadebant. Iudiciū eſſe in italos quęrendum: qui in rempublicā aperte: aut occulte auxilia pręſtabant

Equitum ſuſpitio.

Druſus ex lege a Senatu pariter & equeſtri ordine odio habitus.

Italorum timor.

Tyrrheni. Vmbri.

Attende hiſtoriam.

Druſi interitus.

Quintus Valerius.

ſperantes eo modo potentes omnes inuidię crimine circũuen-
turos eſſe: ſe uero fore iudices: biſq; eiectis facile urbis impe-
rium adipiſci poſſe. Recuſantibus itaq; cęteris Tribunis ꝓferre
legem/equites enſibus nudis circũſtantes eam protulere. Qua
lata cõfeſtim Senatorũ prędantiſſimis accuſatores aſcripſere:
quibus Viſtius haud obediens ſponte profugit: ueluti ſeipſũ
non traditurus in manus hoſtium. Poſt illam Cotta in iudiciũ
uenit. Cum autẽ elate admodum pro ijs: quę in republica geſ-
ſiſſet loqueretᵉ: & equites reprehẽderet/ prius q̃ decreto urbe
eijceretᵉ/ egreſſus eſt. Mumius gręcia capta ab equitibus eum
ſoluere pollicentibus inſidijs petebatur. Qua ex cauſa turpiter
ĩ iudicio fugere compulſus in Delo uitam egit. Increbeſcente
itaq; dietim malo in optimos quoſq; populus triſtari cœpit/ta-
libus: tantiſq; ſibi ereptis ingemiſcens uiris. Itali quoq; Druſi
clade percepta: aliorumq; ad fugam occaſionẽ intuentes/ haud
facile ea tolerare poſſe rati/ſi illis ſubditi ea pati cogerentᵉ: nec
aliam ĩ republica degendi formam ulterius ſperarent a roma-
nis defecere; bellũq; ĩ illos acriter inferre ſtatuunt. Clam uero
inter ſe fœdera ineuntes: obſides ad fidem mutuã hac de cauſa
tradidere. Quę res permultũ temporis romanos ob diſſenſio-
nes: & iudicia in urbe latuit. Cum autẽ animaduerſa eſſet/nõ
nullos ad urbes demiſere qui hęc ſecreto a complicibus exqui-
rerent. Ex his cũ quidã adoleſcentem ex Aſculi urbe obſidem
datum: & ad aliam ꝺelatũ urbem intueretur/ ſtatim Seruilio
procõſuli circa ea loca prędidenti notũ facit. Erant quippe (ut
uidetur) italię procõſules per partes prędidentes: quos multo
deinde tempore imitatus Hadrianus cũ princeps extitiſſet/ ro
manis innouare ſtuduit: qui ordo poſt illum breui permanſit.
Seruilius igitᵉ ira accenſus/arrepto curſu ad Aſculũ uenit: ciui-
buſq; ĩ publico ſolennia agentibus grauiter inſultãs occiſus eſt
Cunctis itaq; eos deſpicientibus/ Fonteius poſt illũ legationis
cauſa demiſſus/& ipſe interfectꝰ eſt. Sic enĩ illos: qui gentibus

Lex alia.
Magna ſeditio.
Viſtius.
Cotta.
Mumius.
Defectio italorum a romanis.
Aſculi urbs.
Seruilius proconſul.
Hadrianus: ſub quo Appianus.
Seruilij interitus ab Aſculanis.
Fonteius legatus interimitur.

Italię populi: qui in romanos bellum mouere.

Larius fluuius.

Italorum legati ad romanos.

Legatorum querelę.

Magnanima Senatus responsio.

Ingentes lege exercitus.

Sextus Iulius Cęsar: & Publius Rutilius consules.

Sub Rutilio.

Gneus Pompeius.

Quintus Cepio.

Caius Perpenna.

Caius Marius.

Valerius Mesala.

Sub Cęsare.

Publius Lentulus.

Titus Didius.

Licinius Crassus.

Cornelius Sylla.

Marcellus.

pręsunt: & a Senatu ad subsidia mittūt legatos solēt appellare. Occumbentibus his neq; cęteris romanorum uenia ulla adhibebat: Sed omnibus apud se moram ducentibus/ insurgentes Asculani uitam ademerunt: bona eorum prędę exposuerunt. Patefacta iam tandē defectione omniū: quicunq; Asculanis finitimi fuere ad arma cōcurrūt/ Marsi scilicet: Malini: Vistini: Maruceni: & ultra hos Picentes: Ferentani: Hirpini: Pompeiani: Venusini: Iapyges: Lucani: & Sānites: quę gens prius aduersa admodū: & grauis romanis fuerat: & quicūq; alij a Lario flumine qui ut mihi uidetur ad Linternū defluit: & quicquid ad Ionium sinum pedestri maritimoq; itinere patet: hi omnes legatos ad romanos misere apud eos conquerentes/ q; omnia ad principatum illorum meditati/ haud digni eorū republica habiti fuissent. Quibus Senatus acerbe respondit. Si eorū quę egissent illos pœniteret/ legatos ad se mitterēt: Sin minus mittere desisterent. Illi desperatis rebus ad bellandum sese prępa-
(tus.
rant: quibus exercitus ex urbibus in cōmune affuere: equitum unus: peditum reliquus usq; ad centū millium numerū. Romani ęqualē illis ex aduerso statuere/ partim a seipsis: partim a socijs italię urbibus: & adhuc ī fide manentibus collectū. Romanis Sextus Iulius Cęsar: & Publius Rutilius Lupus cōsules pręerant/ ambobus tanq̄ ad magnū: & finitimū egressis bellū cum reliqui portas mœniaq; tuerentur. Quemadmodū autem domestico: & uicino maxime opere: & circa leges eorum diffidente: uariarumq; partium adhibentes animū prętores/ consulibus ex optimis quibuscūq; addidere/ Rutilio uidelicet Gneū Pompeiū patentē Pompeij illius qui magnus cognominatus est: ac Quintū Cepionē: Caium Perpennā: Caiūq; Mariū: ac Valeriū Mesalā. Sub Sexto Cęsare Publiū Lentulū: ac fratrē ipsius Cęsaris: & Titū Didiū: Liciniū Crassū: Corneliū Syllā & pręter hos Marcellū. Tot enim uiri sub consulibus inter se diuisi ꝓuinciā administrabāt: quibus omnibus cōsules pręerāt.

Alios ꝑterea romani illis obſequentes/ueluti ad inſigne quoddam bellum unicuiq; miſerant. Italis duces ex urbibus alij aderant cōmunes in cōmuni exercitu: quibus omnibus prȩerant Titus Affranius: Caius Pontilius: Marius Ignatius: Quintus Pompedius: Caius Papius: Marcus Lamponius: Caius Iudacilius: Erius Aſinius: & Vectius Cato: qui exercitū inter ſe diuidentes romanorū ducibus aduerſi ſteterant/ multa inferentes damna: multaq; patientes: Quorum omniū: ut a principio digniora exequar huiuſmodi fuiſſe conſtat. Vectius Cato Sextū Iuliū acie propellens/ duobus millibus in bello cȩſis ad Aſerniam deduxit urbē/romanorū fauentem partibus. Itaq; Lucius Scipio: & Lucius Acilius ſeruorum ueſtes induti fuga abiere. Cȩteri tēpore fameq; perdomiti ſe illi dedidere. Marius Ignatius Venefrano ꝑ proditionē recepto/duas romanoꝝ cohortes in ea deprehēſas interemit. Preſenteius autē Publius Perpennam ad decē millia hominū ducentē in fugā uertit: ex quibus ad quattuor millia cȩſa ſunt: reliquis maiorem armorū ademit partem. Qua ex re Rutilius conſul Perpennā ab exercitu ſummouit: eiuſq; copias Caio Mario ſubiecit. Marcus autē Lamponius ex his: qui cum Licinio Craſſo aderant ad octingentos occidit. Reliquos ad Adrumetū urbē inſecutus eſt. Caius Papius Nolam ex proditione recepit: & romanis ad duū milliū numerū in ciuitate ea reſidentibus publice ꝑ prȩconē annunciari iubet Si cū eo militare uellent. Quoſcunq; igit' conditionē admittentes in armis habuit. Duces militiā recuſantes carceri incluſos fame necauit. Caſtabulos ꝑterea cepit. Minternū quoq; & Salernū: quȩ romanorū colonia fuit: & captiuos ex ea habitos ſeruoſq; militiȩ aſcripſit: quecūq; Nucerię finitima incendit igne: utq; ciuitates proximas timore afficeret/ exercitū ſibi dari poſtulauit. Cui peditum decē millia: equites mille attributi ſunt. Cū his Papius ad Acherras caſtra poſuit. Sexto autē Cȩſare galatarū peditū decē millia: & Numidas Mauruſioſq;

Duces italorū.
Titus Affranius.
Caius Pontilius.
Marius Ignatius.
Q. Pompedius.
Caius Papius.
Marcus Lamponius.
Caius Iudacilius.
Erius Aſinius.
Vectius Cato.
Epithoma belli ciuilis.
Aſernia urbs.
Prima clades romanoꝝ.
Deſcriptio bellorum quȩ inter romanos & italos geſta ſunt.
Secunda. (nō ponit'.
Preſenteius ī cathalogo
Vincuntur romani a principio: ueꝝ tandē uictores euaſere.
Tertia.
Perpenna a Preſenteio ſuperatur.
Quarta.
Adrumetū urbs.
Nola ex proditione capta a Caio Papio.
Quinta.
Sexta.
Caſtabulos.
Minternum. (lonia.
Saletnū romanorū co-
Nuceria. Acherrę.

Oxinta numidarum regis Iugurtę filius.

Septima.

Mutatio fortunę.

Cęsar romanę victorię principium.
Canusium.
Venusium.

Lyris fluuius.

Vincitur Rutilius a Catone p insidias.
Mors Rutilij cōsulis.
Marius Catonem uallo exuit.
Octaua romanorum clades.

Senatus ordo in humandis militibus.

deducente equites: & ad Accherras accedente/ Papius Oxintā Iugurtę numidarū regis filium: qui a romanis Venusij custodiebatur/ urbe extulit. Hunc purpura regia uelatum sępenumero Numidis: qui cum Cęsare aderant ostendit. Multis igit numidarum ad eum tanq̄ regem fugientibus/ reliquos Cęsar ueluti suspectos in libyam demisit. Papio strenue ad eum accedente propius: & partem ualli dirruente/ equites reliquis e portis emittens Cęsar ad sex millia hostiū occidit: & subinde ex Acherris exercitū deduxit. Iudacilio in Iapyga existenti Canusium: Venusiūq̄: & pleręq̄ alię ciuitates adhęsere: quasdā etiā sibi aduersantes idem obsedit: & qui illustriores ī his fuerant romanorum interemit: populares item: seruosq̄ militię ascripsit. Rutilius consul: & Caius Marius supra flumē Lyrim pontes transeundi causa/ non magno inter se spacio coniunxerant: quibus Vectius Cato aduersus steterat non longe a Marij ponte. Clam itaq̄ noctu circa Rutilij pontē insidias in ualle disponit. Simul autem Rutiliū in transitu uidere dissimulans: insidias educit: pluribusq̄ inter arida necatis multos flumini immersit. Hoc in prędio Rutilius ab hostibus sagitta caput saucius non multo post interijt: & Marius ad alterum constitutus pontē/ ex corporibus fluuio immersis: atq̄ natantibus cladem arbitratus/ expulsis his: qui propius obstiterāt fluuiū superat: uallumq̄ Catonis paucis custodientibus intercipit/ ut Cato eo in loco quo uictoriam adeptus fuerat pernoctare: & cōmeatu destitutus statim copias abducere coactus sit. Rutilij multorūq̄ illustriū corpora romam delata quo sepulchro mandarent̄ miserandū prębuere spectaculū: consulis totq̄ aliorū intuentibus funera: & p plures dies luctus excitatus est. Ea ex causa Senatus defunctoꝝ corpora: quę in bello occubuissent/ eo in loco sepeliri uetuit: quo aliorū humarent̄/ ut ab oculis militū q̄ longissime abessent: Quod hostes intelligentes uicissim & de suis statuere. Rutilio successor reliquo anni tēpore nemo substitutus.

Sextus Cęſar cum quietem minime ageret: ſed cõtinue ad comitia romam commearet/ Senatus exercitui: cui ipſe pręerat Caium Marium: & Quintũ Cepionem pręſidere uoluit. Ob eam rem Cepioni aduerſus Quintus Pompedius prętor trãſfugę ĩ morem ab exercitu receſſit/duos impuberes ſeruos ſecũ trahens/filiorũ in morem purpureis ornatos ueſtibus: eoſq; in poteſtatem ſibi tradidit: & ut fidem promereret/ maſſas quaſdam plumbeas auro: argentoq; cõtectas una detulit: ſummaq; celeritate Cepionem adhortatus eſt ut cum copijs inſequeret: quaſi illi duce deſtitutum relicturus exercitũ. Ductus credulitate Cepio eum inſequit. Pompedius loco proximus ubi inſidię latebant/ collem quendã ueluti hoſtes ſpeculaturus aſcendit: ſignũq; illis extulit. Hi ex inſidijs prodeuntes Cepionem pluresq; alios ibidẽ captos interemere. Cepionis exercitũ Senatus Mario adiunxit. Sextus Cęſar cũ peditibus triginta millibus: equitibus quinq; millibus per uallẽ quandã: locaq; ſcrupoſa delatus/ Mario Ignatio ſubito occurrente ĩ uallem conpulſus/ingruente morbo ad lectũ tranſire compellitur/ flumĩnis cuiuſdam ĩ ripa: cui unicus ꝑ pontẽ patebat aditus. Quamobrem maiore exercitus ſui parte deleta/ reliquorũ amiſſis armis/ uix tandem in Theanũ fuga delabitur: Reſiduos cum eo exiſtentes quoad licuit inſtruxit armis: Cętera multitudine ad ad eum fugiente/ ſupra Acherras: quę adhuc a Papio obſidebatur caſtra poſuit. Exercitibus utriq; aſſiſtentibus/ neutiq; alter alteri ob timorẽ cõgrediebat. Marſos autẽ Cornelius Sylla & Caius Marius aggreſſi cõtinue inſequebant: quoad uitium obligamina incurrerent. Cum uero Marſi uitium nodos egre ſuperarent/ Mario ac Syllę ulterius progredi haud uiſum eſt. Cęterũ Cornelius Sylla ab altera uitium parte caſtrametatus: difficultatẽ hoſtibus obiectam animaduertens/ Marſis fugientibus occurrit: multoſq; interficit/ ut ad numeꝝ fere ſex milliũ extincti referant: & longe plura a romanis arma ſuſcepta ſint.

Sexti Cęſaris ambitio.

Fraus.

Nota quemadmodum Cepio a Quinto Pompedio circũuentus interimitur.

Nona clades.

Vincit Sextus Cęſar a Mario Ignatio.

Theanum urbs.

Principium romanę uictorię.

Marſi a Sylla: & Caio Mario oppreſſi.

Nouũ Marſorũ bellũ cum romanis.

Marſi bellicoſi.

Attende cõgreſſionẽ.

Mons Falernus.

Credo Publiũ eſſe eũ quem Preſenteium ſuperius dixit.

Fugatur Pompeius.

Vrbs Firmi.

Pompeij obſidio.

Sulpicij aſtutia.

Fugantur Itali.

Affranij interitus.

Obſidet Aſculum a Pompeio.

Egregia facinora Iudacilij Aſculani.

Aſculanorum negligentia.

Iudacilij increpatio.

Mirabile genus mortis a Iudacilio excogitatum.

Hoſtiũ cędes a Sexto Cęſare.

Marſi ferarũ more ſe deceptos egre ferentes/ iterũ cepere arma: denuoq; cum ipſis congredi conantur. Sed cum illi pugnã detractarent: belli initiũ nuſq; factũ. Eſt enim Marſorũ natio bellicoſiſſima admodũ: Ferũtq; hac ipſorũ duntaxat culpa triumphum de illis habitũ: cũ prius neq; aduerſus Marſos: neq; ſine Marſis triumphus ullus adeptus ſit. Circa Falernũ montẽ Iudacilius: & Titus Affranius: & Publius Ventidius cũ Gneo Pompeio inuicem congreſſi in fugam uertere: & ad urbẽ uſq; Firmũ perſecuti ſunt. Deinde ad alia duxere copias. Affranius Pompeio intra Firmũ incluſo caſtra appoſuit. Ille uero ceteros in armis prępatans ad bellum nõ prodibat. Aduentante alio exercitu Sulpiciũ a tergo Affranio immittit. Ipſe in fronte progredit. Itaq; dum pręlium geritur/ laborantibus utriſq;/ Sulpicius hoſtium caſtris iniecit ignem. Quod intuentes illi ad Aſculum perfugiunt/ nullo militari ordine carpentes iter. Affranius pugnans interimitur. Pompeius ad Aſculũ profectus urbem oblidebat. Erat quippe Aſculũ Iudacilij parentis oppidum: quo timore ductus Iudacilius: cum cohortibus octo confeſtim acceſſit. Pręmiſſis ad aſculanos nuncijs/ iubet ut cũ longe uenientem uiderint/ ſubito accurrant: hoſtiumq; circũſtantium caſtra aggrediantur/ ut pręlium utraq; ex parte in eos gereretur: quod ab aſculanis neglectum eſt. Iudacilius igitur per medios hoſtes cum quibus potuit ui delatus/ eorũ timiditatem infidelitatemq; redarguit: quaſi ulterius urbem tueri deſperarent. Aemulos uero qui cũ eo prius diſſidebant: & tunc quidẽ multitudinem a mandatis ſuis deterruerant/ interemit omnes: deinde i templo pyram etigens/ ſupra eam menſam ſtatuit: & in ſummo cum amicis epulatus eſt. Perſeuerante adhuc conuiuio uenenũ introducitur: quo ſumpto ſupra pyram ſeſe collocans/ ut ignem illi immitterent orauit. Sic Iudacilius egregie pro patria contendens: extinctus eſt. Sextus Cęſar cum deponendi muneris tempus acceſſiſſet/ proconſul a Senatu electus

uiginti millibus hoſtium: qui in exercitu aderant occurrit: ex quibus ad octo millia occidit:plurium etiã aſſũpſit arma.Circa Aſculum caſtra metanti cum creatio eius in longũ traheretur morbo deceſſit: prętorẽ eius loco Caium Bebiũ inſtituens. Et hęc quidẽ circa italiã Ioniumq; geſta.Intelligentes autẽ hęc illi qui ab altera romę parte incolũt tyrrheni:& umbri: & alię his finitimę nationes ad defectionẽ una conſenſerũt. Veritus igit' Senatus ne hoſtibus omni ex parte ingruentibus urbẽ minus tueri poſſet: mare omne a Cumis ad urbẽ uſq; libertis cõmuniuit/tunc primũ ad militiam ob uirorũ inopiam accitis:Italos uero in ſocietate permanentes adhuc/reliquorũ ciuiũ numero aſcripſit: quod unicum ab omnibus maxime expetebat'. Idem & tyrrhenis cõceſſere: qui ciuilitatẽ cupidiſſime cõplexi ſunt. Hac igit' caritate uſus Senatus/ex benignis longe benigniores ſibi reddidit:& qui dubij adhuc erant in fide confirmauit. Aduerſantes prętera in bello ſpe huiuſmodi ciuilitatis mitiores habuit. Hos nuper in urbem delectos uiros / Romani neutiq; eoꝝ tribubus: quę trigintaquinq; numero fuere ſtatim miſcuerunt/ ne priſcis illis numero ſuperiores/ in creationibus aliquando anteferrentur: ueꝝ eas decimantes alias denuo ex illis creauere: in quibus ultimi ſuffragia ferebant : & plerũq; eorũ calculus nullius fere momenti habebat': cũ quinq; & triginta in primis uocarentur:quę ſupra dimidiũ reliquas excederent: quod a principio efflagitantibus italis eos latuit.Cum uero res cognita fuiſſet/ alterius diſſenſionis cauſam prębuit. Qui autẽ circa Ioniũ fuere nondũ tyrrhenorũ pœnitẽtia ꝑſpecta/ quindecim uirorũ millia: longis itineribus: nulla intermiſſione in auxiliũ eis pręmiſerũt:Quibus occurrens Gneus Põpeius iam tum conſulatũ adeptus/ ad quinq; millia occidit.Reliqui uero ad propria ꝑ regionẽ ſterilem hiberno tempore/ ſũmo labore reuerti ſatagentes/cum dimidia fere eorũ pars glandibus toleraret famem/ inopia cõſumpti ſunt.Eadem hyeme Cornelius

Mors ſexti Cęſaris poſt uictoriam.
Caius Bebius.

Senatus timor.

Cume urbs.
Quando primũ romani ad militiã uſi ſunt ſeruis.
Italos numero ciuiũ aſcriptos lege.
Caritas Senatus.
Quid egit caritas.
Attende.

Aſtus romanorum.

Origo alterius ſeditionis.

Gn.Pompeius cõſul.
Cędes.
Inopia conſumptos attende.

Cornelij Catonis mors Pōpeij collegę.

Cato Pompeij collega contra Marsos bellū gerens interfectus est. Lucius Cluentius ad pompeios mōtes Syllę castrametanti summa diligentia bellum gerens uix tribus stadijs longius aberat. Eam ignominiā cū egre perferret Sylla: non expectatis ijs qui pabulatum mittebant/ Cluentiū aggreditur: actum quidē uictus effugit. Sylla assumptis deinde pabulatoribus Cluentiū inuadit: auertitq; : qua ex causa longius castra ponere cōpulsus est. Galatis deinde ad eum confluentibus: iterū Syllę propius accessit. Cum utriusq; exercitus ad bellum conueniret/ Galata quidā uir corpore eximio/ cursu cęteros anteuectus quempiā ex romanis in pugnam prouocat. Huic occurrens Maurusius statura perbreuis protinus superat occiditq; . Eo aspectu cōterriti Galatę fugam capessunt/ dissoluto ordine: nec acierū ulla Cluentio ulterius substitit: ueq; Nolam concito cursu turbatę aduolant. Quos continue insecutus Sylla/ ad triginta millia interemit. Nolanis deinde per portā eum susćipientibus: ne hostes ipsis insurgerent/ reliquos omnes circa mœnia/ ad numeq; uiginti milliū occidit: cū quibus & Cluentius egregie pugnās interimit. Sylla deinde ad alias delatus nationes: quę hirpinę appellant: cum castra illis apposuisset/ in Nolanos decurrit. Hi Lucanos exorta luce in auxilium ipsis uenturos expectabant. Tempus itaq; ad cōsultandū a Sylla petiere. Ille intellecta fraude/ horam Nolanis diffinit: & oppidū ligno uallatū appositis scalis: post horam protinus ascendit. Ea ex trepidatione compulsi ciues/ urbem Syllę tradidere: quā ille necessitate potius q̄ beniuolētia sibi obsequentē/ prędę exposuit. Cęteris se dedentibus uenią concessit: donec hirpinas nationes omnes sibi subdidit: & in Sannites deduxit exercitum non his quidē itineribus: quę Emotilus eorū dux diligenter obseruabat: ueq; aliam nactus itinerationē per anfractus ignotam plurimis ex ea/ hostibus inuectus est: multosq; ex ijs occidit: reliquis sparsim fugientibus. Emotilus cum paucis in Asserniam saucius aufugit.

Cornelij Catonis mors Pōpeij collegę.
Lucij Cluentij bellū in Syllam.
Cluentij uictoria.
Syllę uirtus.
De Gallo. nota.
Galata: & Gallus idē habentur.
Duellum.
Maurusius.

Galatarum fuga: & occisio a Sylla.

Ingens cędes.
Syllę uictoria: & Cluentij interitus.
In Nolanos attende.
Nolani Syllā decipe meditati ab eodem opprimuntur.

Nola prędę exposita.
Quę Hirpinę nationes dicant/ attende alibi non hic.
Emotilus.
Syllę uictoria de Hirpinis & Sannitibus.
Asernia urbs.

Sylla ſublato exercitu in Buanos tranſgredit: quę gens cõmu-
ne deficientium receptaculum fuit: cum tribus arcibus inſigne
eorum eſſet oppidũ : & Buani ea fiducia Syllę aduerſarentur.
Ille nõ nullis pręmiſſis: quã primã ex omnibus arcẽ aſcendere
poſſent/ iubet occupare : deinde ex fumo rem notã ſibi facere.
Prodeunte igit fumo/ qui a fronte conſtiterãt aggredit: ac tri-
bus continuis horis pręlio decertans/ urbe potitur. Et hęc qui-
dem ęſtatis temporibus felicitet a Sylla geſta : Inſtante hyeme
romam ad conſulatũ petendũ reuerſus eſt. Gneus autẽ Pom-
peius in marſos mauricenos: ueſtinoſq; deduxit. Caius Coſco-
nius alter romanorũ prętor cũ exercitu delatus Salpiam incen
dit: Cannaſq; ſuſcepit: & ad Canuſiũ diſpoſitis caſtris/ Sanni-
tibus illi inſurgentibus ſtrenue obſtitit: quouſq; cędes utraq;
ex parte inſignis editur : & Coſconius copijs debilitatus intra
Cannas recedere compellit. Trebatius Sannitũ dux flumine
utriuſq; copias excludente/ Coſconiũ adhortatur/ ut uel ſupe-
rato fluuio ad ipſum pertranſiret: uel ripa fluminis excedens
tranſeundi facultatẽ ſibi traderet. Ille igit loco ceſſit: & Treba-
tio tranſeunti occurrens pugna ſuperior euaſit. nam illo ſupra
fluuiũ arripiente fugã ad quindecim hoſtiũ millia interemit :
Reliqui cum Trebatio ad Canuſiũ celeri fuga delati ſunt. Co-
ſconius latinenſium: uenuſinorũ: aſculanorũq; uaſtatis agris:
in podiceos peruenit: duobuſq; diebus nationẽ illã ſuperauit.
Cecilius Metellus ſucceſſor illi ſubſtitutus ad bellum cum ue-
niſſet/ in Iapygas deſcendit: eoſq; bello deuicit. Et Pompilius
alter ex ducibus qui in bello defecerant/ interim occubuit. Re-
liqui per partes ad Cecilium uenere. Et hęc quidẽ per italiam
ſociali in bello geſta ſunt cum in maius augeret: quoad italia
omnis ĩ populi romani rempublicã cõceſſit/ Lucanis & Sanni-
tibus eo tẽpore exceptis. Vident quippe & hi eadẽ poſterius
aſſecuti: & inter tribus quemadmodũ priores ſeparatim electi
eſſe/ ne ſi priſcis miſcerent in creationibus: longe pręcellerent

Buani.

Buanorum oppidũ in-
ſigne/ deficientiũ re-
ceptaculum.

Attende ſignum ex
fumo.

Pręlio trium horarũ
oppidũ a Sylla captũ.

Caius Coſconius
prętor.

Salpia urbs. Cannę.

Canuſium.

Trebatius.

Stratagema.

Electio belli capiendi
inter Coſconium &
Trebatium.

Trebatij fuga.

Coſconij uictoria.

Podicei populi.

Cecilius Metellus.

Iapygarum natio.

Pompilij mors.

Victoria italię omnis
a Romanis.

Alia ſeditio.

Contentio optimatū ī urbe fœnoris cauſa. Lex.

numero ſuperiores. Per idē tempus optimates in urbe contendere cœpere: cum quidam debita cū uſuris emerent: lege quadam ueteri iubente: ſupra fœnus/ fœnerari minime licere. qui id effeciſſet eandē mulctā ab illo ſubeundam eſſe. Abhorruiſſe mihi quidem uidentur ueteres romani fœnoris cōſuetudinē: qūēadmodū & greci: nec ſecus/ ac cauponandi queſtū quendā exiſtimauiſſe/ grauē: intollerabilēq; pauperibus: & inimicitias ultro procreantē. Qua ratione cōmoti Perſę cōmodari deceptibile quoddā: mēdacijſq; refertū eſſe exiſtimant. Conſuetudine deinde temporis fœnus approbante/ hi quidē ſecundū morem exigebant: Illi uero ueluti ex bello & ſeditionibus tedditiones exhibebant. Erant & qui fœneratores pœna mulctandos eſſe prędicarēt. Quippe Aſellius prętor: ad quem iſta ferebant/ cū fœnus diſſoluere nullo modo poſſet/ iudicia illis uiciſſim attribuerat: quę difficultatē ex moribus: legeq; prodeuntē diffinirent. Legem itaq; ueterē innouari moleſte ferentes qui fœnus exercebant: Aſellium hunc in modum interemere. Forte ſacra Caſtori Polluciq; ī foro celebrabat. Multitudine itaq; illi ut in ſacris aſſidente quidā lapide prius emiſſo phialā excuſſit: & ad Veſtę templū ſubito accurrit. Non nulli igit eum prędecedentes templo excluſere: demū in diuerſoriū fugientem interficiunt. Multi ob id perſequentiū ad eorū uirgines eos fugere arbitrati eum ad locum delati ſunt: quem uiris ingredi minime fas fuit. Hac ex cauſa Aſellium prętorē/ ſacra peragentē: ſacerdotemq; & ueſte aurea ut ī ſacris mos fuit aſſidentē: horā circa ſecūdam fori medio interemere. Senatus p̄ prędconē ſtatim annūciari iubet/ ſi quis Aſellij interfectorē publicaret: libero quidē argentū: ſeruo libertatē: conſcio ueniā polliceri. Quod nemo ꝓpterea facere eſt auſus: fœneratoribus interim reum occulentibus. Hę igitur cędes: ac diſſenſiones adhuc inteſtinę: ciuileſq; pet partes extitere: Debinc exercitibus magnis ſeditionū principes bello legibuſq; ad inuicē certarunt: cū patria ueluti brauiū

Fœnus ab antiquis reprobatum.

Perſarū iudicium de fœnore.

Attende.

Iudicia Aſellij prętoris.

Fœneratoꝝ moleſtia.

Attende morē ſacrificandi nō diſſimilem a ritu noſtro.

Templum Veſtę.

Lege in ueſte aurea ſacra peragentes.

Aſellij mors.

Attende Senatus edictū ob Aſellij necē.

Patriā ueluti brauiū animaduerte.

in medio cõsisteret. Transitus autẽ ad hęc & origo statim post sociale bellum in hũc modũ prodijt. Cum Mithridates ponti & aliarum gentiũ rex/bithyniam:& phrygiam:& his finitimã asiam ingressus esset/ut a nobis superiore libro perscriptũ est: Sylla cõsul electus/asię expeditionẽ mithridaticũ q; sortitus est bellũ:dum romę adhuc esset:Marius uero belli opportunitatẽ utilitatemq; considerans/cum illud affectaret/Publiũ Sulpiciũ Tribunũ: qui ad hęc opem illi afferret multis pollicitationib9 inducere temptauit.Nouos etiã ex italia ciues: qui minus possiderent: ad suffragia ꝑ omnes tribus/spe quadã dissidere persuaserat:nihil de necessitate sua prælocutus: quibus ut seruis ĩ omnibus usus est obsequentibus. Ac propere Sulpicius de his rebus legem tulit:qua cõfirmata necesse erat quicquid Marius aut Sulpicius cuperet/effectum consequi/ nouis ciuibus longe priscos numero exuperantibus. Verũ qui antiquiores aderant hęc ipsa cognoscentes acerrime nouis resistebant: lignis lapidibusq; in eos depugnabant.Increbescente dietim malo: ueriti cõsules:approbatiõe legis potissimũ instante/pluriũ dierũ uacationẽ instituere:quẽadmodũ festis diebus ac solennibus mos fuit: ut aliqua interim mutatio creationis:tumultusue fieret. Vexq; Sulpicius uacatione minime expectata/ seditiosos quosq; tectis ensibus ad forũ iubet accedere:& quicquid necesse foret exequi:nec cõsulibus parcere si occasio expostulet.Cũ omnes prompti adessent/uacationẽ ut iniquã accusare pergit: iubetq; Cornelium Syllam ac Quintũ Pompeiũ consules uacationem subito dissoluere/ut approbationẽ legis afferat. Elato tumultu qui illũ circũsteterant enses exerũt:& consules ipsis aduersantes interficere uelle minant. Ob id Pompeius latitans effugit. Sylla ueluti consulturus paulatim cessit. Filium uero Pompeij Syllę adsistentẽ & pleraq; audacius locutũ: illi ipsi Sulpicij sequaces interficiunt. Sylla in concionem reuersus uacationem dissoluit.Deinde ueluti Capuam ad exercitũ iturus:ex Capua

Origo maiorũ seditionum in urbe.
Mithridates.
Superior liber in alio uolumine continet de bello mithridatico.
Initiũ contentionis inter Syllam & Mariũ.
Publius Sulpicius Tribunus.
Noui ciues.
Seditiosa lex.
Contentio inter ueteres ciues: & nouos.
Vacatio pluriũ dierũ a cõsulibus instituta.
Attende morem solennibus diebus.
Seditiose a Sulpicio.
Tumultus elatio.
Pompeij fuga.
Pompeij filius interficitur.
Vacatio a Sylla dissoluta.

in asiam ad mithridaticum bellū sese pręparat. nō enim quis-
piā quę ab eo agitabat intellexerat. Sublata uacatione: & Sylla
ab urbe remoto/Sulpicius legem protulit:& Caio Mario cuius
causa hęc agebat/ Syllę loco mithridaticū bellum destinat. His
perceptis Sylla bello q̄ primū decernere statuit. Milites igit in
concionē conuocat: quēadmodū Marius mithridatico bello in-
bians lucri causa milites alios ipsis antetulerit annunciat. con-
tumeliam omnē in Sulpiciū & Mariū refert: nihil aliud aperte
queri ausus(nō enim de bello palam fari audebat) monuit ut
ad mādata parati essent. Hi quę facere aueat mente cogitātes:
ac de seipsis plurimū solliciti/ ne interim expeditione illa pri-
uarent: quę animo conceperint Syllę referant: Suadent ut eos
fidentes romā ducat. Quibus exhilaratus Sylla sex militū legi-
ones confestim mouet. Vexę exercitus primores: quęstore uno
dūtaxat excepto: nō sustinentes hostiles copias patrię inferre:
romā propere accurrūt. Legati cū Syllam ad urbē properantē
offendissent/ rogare incipiūt/ qua ex causa cum armis exercitū
in patriam deduceret. Quibus ille ut eam a tyrannis liberaret:
& hęc bis: terq; alijs: atq; alijs prędatus legatis/ simul annūciare
iubet/ an uelint Senatum cum eo: ac Mariū: Sulpiciūq; in cam-
po marcio adesse: & agere quęcūq; illis uidebunt. Apptopin-
quante eo Pompeius collega laudatis ijs quę egisset: & appro-
batis/ ad Syllam accessit/ ad omnia paratus obsequi. Marius &
Sulpicius modico interuallo apparatus indigētes legatos alios
emisere/ quasi & hos Senatus destinasset rogant/ ne propius ad
urbē quadraginta stadijs castra locet: quousq; de prędentibus
inter eos cōsultū sit. Sylla & Pompeius legatione animaduet-
sa: id facere uelle respondent: ac statim legatos abire imperāt.
Sylla ualles & quę propinqua fuere mœnibus loca/ una militū
legione occupat. Pompeius colles alia legiōe cōmunit. Tertiā
Sylla ad pontem ligneum emittit. Quartā ante urbis muros in
supplemētum iubet subsistere. Ipse cum cęteris urbē ingredit

Sulpicij lex.

Syllę apparatus in Mariū: & adhortatio ad milites.

Militū sollicitudinē & cōsiliū lege.

Syllę lętitia: & motus legionū sex quę sibi aderant.

Animaduerte çelum cum astu primorū Syllę.

Legati romanorum ad Syllam.

Optimū Syllę respōsum.

Aliam attende legationem. Ex hoc potes cognoscere etiā superiorē legationē Marij: & Sulpicij fuisse.

Tarda & inepta legatio.

Consulū responsio.

Obsidio romanę urbis a Sylla.

Legionū locatio per Syllam.

Pons ligneus.

Ingredit urbē Sylla.

hoſtili opinione & opere. Qua ex cauſa: qui circa illū inhabi-
tabāt deſuper tela emittere cœpere: quoad eorū domos incen-
dere uelle cōminatus eſt. Tunc autē ſeſe cōtinuere. Marius &
Sulpicius ad Eſquiliū forū: cū quib⁹ armari potuere illi occur-
runt. Fit ſtatim hoſtilis pugna: Tum quidē primū ī urbe: neq;
ſub ſeditionis imagine (ut prius) ueꝝ nulla excuſatione cū tu-
bis: ſigniſq; ueluti belli lege decertarent. Ad tantū eos flagitiū
diſſenſionū peruexit incuria. Cōuerſis Syllę militibus ipſe ar-
repta aquila in periculū ſeſe immittit. quaſi imperatore opus
eſſet: & ſi quis uexillis abeſſet. uerecundia ductus a fuga tem-
peraret. Cęterā multitudinē in pręliū cōuertit: ac primū tyro-
nes ab exercitu omni aduocat: alios per Saburrę uiam emittit:
qui celerrime hoſtes a tergo inuaderent. Qui autē circa Mariū
fuere. inſurgentibus debilius obſtabant: ob uiarū tranſitus cir-
cūueniri ſe ab hoſtibus uerentes. Ciues igit̄ e domibus eoꝝ de-
pugnātes aduocabāt: ſeruis etiā libertatē pollicebāt̄ qui opē at-
tuliſſent. Nemine prodeunte ad bellū. deſperatis rebus ex ur-
be fuga ſe proripiūt: & cū illis quicunq; illuſtriores una cōſpi-
rauerant. Tūc uero Sylla uiā quę ſacra dicit̄ ingreſſus quoſcūq;
ad prędā accurrentes in mediū nactus ſupplicio affecit. Preſi-
dijs etiam in urbe diſpoſitis per partes. ipſe & Pompeius hinc
inde peragrātes noctē peruigilē egere ne quid ab ijs qui time-
bant̄ aut a victoribus crudelius fieret ī urbe. Orta luce populū
ad cōcionē cōuocantes. de rei publicę gubernatione queſti ſūt
q̄ſi maiori ex parte popularibus quibuſdā ambitioſis addicta
eſſet: quantūq; ipſi ex neceſſitate feciſſent rettulere. Addidere
etiā nihil ulterius ad populū. niſi prius cōſultū afferri debere:
quod antea conſuetū iam pridē fieri deſijſſet. Creationes etiā
muneꝝ: ac dignitatū nō a tribubus: ſed p turmas eſſe faciendas
quēadmodū a Tullio rege conceſſum fuerat: arbitrati ob hęc
duo legem uidelicet nullā ante Senatū ad multitudinē deferri
poſſe: neq; creationes tenuioribus: & audacibus diuitū & bene
cōſulentiū loco collatas. diſſenſionū occaſiones prębituras eſſe

Bellū inter Syllam: & Marium.
Forum Eſquilium.
Hoſtilis pugna.
Magnanimus uir.
Via ſaburrę.
Timor & imbecillitas militū Marij.
Pollicitationes attēde.
Fugat̄ Marius ex urbe cum ſuis.
Via ſacra.
Crudeliter Sylla.
Cōuocatio populi ad concionē per cōſules.
Excuſatio Syllę in populo.
Decreta.
Tullius rex.
Confuſionē nota romanę libertatis.

Senatus contemptio ob paucitatem.

Tercenti ad Senatum ex optimis electi.

Abolitio statutorum per Sulpicium post decretam a consulibus uacationem.

Q. inique a cõsulib⁹ lege. (matũ.

Proscriptiones opti⁄ Sulpicius.

Marius sexies cõsul.

Publius Cethegus.

Iunius Brutus.

Gn. & Q. Grannius.

Publius Albinouan⁹.

Marcus Lectorius.

Occisiões marianoꝝ.

Mynturne urbs.

Mirabile de Mario Mynturnis retento.

Hinc Lucanus. Vide⁄ rat obscurã tenebro⁄ so in carcere lucem.

Multaq; alia ex Tribunoꝝ principatu tyrannice potissimũ ef⁄ fecta tollentes ad Senatũ tunc quidẽ ex paucitate pene cõtem⁄ ptum: ex optimis tercentos uiros elegere: ac quęcunq; a Sulpi⁄ picio statuta fuerãt post decretã a consulibus uacationẽ ut ille⁄ galia aboleuere omnia. In hũc modũ igit᷑ seditiones ex lite: & cõtentione ad homicidia: ab his ad pręlia demũ peruenere. Et ciuiũ exercitus tum primũ in patriã ueluti hostilẽ illati: neq; propterea seditiões q̃q̃ per exercitus interim diuisę cessauere: ueꝝ impetus cõtinue in urbẽ facti: mœniũq; expugnationes: & quęcunq; alia hostili opere fieri assueta: cum nullius reue⁄ rentia eoꝝ uiolentię obsisteret⁄ siue legũ: siue ciuiũ: aut patrię ipsius. Tũc igit᷑ Sulpiciũ Tribunatũ gerentẽ adhuc: & cum eo Mariũ sexies cõsulẽ: eiusq; filiũ. Publiũ quoq; Cethegũ. Iuniũ Brutũ. Gneũ & Quintũ Granniũ. Publiũ quoq; Albinouanũ Marcũ lectoriũ: & reliquos Mario fauẽtes ad duodecẽ numeꝝ urbe pepulere: & utpote qui seditionũ causas: pręlia cõsulibus seruis libertatẽ ad defectionẽ intulissent populi romani hostes ex decreto uulgauere. Licere ex his obuiũ sine pœna occidere: aut ad cõsules deducere: & eoꝝ bona in publicũ esse deferẽda. Ac protinus ad eorũ inquisitionẽ accursum est. Non nulli igit᷑ Sulpiciũ deprehẽdentes interemere. Marius ipse sine seruo & socio solus ad Mynturnas confugit: quẽ ciuitatis primores in obscura quadã domo quiescentẽ⁄ pclamatione publica territi: ambitione insuper ducti ꝙ hominẽ sexies cõsulẽ: a quo multa & pręclara gesta essent in potestate haberent⁄ custodire cœpe⁄ runt. Galatã etiã carnificẽ publicũ cum gladio misere ut eum interficeret. Galatã autẽ ferũt cũ per tenebras quęq; scrutando gradere⁄ Marij oculis ignis in morẽ splendore micãtibus tre⁄ pidare cœpisse. Mox cũ Marius e lecto surrexisset: & horrenda uoce intonaret⁄ Tu ne Caium Mariũ occidere audes? Galatã e foribus prosiluisse insanienti similẽ acclamantẽq; Ego Caiũ Mariũ occidere nequeo. Ea ex causa superstitionis cuiusdam timor primores urbis inuasit: cum illum deprehendere prius

dubitaſſent. Famę inſupet memoria iamptidē uulgatę a puero eum ſepties futurū conſulē. Nam cū infans adhuc eſſet ſeptem aquilatū pullos in gremiū eius decidiſſe memorāt: Vates autē prędixiſſe eum ſepties maximū magiſtratū obiturū. Hęc igit̄ Minturnaę primores animo uoluentes galatā dęmonis cuiuſdam occurſu territū arbitrati/ Mariū ſtatim ex urbe egredi: & quocūq; ſaluus eſſe poſſet proficiſci ſuadent. Ille ſe ab Sylla inquiri: & ab equitibus eius perſequi ſatis ratus/ iter nulla ſemita ad mare arripuit: & ad Calybes delatus folijs corpori ſuperimpoſitis aliquātulū quieuit. Strepitu deinde percepto ſub folijs latuit: qui cū magis increbeſceret/ ſeniculi cuiuſdā piſcatoriam ſcaphā/ q uim coacto eo/ propere inſiluit. Inſurgente demū tēpeſtate perfracto gubernaculo uela uentis quo ſors eū duceret emiſit. Delatus eſt itaq; ad inſulā in qua domeſticos ex ſuis nuper allatos repperit. Cū his in libyā tranſijt. Prohibitus igit̄ libyę ingreſſu ueluti hoſtis a Sextio prętore/ in mari hyemem perferre cogit̄ paulo ſupra libyam inter numidarū montes. Eo in loco conſidente Mario/ pleriq; ex complicibus aduentū eius audientes ad illū nauigarūt Cethegus ſcilicet: & Grannius: & Albinouanus: Lectorius quoq;: & alij inter quos Marij ipſius filius: qui ut optimates uiri ad numidaę regem e roma profugerant. ſuſpitione deinde ne ab illo traderentur/ eo ex loco ad Mariū peruenerant. Hi igit̄: quemadmodū Sylla patrię bellū inferre meditati/ cū exercitu carerent/ ſi quid forte occurreret intenti morabāt̄. Romę interim Sylla cū primus armis urbem occupaſſet: ad monarchiā quoq; obtinendā potens haberet̄ de inimicis eius ultus/ ſponte ſe a uiolentia cohibuit: & exercitu Capuam pręmiſſo ut cōſul dignitate uſus eſt. Exulū autē fautores quicūq; ſeditioſi aderāt opulentiores quoſq;: ac mulieres ęre abundantes cū ab armorū timore reſpirarent/ ad exules in urbē reducendos hortabāt̄/ nihil ſollicitudinis: aut impenſarū ad eam rem perficiendā omittentes: Conſulū etiā corporibus

Fama a puero: & aquilarum oſtentum.
Vaticiniū lege.
Minturnarū ſuaſiones ad Mariū.
Diſceſſus Marij ab urbe Minturnarū.
Calybes.
Marij errores & pericula.

Sextius libyę prętor.

Marij complices animaduerte.
Cethegus.
Grannius.
Albinouanus.
Lectorius.
Marius iunior.
Marianorū conſiliū.
Syllę Monarchia.
Laus Syllę.
Syllę clęmentia a principio.

insidias struebāt: quasi illis existentibus ne unus quidē ex suis reuerti posset. Syllę perfuncto dignitate consulari exercitus ad mithridaticum bellum decernit̄: ueluti saluti publicę custodi.

Quintus Pompeius.

Quintū autē Pompeiū alterū consulē/ populus ob timorē miseratus Italię pręesse uoluit: cęteriscꝫ copijs: quę a Gneo Pompeio ductabant̄ imperare. Id intelligens Gneus cum molestę ferret/ Quintū ad exercitū uenientē hilare suscepit. Sequenti die ius dicente illo ad eū ueluti priuatus accessit quousqꝫ multi illum circūstantes ꝑ simulationē quasi audire cuperent interfecere. Reliquorū secuta fuga Gneus illis occurrens tanq̄ molestę ferret cōsulem iniuste occisū: eoꝫ modo cōturbatus ipsis subito pręficit̄. Pompeij nece in urbe relata de seipso sollicitus Sylla amicos undequaqꝫ acciri impetrat: eosqꝫ per noctē circum se habuit. Nec multū post hęc īmoratus/ Capuā ad exercitum: inde in Asiam peruenit. Exulum igit̄ amici Cinna post Syllā designato consule: plurimū illi cōfidentes/ nouos denuo ciues ad ea: quę a Mario meditata fuerāt impellūt. Tribus admisceri postulant/ ne ultimi suffragia ferentes omniū inutiles fierent. Hoc autē principiū Marij reditus: & qui cū illo aufugerāt uidebat̄ esse. Aduersantibus priscis ciuibus/ Cinna nouos ciues precio cōducere arbitratus/ tercenta talenta illis elargiri statuit (Veteribus quippe consul alter pręsidebat Octauius) & qui circa Cinnā steterāt/ occupato foro: cōtectis gladijs/ tribus omnes admisceri deposcebāt. Cętera uero multitudo: quę sentire melius uidebat̄ circa Octauiū una cū gladijs steterat. Interim domi euentū rei expectāte Octauio/ nunciat̄ plures ex Tribunis: quę facta essent ꝓhibere: nouoꝝ ciuiū ingentē tumultū excitatū esse: nudisqꝫ ensibus ꝑ angiportus in cōtradicentes Tribunos insurgere: & ad rostra deferri. Quibus intellectis Octauius omnifariā multitudine stipatus/ ad sacrā uiam accelerat: & torrentis more in forū delatus eos: qui ī medio steterant expellit: disturbatqꝫ. Conterritis illis in tēplū Castoris Pollucisqꝫ

Sollicitudo Syllę.
Capua.
Cinnę cōsulatus seditiosissimi principiū.
Noua seditio.
Octauius consul.
Forum.
Rostra.
Via sacra.
Templū Castoris: & Pollucis.
Proditio.
Odium interemit Quintū Pompeiū & inuidia.

progredit. Cinna in fugā uerſo quicunq; in unū ſteterāt nullo mandante nouis occurrentes ciuibus plures interficiunt: reliquos fugientes ad portas uſq; proſequūt. Vex Cinna nouorū ciuiū multitudine confiſus: & ui ſuperare poſſe autumans/ cū admirabilem paucoꝝ ad reſiſtendū intueret audaciā/ per urbē diſcurrere cœpit: ſeruoſq; ad libertatem cōuocare. Nemine ad eū accedente ad finitimas urbes fuga delabit: quas haud multo ante romani ciuitate donauerāt Tybur ſcilicet: ac Preneſte: & quę ad Nolam uſq; medię interiacent: eaſq; ad defectionem incitabat: pecunias quoq; ad bellū colligebat. Hęc agēte Cinna atq; meditante/ nō nulli e Senatu aufugere: qui ſimilia efflagitarent Caius Melonius: Quintus Sertorius: ac Caius Marius alter. Senatus Cinnę perfidia conſpecta: qui urbē in periculo relinqueret cōſulatē nactus dignitatē: ſeruos ad libertatē conuocaret/ ulterius conſulē: aut ciuē ex decreto appellari uetuit: eiuſq; loco Luciū Merulā flamendialē inſtituit. Dicit huiuſmodi ſacerdos ſolus uelū pileūq; aſſidue geſtare: alijs duntaxat inter ſacra deferētibus. Cinna ad Capuā cōuerſus: in qua alius romanoꝝ reſidebat exercitus/ primores eius: & quicunq; a Senatu exceſſerāt/ enixe obſeruabat. Cōſulis pręterea ritu in mediū ꝓgreſſus uirgas perfregit: & ueluti dignitate ſpoliatus hęc lachrymans effari cœpit. A uobis ciues dignitatē hanc aſſumpſi: Populus quippe contulit: Senatus ſine uobis a me abſtulit Et hęc ī proprijs perpeſſus malis/ pro uobis etiā ſtomachari nō deſino. Ad quid ulterius tribus in comicijs obſeruamus? quid uobis indigemus? ubi eritis cōcionū: aut creationū: aut cōſulariū dignitatū deinceps domini/ ſi nō ea quę dediſtis conſeruabitis: & cū uobis uidebit auferetis? Hęc elocutus ut eos irritaret/ plura de ſeipſo queſtus ueſtem laceravit: & a tribunali decurrens ſemet ī mediū deiecit: plurimūq; decubuit: quoad illachrymantes milites eū erexere: & in ſolio itex relatū adductis faſcibus/ ut cōſulem meliora ſperare ſuaſerunt: eoſq; ubi opus

Contentio inter conſules Cinnam: & Octauium.
Cinnę fuga.
Cędes nouorū ciuiū.

Tybur.
Preneſte.
Nola.
Vrbes interiacentes.
Caius Melonius.
Quintus Sertorius.
Caius Marius iunior.
Senatus decretum.
Lucius Merula flamendialis conſul Cinne loco inſtituit.

Perditi hominis aſtutias animaduerte.
Oratio Cinnę perbreuis.

Attende.

Primorū defectio ad Cinnam.

esset deducere. Primores igit ab impetu statim defecere : ac se itez Cinnę militari sacramēto addixere:quod a cęteris qui illis suberant simili iureiurādo sancitū est. His peractis Cinna tute iam ad socias urbes decurrebat: easq; ad bellū incitabat: ueluti qui earū causa calamitate illa premeret. Ab his igit Cinnę pecunię collatę: multiq; ex potentibus e roma ad illū peruenere: quibus reipublicę trāquillitas odio fuit. Dū hęc a Cinna gerūt Octauius: & Merula ambo cōsules ciuitatē fossa: murisq; uallabant: machinas etiā appositas habebāt. Ad hęc exercitus ab urbibus quę illis parebāt:& finitima gallia ī unū cōuocabāt. Gneū uero Pompeiū ꝓconsulē adhuc: & copias circa Ioniū ducentē magna celeritate/ut urbi opem afferret acersierāt. Ille cū exercitu ad collinā portā consedit. Cui occurrens Cinna pariter & ipse eo in loco castra ponit. Harū rerū certior effectus Marius cum his: qui fugientē secuti fuerāt in tyrrheniā enauigauit: quibus e roma superuenientes eorū serui ad quingentorū impleuere numerū. Marius laceratis comis uecordis in morē quo miseri cordiā adipiscerēt urbes circūibat/ prędia: & trophea cimbrica: & sex eius cōsulatus uerbis extollebat: ipsisq; comicia affectantibus fidū se futurū pollicitus ad sex millia tyrrhenioz in unū collegit: cū quibus ad Cinnā ꝓuectus pergrate ad belli societatē admissus est. Cū in unū omnes ad Tyberis ripam conuenissent ī tres partes distribuere copias. Cinna quidē: ac Carbo cum suis ex oppositā urbis parte: Sertorius urbē desuper: Marius autē mare uersus castrametāt. Tyberi prędterea pontē imposuere ut cōmeatū ad urbē uenientem interciperent. Marius ad hęc ostia occupat: hostiliterq; diripuit: & Cinna Ariminū

Octauius ac Merula cōsules interea quid

Finitima gallia: quā alibi Celticam appellat.

Gneus proconsul a cōsulibus acersitur.

Porta collina.

Cinnę occursus.

Tyrrhenia.

Marij senioris aduentus: & scelera.

Obsidio romanę urbis a Cinna: Mario: ac Sertorio.

Ostia.

Ariminū a Cinna capitur.

prędmisso urbe potit/ ne exercitus quispiā ex populis urbi parentibus: aut ex Gallia romā cōmeare posset. His rebus territi consules cū exercitu alio indigerēt: & Syllā iam Asiā ingressū minime auocare possent/ Ceciliū Metellū residua socialis belli circa Sannites disponentem/quoquo pacto honestius queat

Consulum terror.

Cecilius Metellus.

dissoluere:& patrię ab hostibus obsessę auxiliū afferre monēt. Nō cōuenientibus ad ea quę poscebāt Sānitibus/Marius intellecta re de omnibus cū illis paciscit'.In hunc igit' modū cū Mario ad bellū cōspirauere. Appiū quoq; Claudiū Tribunū militū intelligēs mœnia seruare urbis: ac collē:qui Ianiculus appellatur/beneficij in illū collati repetita memoria/eius ope patente porta/romā ingredit':unaq; Cinnā introducit. Ceterū & ipsi cōtinuo expulsi sunt Octauio & Pompeio aduersū occurrentibus.Fulgurib⁹ autē plurimis e cęlo labentibus in exercitū Pompeij/multi ex illustribus:& ipse ī primis extinctus est. Marius cum cōmeatū: qui a mari:ac desuper a flumine uehebatur occupasset/ ad propinquas urbi ciuitates discurrebat. In his frumentū iampridē a romanis cumulatū seruabat'.Inopine igit' custodias aggressus/ Antiū: Aritiā: Lauiniū: aliasq; ciuitates pleriscq; etiā tradentibus occupat. Sic cū a mediterraneis cōmeatus sustulisset/ iterū romam p uiam quę Appia dicit' fidenter accedit/ anteq̄ alius aliunde cōmeatus ad eos deferret': ac centū stadijs ab urbe distantes ipse:& Cinna: & qui cū illis militabāt Carbo:& Sertorius castra fixerūt/ Octauio Crassoq; ac Metello in Albano monte ex aduerso castra metantibus:& rei euentū subinde oppetientibus. Qui licet uirtute: multitudineq; pręcellerēt/ unico tamen belli discrimine patriā statim interiturā exponere uerebant'.Cū uero Cinna circū urbē prouectus p pręconē annūciari mandasset/daturū se seruis:qui ad eū cōfugissent libertatē/propere multitudo transfugarū ad eū uenit.Ob id territus Senatus:& multa:grauiaq; ac difficilia ob frumētarię rei inopiā a populo futura subdubitās/ animo subinde cōcidit:& legatos ad Cinnā pro cōciliatione ciuiū emisit. At ille prius eos rogare cœpit an ad se tanq̄ ad cōsulē:aut priuatū potius accederent? Ambigētibus ipsis:& ī urbē redeuntibus/multi iam ex liberis ad Cinnā confluebāt:quidā famem formidantes: nō nulli Cinnę partes in primis eligentes: retū

Marij astutia.

Appius Claudius portam urbis prodidit.

Collis Ianiculus.

Marij: ac Cinnę in utbem ingressus : & eorūdē expulsio per Octauiū & Pompeiū.

Attende fulgura.

Pompeius magni Pompeij pater a fulgure interficitur.

Antium: Aritia: & Lauinium a Mario occupantur.

Reditus Marij ad urbem.

Via Appia.

Crassus.

Mons Albanus.

Castra. lege.

Cinnę audaciā animaduerte.

Dira sors.

Conterritus fame Senatus de concordia agitare cœpit.

Senatus legatio ad Cinnam.

Peraccōmoda Cinnę responsio. (urbē.

Legatorū reditus ad

Populi mobilitatem attende.

quoq; euentum pręstolantes. Cinna igit' iam tute: ac sapienter mœnibus applicuit: & p̄ sagittę iactū ab illis distans exercitū firmauit. Dubitantibus igit': ac uerentibus his: qui circa Octauiū erāt pugnā capescere ob transfugarū multitudinē: ac legationes inde emissas/ Senatus amplius trepidatione premebat': ac impiū existimans Luciū Merulā Flamēdialem Cinnę loco creatū consulē cū nihil deliquisset dignitate spoliare/nouis tamen dietim cladibus exhaustus/legatos itęq; ad Cinnā tanq̄ ad cōsulē destinat: nihil tamē utilius expectans/hoc solū Cinnam iurare deposcit/occisionē nullā eū patraturę. Ille uero nō ut postulabat' iusiurandū pręstitit: hoc solū pollicitus est/ sponte se nullius interitus futurę causam. Octauiū uero circūambulantē & ab alijs portis urbi se inferentem e medio iussit excedere/ne quid iuuito eo patere'. Et hęc e tribunali quodā edito ueluti cōsul legatis desuper ānūciat. Marius interim iuxta thronū eius assidēs nihil loquebat': ueę ex uultus diritate satis proferre uisus q̄ingentē machinare' cędē. Senatu huiusmodi conditiones admittente: & Mariū Cinnāq; urbē ingredi poscente: Satis enī hęc omnia Marij opera fieri intelligebat: Cinnā uero dūtaxat illa p̄scribere/cū ironia surridens Marius/hęc effatus dicit'. Nō licere exulibus urbē ingredi. Tū uero Tribuni fugā eius: cęterorūq; : qui a Sylla cōsule expulsi fuerāt/ex decreto dissoluere. Admittentibus eos cū trepidatione & pauore omnibus/ romā ingrediū t': & eorū: qui in se feciſſe existimabāt' diripuere omnia. Ab Octauio deinde Cinna ac Marius iusiurandū postulārūt: quibus sortilegi uatesq; nihil ut crederet monuere. Amici porro fugā illi suadebāt. Is autē p̄fessus nūq̄ se urbē deserturū: dū cōsul esset/in medio Ianiculi perstās cū illustrioribus: exercituſq; parte p̄cessit. Cū deinde tribunal ascēdisset/ principantis uestē indutus: fascibus & securibus: ut cōsuli mos fuit/stipatus assedit. Accurrēte ad eū cū equitibus nō nullis/Censorino: & amicis denuo illū cū exercitu stimulātibus/ ut fugā caperet:

Pœnitentia Senatus.
Quid egit astuta Cinnę responsio.
Iteratio legationis per Senatum ad Cinnā tanq̄ ad consulem.
Tres consules. Inauditū eodem tēpore.
Dubium Cinnę responsum.
Fortunę mutatio uaria.
Marij diritas: ac seuitia ex uultu.
Marij surrisio cum Ironia.
Mala bestia.
Dissolutio proscriptorum a Sylla.
Iurisiurandi petitio per Cinnā: & Marium ab Octauio.
Sortilegi & uates qd.
Amicorū suasiones ad Octauium.
Octauij audacia.
Censorinus.

equũ etiã adducẽtibus/ nec aſſurgere quidẽ ſuſtinuit: mortiſq; intrepidus pſtitit. Tũc Cenſorinus capite eius abſciſo/ad Cinnam detulit: quod ĩ foro ante roſtra affixum pependit. primũ ipſius cõſulis: deinde alioꝝ interfectoꝝ capita appẽſa ſũt: Nec propterea odio finis datus. nã cũ ab Octauio inchoaſſent/ cęteros: qui ab hoſtibus cęſi fuerãt ſcrutabant̃: poſtremo ad hoſtes inquirendos accurrebãt. Nõ Senatorũ aut equitũ delectus habebat̃. uniuerſa Senatorũ capita roſtris affigebãt̃. Nõ deorũ reuerẽtia: aut uiroꝝ indignatio inuidięue timor/ in his perpetrãdis ullus aderat: uerũ ſcelera ſceleribus addentes/ ad aſpectus uertebãt̃ nefandiſſimos. Quippe homines impie cędentes: defunctoꝝ inſuper colla ſecabãt. miſerabileſq; aſpectus ad timorem ſtuporẽq;: ac ſpectaculũ crudele proponebãt. Caius quidẽ & Lucius Iulius: & Attilius Eranus ad inuicẽ fratres: Publius Lentulus: & Caius Nemiſtorius: Marcus ꝑterea Bebius in uia deprehẽſi trucidãt̃. Craſſus cũ filio una fugiens cũ hoſtes illũ inſequerent̃/ filiũ prius occidere maluit: Ipſe ab inſequẽtibus occiſus eſt. Marcũ Antoniũ oratorẽ ad fundũ quendã fugientẽ agricola diligenter occuluit: benigneq; ſuſcepit. ſeruum deinde induſtrium in diuerſorium ire iuſſit ut uinũ emeret. Cauponi uero cur uinũ diligentius poſceret inquirẽti/ cauſam inſuſurrauit auribus. Ille cũ diſceſſiſſet/ propere ad Mariũ accelerans rem aperuit. Qua ꝑcepta Marius lęticia geſtiens accurrit/ ueluti operã necis eius ſuſcepturus. Retinẽtibus eũ amicis Tribunus militũ ad id facinus electus/ cęteros intra domũ immittit: quos Antonius dicendi peritia inſignis/ ſuauiſſimis detinuit ſermonibus/ multa uarie pieq; elocutus: donec Tribunus ipſe domũ ingreſſus milites ad audiendũ intentos admiratus/ Antonium perornate differentem adhuc/ interemit: caputq; ad Marium detulit. Cornutum uero in Calybis latentem ſerui ſũma induſtria tutati ſunt. Cadauere quippe hominis inuento pyram extruxerunt: & his qui illum querebant

Octauij cõſulis exitus.

Miſerandam urbis ſortem. lege.

Marianorũ crudelitas.

Illuſtriũ uirorũ cędes.

Interfectorũ nomina illuſtrium.

De Marco Antonio oratore memorabile exemplum poſteritati traditum.

Antonij oratoris exitus

Cornuti ſalus.

Seruorũ Cornuti induſtria: qua herum tutati ſunt.

aduentãtibus incenſa pyra berũ ſe exurere mẽtiti neci traditũ ſaluũ pręſtiterũt. Quintus Anchatius Mariũ in capitolio ſacra facturũ obſeruabat ſperans in ſacrificio inuentũ facile ſibi cõciliaturũ. Ille inchoato ſacrificio ingredientẽ Anchariũ: eumq; appellantẽ ab aſtantibus iuſſit interfici. Eius: & Antonij capita aliorũq; pręcoꝝ ac cõſulũ in foro appenſa. Nulli ſepulchri honos habitus ex ijs: qui interfecti fuere. auibus duntaxat: & canibus lacerãda illuſtriũ uirorũ abiecere cadauera. Plurimę etiã ac alię ſeditioſorũ aduerſus innocẽtes cędes editę: alioꝝ expulſiones factę ſunt: publicationes pręterea bonoꝝ: priuationeſq; dignitatũ: ac legũ reuocationes earũ: quę a Sylla cõditę fuerãt. Ipſius Syllę amici: ac neceſſarij interfecti: domus euerſa: bona in publicũ relata: & ipſe hoſtis ex decreto iudicatus: uxor ac filię inquiſitę fuga abiere. Omnino nihil a multitudine: & uarietate malorũ aberat. Ad hęc ſub aſpectu principatus: ac legũ poſt tot indiſcretas cędes: accuſatores etiã ĩ Merulã flamendialem inſurrexere ob conſulatus indignationẽ: quẽ nulla Cinnę iniuria deſumpſerat. Porro ĩ Catulũ Luctaciũ Marij cimbrico bello collegã: & pridem ab eo ſaluti redditũ: ingratũ deinde ac illi acerbiſſimũ cũ urbe pelleret. Hi igit̃ clanculũ cuſtodia adhibita adueniente ſolenni die in iudiciũ uocant̃. Quater enim oportebat per pręconẽ diffinitis in locis: & inter ſe diſtantibus accitos capere. Itaq; Merula uenas ſibimet incidit: & ex tabellis illi aſtantibus clare deprehẽſũ eſt eũ pileũ prius abieciſſe. Nõ enĩ ſacerdotẽ fas fuit eo indutũ obire mortem. Catulus in cubiculo recens illinito: & humido: carbonibus accenſis ſponte ſuffocatus eſt. In hũc igit̃ modũ ambo periere. Serui uero quicunq; pręconis uoce moniti ad Cinnam perfugerũt libertate donati ſunt. Hi ubi a Cinna locati fuerãt: domos diſcurrentes non bona duntaxat rapiebant: uerum obuios quoſq; necabant: proprijs heris in primis afferentes manus. Cinna cum plerunq; eos monuiſſet: nihilq; proficeret Galatarũ copias nocte

Quinti Anchatij mors.

Crudelitatẽ aduerte maximam.

Syllę amicorũ & neceſſariorũ clades.

Sylla hoſtis iudicatus.

Accuſatores in Merulã: & Luctaciũ.

Mors Merulę Flamendialis: & Catuli

Attende iudicandi modum.

Cerimonię Flamendialis ſacerdotis.

Serui libertate donati a Cinna.

Seruorũ crudelitas.

adhuc quieſcentibus īmittit : a quibus ad unū interfecti ſunt. In hunc modū igit᷑ ſerui nefandiſſimi heris ſuis perfidię meri/ tas perſoluere pœnas. Sequēti anno cōſules creati Cinna iterū ac Marius octies functus cōſulatu: cui poſt fugam: & prętoris uocē/ licere cuiq; eūdē hoſtē iudicatū interficere/oſtentū illud ex ſeptē aquilarū pullis euenīſſe dicit᷑. Cū igit᷑ multa: & crude/ lia in Syllā cogitaret/ primo cōſulatus ſui menſe extinctus eſt. Et Valeriū Flaccū eius loco Cinna eligens in Aſiā emiſit: quo defuncto Carbonē in cōſulatu collegā aſſūpſit. Sylla reditū ad hoſtes meditatus uniuerſa cū Mithridate cōponere feſtinans: ut a nobis prędſcriptū eſt/ annis tribus: nec bis quidem integris centū & ſexaginta millibus hominū bello profligatis/deuictis gręcia & macedonia: nec nō Ionia & Aſia: alijſq; natiōibus quę Mithridati parere aſſueuerant ad romanos traductis: nauibus etiā regi ademptis/ eodē intra paterni regni limites incluſo/ex tanta regionū copia/ regredi tandē cœpit: exercitū ingentem agens: atq; expertiſſimū: ſibiq; obſequētē: nec nō geſtarū rerū gloria elatū. Adducebat & nauiū multitudinē: pecuniarūq;: & apparatus copiā ad omnia accōmoda: ita/ ut inimicis eius auge/ ret timor. Qua ex cauſa trepidātes Carbo: & Cinna nō nullos p uniuerſam italiā deſtinant: qui pecunias: frumētū: & exer/ citus pararent: diuites cū omni ſubſtantia aſſumerent: ex urbi/ bus potiſſimū nouos ciues excitarēt: quanto ī diſcrimine rerū uerſarent᷑ notū illis facerēt. Naues prętera ſūma celeritate in unū collectas ī Siciliā deducerēt: quę maritimā tutarent᷑ oram. Ab bis nihil uiriū aut apparatus cū pauore ſimul & uelocitate omiſſū. Sylla ſūma diligentia ad Senatū pro ſeipſo miſit/ me/ morans quanta circa libyā in Iugurtā numidarū regē dū quę/ ſtor adhuc eſſet: quanta cū ad Cimbros legatus acceſſiſſet: aut cū in Siciliam copias deduceret: aut in ſocialibus bellis: con/ ſulq; peregiſſet. Quę uero ī Mithridatē recens effeciſſet pręci/ pue extollens: & cumulatim nationes innumeras recenſens :

Digna uindicta in ſer/ uos crudeles q̄q̄ a ui/ ro crudeli perpetrata.

Creatio nouoꝝ cōſulū Cinne: & Marij.

Marius octies conſul.

Marij finis nimiū felix.

Valerius Flaccus loco Marij a Cinna ele/ ctus/in Aſiā emittit᷑ : quo defuncto Car/ bo in collegā a Cin/ na aſſumit᷑.

Syllę apparatus ad reditum.

Syllę exercitus poten/ tiſſimus.

Carbonis & Cinnę trepidatio.

Quę a Sylla ad Senatū pręmiſſa ſūt ad ho/ ſtiū ſuoꝝ accuſationē.

quas Mithridati ademptas romanis ſubieciſſet/nihilominus q̄ ex roma depulſos & a Cinna ad ipſū fugientes ſuſcepiſſet omnium inopes ſolandę eorū calamitatis cauſa/ ab inimicis hoſtē iudicatū: domū euerſam: amicos interfectos eſſe: uxorem: ac filios uix ad ſe fuga peruenire potuiſſe. Verū ſe ſtatim & ipſis uniuerſęq; ciuitati pro his: quę geſta eſſent ultorem acceſſurū: alijs uero ciuibus: ac nouis ciuibus ſe prę̄fari: ac dicere nihil habere ſe: quod his ſuccenſeat. Quibus intellectis timor cōtinuo omnes inuaſit. Legatos igit̄ ad illū emiſere: qui conciliationē etiā cū hoſtibus poſcerent: & ſi qua fideiuſſione opus eſſet Senatū ſibi ſatiſfactuꝝ repromitterēt. Cinnę autē: & collegę eius ne delectus ullos in eū facerēt edixere: Quod ab his promiſſū eſt. Abſentibus interim legatis ulterius ſe conſules eſſe recuſarunt/ ne ob proxime futura comicia redire cogerētur. Deinde Italiā omnem peragrantes/ exercitus parabant: quos in liburniam uelut eo in loco Syllę occurſuri per mare demittebāt. Ex his pars proſpera nauigatione ī primis functa. Sequentes uero adeo tēpeſtas diſiecit: ac contriuit/ ut qui littus attigere ſubito in patriā redire properarint: q̄ſi nō ſponte ciuiū cauſa ad bellū mitterent̄. Quod reliqui intelligentes in liburniā trāſire uelle recuſabant. Cinna id moleſte ferens in concionē eos ueluti reprehēſurus aduocauit. Illi ira accenſi ſibi mutuo auxilio futuri ad eum peruenere. Lictorē etiā cū p̄ iter quoddā graderet̄: & uerberibus obuiū affici iuberet/ miles quiſpiā adempta uirga grauiter percuſſit. Cinna cōprehēdi illū impetāte omniū clamor inſecutus eſt. lapides etiā ī eum emiſſi. Qui uero propiores aderant exertis enſibus Cinnā inuaſere. eoq; modo cōſulatū adhuc gerens interfectus eſt. Carbo ex liburnia enauigātes ad eam reuocabat: & rerum geſtarum formidine correptus ad urbem non redibat. Tribunis eum ad collegę creationē reuocantibus: minis p̄ęterea addentibus/ eum priuatū effecturos ni accederet tandem redijt: & de creatione cōſulis propoſuit.

Ingens omniū timor.
Legatio pro tractatu pacis ad Syllam.
Senatus edictum ad Cinnā: & Carbonē.
Attende maximā fortunę cōmutationē a Marij temporibus ad Syllę aduentum.
Cinnę & Carbonis apparatus per italiā contra Syllam.
Liburnia.
Tempeſtas.
Apparatus Cinnę diſſolutio.
Perpropria hiſtoria.
De Lictore lege.
Cōclamationē attēde.
Cinnę cōſulis mors haud immerita.
Carbonis formidatio.
Tribunorū minę in Carbonem.
Carbonis reditus.
Creatio conſulis a Carbone propoſita.

Die infami habita aliam pręſcripſit: in qua cũ lunę: & cereris
ędes e cęlo tactę dicerent/ uates ad ęſtiuas cõuerſiones comicia
differenda eſſe pronunciant. Sic Carbo in cõſulatu ſolus prę-
debat. Interim Sylla legatis ab Senatu ad eũ miſſis in hunc mo-
dũ reſpõdit. Se neutiq; uiris: a quibus tam nefanda eſſent per-
petrata amicũ eſſe poſſe: minime uero urbi ſuccenſere: qui ſa-
lutẽ illis indulſiſſet: ſecuritatẽ tamẽ ſe potius illis pręſtare uel-
le: qui ad ſe cõfugiſſent/ ut exercitũ haberet obſequentẽ. Quo
quidẽ uerbo clare intelligere datũ eſt/ eum exercitũ nolle diſ-
ſoluere: ſed tyrannidi potius intendere. Nã quicũq; dignitatẽ
aut ſubſtantiã: aut ſacerdotiũ: aut quid aliud inſigne poſſediſ-
ſent/ bis omnia reſtitui debere deposcit: & qui hęc exigerẽt ad
legatos mittit. Illi ĩ Brunduſio morati Cinnã occiſũ audientes:
ciuitatẽ difficulter adiri poſſe/ ad Syllã infectis rebus rediere.
Sylla quinq; italoq; legionibus/ equitibus ſex millibus ſtipatus
nõ nullis alijs ex Peloponneſo: Macedoniaq; ſuſceptis/ exerci-
tũ ad quadraginta milliũ numerũ ſecũ agens: ex Pyręo ad Pa-
tras: ex Patris uero Brunduſiũ mille & ſexcentis nauibus ap-
plicuit. Brunduſinis illũ ſine prędio admittentibus: ĩmunitatẽ
ĩ poſterũ prębuit: qua & nũc potiunt. Ipſe ſublatis copijs pro-
pius acceſſit. At uero Cecilius Metellus: qui ſubinde pius co-
gnominatus eſt: & ad reſidua belli ſocialis derelictus fuerat: a
Cinna quoq;: & Mário ꝓhibitus urbe: ob idq; ĩ liguria euen-
tum rei opperiebat/ cũ a Sylla collega ad bellũ uocaret/ ſubito
accurrit ad ſocietatẽ ſimul procõſularẽ gerens dignitatẽ. Lice-
bat enĩ his qui partes eligerẽt adeſſe: uel qui romã prius redi-
re mallent abire poſſe. Poſt Metellũ Gneus Põpeius ad Syllã
uenit: qui nõ multo poſt magnus cognominatus eſt/ Pompeij
illius filius: quem a fulgure extinctũ ſupra diximus: qui cum
parum beniuolus Syllę putaretur/ ut ſuſpitionẽ omnem elue-
ret ad illum acceſſit: legione ex Picenis adducta ad patris glo-
riam: qui in illis plurimum potuerat. Nec multo deinde duas

Dies infamis.
Lunę & Ceretis ędes
e cęlo tactę.
Vatum ad omnia ſu-
perſtitiones.
Solus conſul Carbo.
Syllę reſponſio ad Se-
natũ aſtuta: & per-
acerba.
Sic omnis uictor ꝓ ſuo-
rũ utilitate conſueuit.

Numerus copiarum
Syllę tam terreſtriũ
q̃ maritimarum.
Patrę.
Brunduſini a Sylla
immunitate donati:
q̃ mirũ tam diu ob-
ſeruatam.
Cecilius Metellus.
Aduentus lege illu-
ſtriũ uiroq; ad Syllã.
Similia nota Marianis
temporibus.
Sic eſt mos rei militaris.
Gneus Pompeius.
Magni Pompeij lau-
des ab adoleſcentia.

priori addidit: Fuitq; uir ille ĩ multis Syllę utilis atq; proficuus

Syllę honores in Pompeium.

Qua ex cauſa a Sylla adoleſcens adhuc honoribus impartitus eſt/ut ſoli ad eum accedenti aſſurgere conſueuerit. finito bello etiã in Libyam miſerit/ut Carbonis diſſolueret ſocietatem: & Iempſalẽ a numidis expulſũ regno reſtitueret: Cuius rei gratia/ut de numidis triumpharet a Sylla cõceſſũ: q̃q̃ in flore adoleſcentię adhuc eſſet: & ex equeſtri numero ab hoc ordine in maius elatus ĩ hiberiã cõtra Sertoriũ miſſus. Poſterius uero in Pontũ cõtra Mithridatẽ bellũ geſſit. Venit & ad Syllã Cethegus ſeditioſoq; omniũ in illũ acerbiſſimus/cũ Cinna: & Mario olim habitus. Cęterũ cũ ipſis urbe eiectus ſupplex ad Syllam ꝓfectus eſt: ſe ad omnia quę iuberet paratũ exhibens. Ita Sylla exercitu: & amicoq; illuſtriũ multitudine adauctus/cũ Metello procõſule adhuc ulterius ꝓgredi cœpit. Viſus eſt & ipſe proconſul in Mithridatẽ cõſtitutus nundũ dignitatẽ exuiſſe: q̃q̃ a Cinna hoſtis iudicatus. Quidam igit cũ inimicis graui odio in Syllã cõmoti: quidã ĩ urbe reſidentes naturę eius recordati: primũq; in eam irruptionẽ: captiuitatẽq; ante oculos habentes: & quę ĩ illũ publice edicta forent mente repetentes: domũ euerſam: ſubſtantiã ĩ cõmune relatã: amicos interemptos: uxorẽ cũ filijs uix fuga elabi potuiſſe/extremo pauore tenebant: nihilq; uictoria: & excidio ſibi mediũ adeſſe rati/ conſules in Syllã nõ ſine magna trepidatione concitabant. Per italiã quoq; pręmittentes exercitus cõmeatũ: ac pecunias ĩ unũ cõgregabãt: nihil q̃q̃ extremũ eſſet promptitudinis: ſtudijq; omittẽtes. Caius itẽ Norbanus: & Lucius Scipio tũc ambo cõſules: & cũ ipſis Carbo: qui ęque cõſulatu fruebat/ pari odio ĩ Syllã cõmoti timore ac cõſciẽtia eorũ: quę geſſiſſent multo alijs deteriores exercitũ ex urbe/quantũ aſſequi fas fuit/una cõgregabãt: aliũq; ex italia aſſumẽtes ꝑ partes ĩ Syllã deducebãt: cohortibus ex quingentis uiris tunc: primũ ducentis uſi: poſterius uero amplioribus. Beniuolentia quippe omniũ utplurimũ ad cõſules inclinabat.

Ciuiũ trepidatio ob Syllam.

Concitationẽ attende conſulũ in Syllam a quibuſdã ciuibus.

Caius Norbanus: Lucius Scipio: & Carbo conſules.

Iempſales.

Numidę.

Hiberia.

Sertorius.

Cethegus.

Caſtrenſiũ uirorum mobilitatẽ attende.

Nam cum Syllam intuerent' hoſtilē in modū patrię inferentē arma: conſulibus: & qui circa illos erant imaginē quandā patrię exhibentibus/ ſcelerū ſuorū cōſcij: ueluti timoris cōmunis participes/ ſeſe illis īmiſcuerāt/ Satis arbitrati Syllā nō punitionem ullā: aut direptionē: aut pauorē duntaxat ī eos meditatū: ueꝝ famem: cędes: bonoꝝ publicationes: & in ſūma occiſionē multiplicē patraturū eſſe. Quā opinionē neutiq; uane ſuſceperant. Quippe bellū omnia cōſūpſerat: cū decē & uiginti millia hominū ſępenumero uno prędio cōcidiſſent: & circa urbem ad qnquaginta millia occubuiſſent. In reliquos uero Syllā nihil dirum: aut crudele uel in ſingulos: uel ī omnes omiſſurū arbitrabant': quouſq; ſeipſū monarchā totius romanotū ſtatuiſſet principatus: omniaq; iudicio: & uolūtati ſuę ſubieciſſet. Et hęc profecto dęmoniū quoddā ī bello illis ſignificaſſe uiſū. Pauores nempe nulla ratione multos priuatim ac publice per uniuerſam italiam inuaſerāt. Veteꝝ porro uaticinia longe formidabiliora/ mente repetebāt. Plurima prodigia quotidie emergebāt. Nam mulam peperiſſe: & mulierē pregnantē uiperam pro infante ędidiſſe ferunt. Terrę etiā motus cōcuſſit urbem: ac noua quędā in eam intulit. Et quod romanis in his exiſtentibus omnino difficile apparuit/ Capitoliū: quod ſub regibus ꝑ quatercentos & ultra annos cōditū fuit/ igne correptū: cuius cauſa uniuerſos latuit. Quę omnia interemptoꝝ multitudinē: Italię uaſtitatem: romanę urbis euerſionem: deniq; rei publicę interitū ſignificare uidebantur. Principiū uero eo tempore bellū uideť aſſūpſiſſe: cum Sylla Brunduſiū applicuit. olympiade quarta: & ſeptuageſima ſupra centeſimā. Lōgitudo eius belli ad operum refertur magnitudinem: tanq; ad hoſtes ueros properantiū: quod non adeo prolixum fuit: quantū ex operū claritate emicuit: cū uel maxime ad uindictā feſtinantibus in breui magna: & aſperrima pati cōtigit. Per triennium deinde in italia propagatū eſt bellum: quoad principatū Sylla attigit. In hiberia quidem: & cum Sylla dilatatū eſt amplius. Cęterū

Proprie de ſceleratis ſe bonis īmiſcentibus ut boni uideant'.

Quorundam opiniones de Sylla.

Magnę bellorū calamitates.

Significationes dęmonum: pauores: & uaticinia: prodigiaq;.

Vaticinia.

Prodigia.

Motus terrę maximus concuſſit urbem.

Capitolij incendium fortuitum.

Syllę monarchia.

Lege initium belli.

Olympias. quota.

Belli propagatio per triennium in italia: amplius in hiberia.

Deſcriptio bellorum ciuilium.
Circa Canuſiū primū a Sylla pugnatū in ciues.
Proconſules.
Norbanus conſul.
Exercitus Norbani profligatio.
Norbani fuga.
Sylla. Metellus.
Theanū.
Lucius Scipio Norbani collega.quid.
Rei militaris euentus attende. Sertorius.
Sueſſa Syllę urbs a Sertorio intercipit.
Syllę querela apud Scipionem.
Scipionis ignorantiā lege:ac exercitus ſui defectionē ad Syllā cur. (lius
Lucius Scipionis fi/
Scipio cōſul:ac Lucij filius a Sylla deprehēſi.
Ignorātia imperatoris eorū: quę ab omni exercitu intelliguntur inexcuſabilis. (tio.
Scipiōis & filij libera/
Syllę nuncij ad Norbanum. Capua.

pręlia: & arciū expugnationes: obſidioneſq; Bellorum quoq; uniuerſę ſpecies in italia repentine:& uno impetu:nec nō per partes a ducibus geſtę ſunt:Quę pręclara omnia cum ſint/ clariora tamen: & memoratu digna a principio appoſita huiuſmodi fuiſſe conſtat.Primū circa Canuſiū a proconſulibus/ aduerſus Norbanū bellum geſtū: in quo ad ſex millia hominū e Norbani exercitu deleta.Ex his uero qui circa Syllam fuerant: ſeptuaginta duntaxat milites: multi uulnerati . Norbanus ad Capuam perfugit. Sylla & Metello circa Theanū exiſtētibus: Lucius Scipio cum alio exercitu abiecto admodū ad eos uenit pacē petiturus. Quod intelligentes hi: qui cū Sylla fuerant de cōuentione per legatos agitare cœperūt: nō ut ſperabant uoto potiti: cū milites ad ſeditionē uenturos ob deiectionē eorū arbitrarent. Contigit autē ut una conuenirent.Scipio obſidibus cōuentionis inter eos acceptis in campum deſcendit: treſq; ab utraq; parte cōuenere.Qua ex re neq; inter eos dicta ſcire datū Viſus eſt itaq; Scipio in Norbanū collegā:quę relata erāt referendo/Sertoriū miſiſſe:qui illa annunciaret.Cū interim exercitus utraq; ex parte ſilentiū teneret:reſponſioneſq; ab illis expectaret:Sertorio deinde ī trāſitu Sueſſam quę Syllę eſſe dicebat intercipiēte/ Sylla pręmiſſo nūcio apud Scipionē queſtus eſt. Ille ſiue facti cōſcius: ſiue quid reſponderet ignatus uelut in re a Sertorio inſueta atq; aliena obſides ad Syllam miſit:ac ſtatim exercitus captionis huiuſcę per inducias factę non parū admiratus: obſidū a nullo petitorū miſſionem/ culpam omnē ī cōſules referens/ clanculū ad Syllā tranſire paciſcitur/ ſi propius accederet. Sic eo appropinquante omnes ad illū tranſiere ut Scipionē conſulem: unaq; Lucium filium ſolos ex omni exercitu ī tabernaculo relictos:& a Sylla deprehenſos referāt. Mihi quidem ne imperatore dignum uiſum eſt: quę ab omni exercitu in eum conflata fuerant ignoraſſe.Scipionem uero & filium nihil de ipſis conqueſtus Sylla/ liberos abire iuſſit: & ad Norbanū pro ineundis fœderibus Capuam alios emiſit:

ſiue q̄ uniuerſę italię ad conſules una conſpirantis uereret impetum: ſiue in illū: quēadmodū in Scipionē fraudes necteret. Nemine ne ad reſponſū quidē accedēte (Norbanus nempe ut uidetur/ ne ſimili calūnia premeret ab exercitu ī primis uerebatur) Sylla hoſtilē in modū propius acceſſit. Idem a Norbano diuerſis itineribus effectū eſt. Carbo ad urbem profectus Metellū: cęteroſq̄ qui a Senatu ad Syllam confugerant/ hoſtes iudicari imperat. Hiſdē diebus capitoliū igne cōflagrauit: quod opus nō nulli Carbonis fuiſſe dicebant: alij conſulū: aut Sylla mittēte patratū. ueritas tamē incerta eſt: nec ipſe de ea re a quo cōfecta fuerit/ ſatis habeo quę dicam. Sertorius iam pridē bibęrię prętor deſignatus/ poſt Sueſſę urbis detentionē in prouinciam aufugit: ac primis prętoribus admitti eum prohibētibus: multiplices eo in loco romanis intulit labores. Adaucto quotidie a conſulibus exercitu e maiori italię parte: nec non a finitima circa Eridanum gallia/ neutiq̄ Sylla ocio uacabat: uęq̄ ad quęcunq̄ italię loca ſuos pręmittebat: Multos amicitia: aut timore: nec nō pecuniatū ſpe in unū colligebat. Sic utriſq̄ reſiduū ętatis in hūc modū abſumptū eſt. Sequenti anno cōſules creati Papyrius Carbo itęq̄: & Marius illius clarioris Marij affinis: atq̄ cognatus/ ſeptimū & uigeſimū nundū egreſſus ānū: Hyems deinde: & frigora in longū producta omnes ab inuicē ſeparauere. Oriente uere circa Eſinū fluuiū p meridiē ingens pręliū coortum eſt. Metello: & Carrina ex Carbonis prętoribus ad inuicē pugnantibus/ Carrina multis interfectis primus aufugit. Hęc autem domeſtica omnia in Metellum a conſulibus illata: Metellum deinde Carbo aſſecutus obſidere pergit. Mariū uero conſulem alterū circa Preneſte deuictum cum audiſſet ad Ariminū caſtra ponit. Eius poſtremam exercitus partem inuadens Pompeius nō mediocri clade affecit. Hęc igitur apud Preneſte fere in hunc modum geſta. Intercipiente commeatum Sylla/ Marius propius caſtrametatus paulatim ceſſit.

Superſtitioſa exercitus trepidatio.
Syllę appropinquatio ad Norbanū.
Prudens Norbanus.
Quid Carbo.
Conflagratio capitolij.
Opiniones lege.
Sertorij fuga in biberiam.

Eridanus.
Syllę diligentia.
Creatio nouoq̄ cōſulū.
Papyrius Carbo: & Marius iunior conſules.
Eſinus fluuius.
Ingens pręliū inter Metellū: & Carrinā Carbonis prętores.
Carrinę fuga.
Metelli obſidio a Carbone.
Preneſte. Ariminū.
Clades exercitus Carbonis a Gneo Pompeio ędītur.
Attende hiſtoriam.

Sacriportus.
Marianorū defectio ad Syllam.
Origo marianę cladis
Sylla Mariū Preneſte inſequētē:quid Preneſtini. (nem.
Marij ſublatio per fu-
Ingens cędes.
Syllę uirtus. (nites.
Syllę crudelitas ī San-
Carbonis exercitus a Metello ſuperat̄.
Marcius.
Direptio Senenſis urbis a Pompeio.
Lucretius Ofella.
Marij iunioris cru-dele conſilium.
Brutus prętor.
Marij edictum lege.
Publij Antiſtij:Papy-rij Carbonis alterī?: Lucij Domicij: & Mucij Sceuolę mors
Domicij: ac Sceuolę corpa fluuio īmerſa.
Syllę exercitus romā.
Syllę prudentia.
Vrbiū trepidationē attende.
Campus marcius tūc extra urbem.

Cum ad ſacriportū peruenīſſet/copias in prędium educit:acri-terq; ab eodem pugnat̄. Siniſtra acie inclinante/quinq; peditū cohortes:duę equitū/ nō expectata aliorū cōuerſione/ arreptis ſignis ad Syllam confugerūt:actum primū Mario origo cladis emerſit.Interfectis quippe plurimis:reliqui Preneſte fuga cō-tendere.Sylla citato curſu eum inſequente: preneſtini primos recepere.Appropinquāte deinde Sylla/occluſere portas urbis: Mariūq; per funem ſuſtulere:reliquorū circa mœnia cędes in-gens ędita. Multi capti a Sylla intercipiuntur. Ex his Sannites omnes iuſſit interfici/ tanq̄ romanis aſſidue infenſos. Hiſdem quoq; diebus reliquus Carbonis exercitus a Metello ſuperat̄: quinq; cohortib9 interpugnādū ad Metellū delatis.Pompeius autē Marciū circa Senas debellauit: urbēq; diripuit hoſtiliter. Sylla Mario intra Preneſte concluſo/urbem foſſa circundedit: muris lōgo interuallo additis.Lucreciū etiā Ofellā huic operi iuſſit prędidere:ueluti non ulterius Mariū prędio ſuperaturus: ſed fame. Marius deſperatis rebus/ hoſtes ꝓprios ſtatuit occi-dere:ac Bruto prętori Senatum urbis ueluti alia ex cauſa iubet conuocare:deinde Publiū Antiſtiū: Papyriū Carbonē alterū: Luciū item Domiciū:& Muciū Sceuolam romanoq; pontificē maximū interficere. Et hi quidē ambo in Senatu interfecti:ut Marius edixerat.Nam cęde fieri occepta/Domicius effugiēns circa exitum perfoſſus eſt:modicū uero ante Senatum Sceuola occiſus.amborū corpora fluuio immerſa.ſic enim ante Marius inſtituit/ne corpora humarent̄.Sylla exercitū romā per partes alijs atq; alijs itineribus emittit: & ut portas urbis intercipiant illis imperat: Sin uero repellerent̄/ ad hoſtia concedere admo-net.Hos igitur progredientes magna trepidatione urbes rece-perāt:& ingredi efflagitātibus portas aperuerāt.Fame quippe maceratę:ac prędentiū malorū deſperatione cōfectę/potentio-res ferre conſueuerant.His perceptis Sylla ulterius progreſſus exercitum in campo marcio/ante portas urbis ſtatuit.Ipſe eam

ingreditur. Seditioſis quibuſcūq; arripientibus fugā/ eorū ſubſtantias ī cōmune detulit: aut publice uenūdari mandauit. Populū pręterea ī concionē cōuocans pręſentiū rerū ſtatū deplorauit: iuſſitq; omnes bono animo eſſe: quaſi hęc in breui ſedaturus eſſet: & republica meliorē in ſtatū cōuerſa: quęcūq; intuliſſet optime eſſet diſpoſiturus. Deinde non nullis urbi prępoſitis ex ſuorū numero/ Cluſium profectus eſt. Eo in loco reſidua belli inerant. Interea equites quidam celtiberi a ducibus qui in hiberia fuerant emiſſi/ ad conſules uenere. Orta igitur equeſtri pugna iuxta Glaniū fluuiū/ Sylla ad quingētos ex his occidit. ducenti uero: & ſeptuaginta ad eum tranſfugere. Reliquos Carbo cōfecit: ſiue ſubitā gentiū defectionē indignatus: ſiue per ſimilem cladem & ipſe uereret. Eadē tempeſtate circa Saturniā reſiduas hoſtiū copias Sylla deuicit: & Metellus Rauenas claſſe prouectus Vritaniorū regionē pabulo: frumētoq; abundantē in ditionē redegit. Neapolim porro quidā ex Syllanis nocte p proditionē ingreſſi/ omnes: qui in ea fuerāt/ paucis fuga elapſis interemerunt: Triremes etiā urbis abſtulerūt. Inter Carbonem deinde: ac Syllā difficili pręlio iuxta Cluſiū inclināte iam ſole pugnatū eſt. Cūq; inter utroſq; ęquo marte certaret/ nox pugnā diremit. In agro Spoletano Pompeius: & Craſſus ambo Syllę prętores ad tria millia ex Carbonis militibus interficiūt: & Carrinā ex aduerſo illis caſtrametantē obſidere pergūt. Carbo alterū exercitū ad Carrinā deſtinat. Quod intelligens Sylla/ inſidijs appoſitis ad duo militū millia/ cū ad iter adhuc eſſent occidit. Carrina nocte imbribus: & tenebris obducta/ ratus plures ex circūſtātibus od id cuſtodię minus intendere fugam arripit. Carbo cū Mariū collegā fame laborare cognouiſſet/ Martiū cū octo legiōibus Preneſte ire iubet. Quibus Pompeius p inſidias in anguſto occurrens/ ab itinere auertit: & multis interfectis/ reliquos ī colle quodā concluſos obſedit: cuius cauſa Martius nullo extincto igne clanculū aufugit.

Ingredit' romā Sylla.
Seditioſorū fuga.
Geſta per Syllā in urbis ingreſſu nota.
Cluſium.
Equites celtiberi ad conſules.
Equeſtris pugna.
Glanius fluuius.
Celtiberorū cędes a Sylla: & Carbone.
Saturnia. Rauena.
Vritaniorū regio a Metello in ditionem redacta. (patio.
Solita Neapolis occu-
Proditio.
Difficile pręliū inter Carbonē: & Syllam lege.
Spletanus ager.
Pompeius: & Craſſus quid.
Carbonis alter exercitus ad Carrinam.
Inſidię.
Cędes a Sylla.
Carrinę fuga.
Carbonis legiones octo Martio duce ad Marium.
Pompeij uirtus: & uictoria.
Martij obſidio: & fuga.

Exercitus ſeditio: & Ariminū reditus.

Exercitus inſidiarum cauſam in illum referens ad ſeditionem peruenit. Tandē arreptis uexillis nullo ſigno dato Ariminū redijt. Reſiduę copię ad patrias eorū per partes reuertuntur ſic ut ſeptem duntaxat cohortes cum duce moratētur. Hęc igitur

Aduentus Martij ad Carbonem.

infeliciter operatus Martius ad Carbonem peruenit. Marcum autē Lamponium ex Lucania: & Pontium Teleſinū ex Sannitibus: & Capineū Guttam ſeptuaginta millia hominū ad-

Marcus Lamponius: Pontius Teleſinus: & Capineus Gutta: quid.

ducentes/ut Marium ab obſidione liberarent/Sylla inter arcta quędā: p quę unicus patebat aditus ab itinere excluſit. Quam-

Syllę uirtus.

obrem Marius deſperatis omnibus exterioribus ſubſidijs/ at-

Marij deſperationē attende.

cem campi in medio: qui late undiq; longeq; patebat erigere cœpit: In qua machinas: & exercitum inducens Lucretium ui ſuperare conabatur. Magna uero eius perfecta parte/ cum uaria expertus eſſet: nihilq; proficeret/ in Preneſte denuo cōcluſit exercitum. Per hos dies Carbo: & Norbanus in Fauentiam

Fauentia.

agmen deducentes/ inclinante iam Sole ad Metelli exercitum

Metelli uictoria de Carbone: & Norbano.

uenere. Dum unica lucis ſupereſſet hora: & uineę intenſę prępedirēt aditus: parū prudenter: iraq; cōmoti/ milites in aciem educunt: rati ſubito aduentu eorum/Metellum pauore territū facile ſuperari poſſe. Victi deinde loci ac tēporis incōmoditate pugnantes: & inter uitiū nodos prępediti/ magno numero interficiunt: ſic/ ut decem millia cecidiſſe referantur: ſex millia ad hoſtes aufugiſſe: reliquū exercitus in fugam uerſum: ſolos mille in ordine progreſſos ad Arrigium ueniſſe. Alia luca-

Arrigium.

norum legio duce Albinouano/ clade exercitus audita/ excan-

Lucanorum legio ad Metellum.

deſcente eo ad Metellū tranſijt: quā cū ab impetu cohibere nō poſſet/ ipſe ad Norbanum peruenit. Non multo poſt clancu-

Albinouanus.

lum cum Sylla pepigit: ac uenia adepta/ſi quid opere pręcium egiſſet/Norbanum: unaq; duces cum illo conſpirantes in con-

Conſpiratio.

uiuium aduocat/ Caium Antipeſtrum: & Flauium Fimbriam fratrē eius: qui per Aſiā ſe ducem fatebat: cęteroſq; quicunq;

Carbonis prętores aderant. Hi cum in unū cōueniſſent excepto Norbano (ſolus enim nō acceſſerat) Albinouanus omnes in tabernaculo occidit: deinde ad Syllam confugit. Norbanus ad Ariminū intellecta clade: plures ex propinquis exercitibus ad Syllam fugiſſe audiens: ſatis ratus nullum ulterius ex amicis (ut ī aduerſis mos eſt) in fide permanſurū/ priuatā nauicula inſcendit: & in Rhodū propere euadit: quo in loco poſterius a Sylla repetitus/ Rhodijs iam illi aſſentientibus ſeipſum in fori medio confecit. Carbo duas militū legiones Preneſte a Damaſippo deduci imperat; & Marium propere ab obſidione liberare. Sed nec hi per anguſtias locorum; quę a Sylla tenebāt proficiſci potuere. Galatę quicūq; ſub Norbano ſuperiora alpium incolebant conferto agmine ad Metellum tranſiere: Et Lucullus reliquū Carbonis exercitū circa Placentiam obſedit Quę cū Carbo intellexiſſet/ triginta militū millia ad Cluſium adhuc obtinens/ duas Damaſippi legiones: alioſq; cum Carrina: & Martio: Sannitibus inſuper magna manu promptiſſime inter anguſtias locorum cum illo laborantibus/ deſperatis rebus/ cum quibuſdam ex amicis ęger ex italia in libyā euaſit: fiſus libyam contra italos facile inſtante eo ſumpturam arma. Ex his uero: qui ad Cluſium relicti fuerant nō nulli cū Pompeio in aciem progreſſi iuxta urbem/ tandem ad uiginti hominū millia amiſere. Qua clade tam ingenti accepta reliqui per partes in patrias eorum rediere. Carrina autem: & Martius: & Damaſippus cum omnibus copijs eorum ad anguſta loca conuenere/ ut cum Sannitibus per uim iter aperirent: tranſitumq; patefacerent: Quod cū aſſequi nequirent/ romam ueluti uiris armiſq; deſtitutam uertere copias/ ut una cōmeatū interciperent: & per ſtadia centum urbi propinqui ad Albanum caſtra metantur. Eorū aduentu cum de urbe uereretur Sylla/ equites ſūma celeritate pręmittit: qui hoſtibus in itinere occurrerent.

Albinouani crudelitas.

Norbani fuga: & mors.

Rhodus.

Damaſippus Carbonis prętor cum duabus legionibus ad Marium.

Galatarū defectio ad Metellum.

Obſidio exercitus Carbonis a Lucullo.

Placentia.

Carbonis fuga.

Ingens clades.

Carrinę: Martij: & Damaſippi copię romam.

Albanum.

Iterata Syllę uirtus.

Porta Collina.
Templū Veneris
Initur pugna circa solis occasum.
Superior Sylla in dextro cornu.
Fuga siniſtri cornu Syllę ad portas urbis.
Conuersio in hoſtes timore: ac neceſſitate.
Bellū noctturnū.
Carbonianoꝝ fuga.
Ingens cędes.

Syllę crudelitas.
Martij ac Carrinę captiuitas: & mors.

Preneſtinoꝝ deditio.
Marij iunioris interitus.
Syllę faceta irriſio in Marium eundem.

Crudelitas Lucretij.

Ipſe numeroſis copijs ſubinde prouectus/ad collinam portam circa meridiem caſtra locat/ non longe a Veneris templo. Iam igitur hoſtibus ad portas caſtrametantibus ingens pugna circa ſolis occaſū fieri cœpta. In dextro cornu Sylla ſuperior euaſit: Siniſtrum ab hoſtibus diſiectum ad portas profugit urbis. Qui autē ſeniores aderant/ cum hoſtes accurrentes cernerēt/ portas e machinis deponūt: quę inter illos corruentes/ nō nullos militaris: quoſdam Senatorij ordinis interfecere. Multi timore: ac neceſſitate in hoſtes conuertuntur: ibiq; per noctē depugnantes ſummā ędidere ſtragem. Cecidere eo in prędio ex prętoribus Teleſinus: & Albinus: eorūq; exercitus adepti ſunt. Lamponius: & Lucanus: Marcelluſq; ac Carrina: reliquiq; carboniane ſeditionis duces: qui ī unū cōuenerāt fugam capeſſunt. Ingens cędes hoc prędio ędita. Ad quinquaginta enim millia utraq; ex parte cecidiſſe narrantur: captiuorum ad octo millia: & plura redacta in poteſtatē. Sylla q̄ Sannites maiori ex parte in his erant telis perfodit omnes. Poſtridie Martius ad eum: & Carrina capti perducūt: Quibus neutiq; indulgens/ romanoꝝ more/ ambos interfecit. Capita Preneſte ut mœnibus affigeret ad Lucretium allata mandato eius. Quibus inſpectis Preneſtini/q̄ omnes Carbonis copias deletas audiuiſſent: Norbanum ex Italia aufugiſſe: reliquū uero italię: urbemq; romam ad Syllam conceſſiſſe/ciuitatem Lucretio dedere. Mario aggerem per cuniculos ingreſſo: nec multo poſt interempto manu propria Lucretius ceruicem abſcidit: caputq; ad Syllam miſit. Id fori in medio ante roſtra cū appendiſſet Sylla/ iuuenta conſulis irriſa hęc effatus dicitur. Remigem prius eſſe oportere: q̄ ad gubernacula admouere manus. Lucretius Preneſte receptа/ Senatores omnes: qui cū Mario ea in urbe geſſiſſent bellū partim interfecit: partim in uincula cōiecit: quos Sylla ſubinde

aduenies neci tradidit: iuſſitq; ex Preneſte ſine armis in campum prodire omnes: qui in urbe morā duxiſſent. Ex his quoſcunq; ſibi utiles: paucos tamen e cęteris elegit: reliquos in tres partes ab inuicē diſtinxit/ Romanos ſcilicet: Sannites: & Preneſtinos. Cū diuiſi forent/ romanis per pręconē in primis annunciat. Quoniā morte digna perpetraſſent/ ueniam illis elargiri: reliquos confodi imperauit. Mulieribus eorūq; filijs libere abire permiſit: ac ciuitatem diripuit boſtiliter/ opibus tunc quidē refertam maximis. In hunc igit̄ modum Preneſte capit̄. Norba alia ciuitas ſtrenue adhuc illi reſiſtebat. Emilio demum Lepido nocte per proditionem ingreſſo urbem/ deſperatione ducti ciues ob proditionem/ quidam ſemet interemerūt: alij ſe ad inuicem ſponte trucidarūt: nō nulli laqueis finiere uitam: portas porro quidā obturarūt: alij incenderūt. Ventus nempe ardue incumbens adeo cōſumpſit omnia/ ut nihil ſpoliorū ex urbe percipi potuerit. Sic illi egregie mortē obiere. Ingruentibus hunc in modū per italiam bellis igne: internetione hominū/ Syllę prętores ad urbes accedentes: quę ſuſpectiora uidebant̄/ pręſidijs muniebant. Pompeius interim in libyā contra Carbonem: & in Siciliam contra neceſſarios Carbonis: & amicos proficiſcit̄. Sylla romanis in concionē conuocatis multa de ſeipſo magnifice elocutus eſt. Alia quoq; nō minus formidanda in deprehenſionē eorū enatrauit. Ad hęc porro intulit. Quoniam populum meliorem in partem conuerteret: cū ſibi paruiſſet/ nulli inimicorum ad extremū uſq; ſupplicium parciturum: ueq; prętores: quęſtores: tribunos: & quoſcunq; alios qui cū boſtibus ſimul quippiam egiſſent ea ex die: qua Scipio conſul in his: quę pollicitus fuerat/ non ſtetiſſet/ ſummis pœnis affecturum eſſe. Quo dicto Senatores quadraginta: equites mille & ſexcentos ad mortē cōdemnauit. Hic enim romanorū

Acta per Syllā lege.

Diripit̄ boſtiliter Preneſtina urbs.

Norba ciuitas.

Lepidus Emilius.

Proditio.

Deſperationē attende ciuium.

Norbanorū egregia mors.

Syllanorū prudentia.

Conuocatio romanorum ad concionem.

Syllę crudelis oratio.

primus inuentus est qui morte mulctaret. descripsit & prę̄mia interfectoribus: Iudicia his qui accusarēt: & supplicia occulentibus insuper ascripsit. Paulo post Senatores alios primis addidit: ex quibus nō nulli inopine deprehensi/ eo ī loco: quo capti fuerant interfecti sunt: aut in domibus: aut angiportibus: aut sacris in locis. Quidam suspensi: & ad Syllā delati ante pedes eius proiecti sunt. Alij trahebantur: uerberabanturq; nemine intuentiū uocem in tantis calamitatibus ob pauorem emittere audente: Expulsiones etiā aliorum: & alijs bonorū collationes factę cum ab urbe fugientes quererent: & binc inde cūcta flagellantes permearent: quoscunq; etiam inuenissent neci traderent: Plurimę insuper Italorum cędes: exilia: & bonorū publicationes patrabātur in eos: qui aut Carbonis: aut Norbani: aut Marij: aut eorum prętorū mandatis paruissent: Iudicia per italiam omnem dire exercebantur: Accusationes prętoriatuū militięq; multiplices fiebant/ uel in pecuniarū exactionibus: uel alijs ministerijs: uel omnino cōsilij alicuius in Syllam perpetrati. In delictorū numero hospitalitates: & amicitię: & collationes/ uel dantis: uel recipientis ponebāt: uel si quis promptitudinis alicuius: aut contubernij in itinere deprehensus extitisset. Quę omnia circa diuites asperius etiam exigebant. Cū uero in singulos delationes defecissent/ ad ciuitates se Sylla cōuerterat: easq; uicissim puniebat/ aliarū arces demoliri iubendo: quarundā mœnia solo ęquando: aut publicā mulctam illis imponendo: aut grauioribus tributis eas affligendo. Nō nullas etiā plurimis ex his: qui sub eo militauerant in colonias distribuit: & ueluti arces quasdam per italiā habiturus/ ciuiū agros: domosq; inter eos partitus est. Quę res usq; ad ultimū uitę exitum eos beniuolos sibi reddidit: q̄si nihil proprij: aut certi sibipsis prępone̅tes/ nisi saluo: & incolumi Sylla/ ita ut deficiente

Nota hic Syllę crudelitatem magnam.

Attende.

Crudelis ad omnia Sylla.

Amor militū erga Syllam. cur.

eo adhuc pugnarent. Hęc igitur in italia agitabantur. Carbonẽ autẽ ex libya in Siciliam: & ab ea in Corſicam cum illuſtribus multis fugientẽ/ Pompeius quibuſdam pręmiſſis intercepit. Cęterũ ducentibus in mandatis datum/ ut prius q̃ ad conſpectum eius acceſſiſſent/ alios quidem interficerent. Carbonem uero ante pedes eius ſtatuens ter conſulem: catbeniſq; deuinctum morti cõdemnauit. Caput quoq; ad Syllam miſit. Ille cũ omnia ad uotum contra inimicos eius ſtatuiſſet: & nullus Sertorio excepto: qui longe aberat ſupereſſet hoſtis/ Metellũ ad eum oppugnandum in hiberiam miſit. Quęcunq; uero in urbe fuerant/ ea ſibi ad nutum ſubdidit. Legis quippe aut comiciorũ: aut ſortis delectus nullus habebat: cunctis metu trepidantibus: aut occulentibus ſe: aut omnino ſilentibus: qui quęcunq; Sylla ſtatuiſſet/ ſiue conſul: ſiue procõſul immobilia: iuſtaq; ex decreto firmauere. Imaginẽ ꝓterea eius ex auro equeſtrẽ ante roſtra collocarunt: inſcripſerũtq;: Cornelio Syllę imperatori fortunato. Sic enim illum adulatores in hoſtes feliciter pugnantem appellare conſueuerant: Quę adulatio ſtabile tandem nomen obtinuit. Ego quippe nõ nulla legiſſe nemini: in quibus Sylla ex decreto uenuſtũ ſe appellari uoluit: Quod nomen nõ incõueniens mihi uiſum eſt: ex quo fauſtus cognominatus dicit. nõ enim longe a felici: & fauſto uenuſti nomen uidetur differre. Legitur etiam ubi ex oraculo futura perſcrutanti hęc confirmata ſunt his uerſibus. Crede mihi a Venere romane potentia creuit Magna tibi ęneę ſtirpem: quę curat: & almis Annua celicolis ne reddere uota recuſes. Delphos dona feras q̃ primum aſcendere perges/ Per iuga candentis Tauri locus eſt: ubi cernes Charum urbẽ ingentem: colitur quę nomine diue. Vim ſummam accipies illic depone ſecurim. Quę utra uis romani ciues imagini eius aſcripſerint: uel cauillo ĩ eũ

Pompeĭ uirtus.

Carbonis mors.

Sertorius ſolus ſuperat Syllę hoſtis.

Metellus ad Sertoriũ oppugnandum in hiberiam miſſus.

Timor ob Syllam.

Syllę ſtatua equeſtris ex auro ante roſtra.

Inſcriptionẽ attende.

Syllę ambitio.

Syllę cognomen.

Oraculum.

Taurus mons.

Munera a Sylla Delphos missa.

Inscriptio.

Rex: ac tyrannus Sylla.

Quid Interrex.

Comicia a consulibus in fine magistratus proponebantur.

Consule nemine existente Sylla urbem egreditur.

Valerius Flaccus Interrex creatur.

Quo pacto Sylla effici studeat perpetuus dictator.

Aduerte.

Sagax uir.

uel adulatione uidentur usi. Misit autem diadema aureum: ac securim: hęc inscribens. Hęc tibi diua uenus deponit munera Sylla: Vt somno monitus martis conspexit in armis Pugnantem: atq; acies armatos inter agentem. Re autē rex: ac tyrannus existens: nec electus ab ullo: ueꝝ potentia: & uiribus adauctus cum huiusmodi dissimulatione indigeret, ut electus uideret: hęc astute cōmentus dicitur. Romanis quippe ex uirtute iampridem reges pręsidebant: & si quispiam eorū decessisset Senator alius & deinde alius post regem per quinq; dies pręsidebant: donec populus regem alium approbasset. Hunc igit dicbus quinq; pręsidentem Interregem solebant nominare. Erat interim is rex. Comicia uero consulum: qui magistratum finiuisset proponere solebat. Q si forte creatio consulis non succederet. hic interim rex: & tūc quidē consulari electione creabatur. Hunc morem igitur imitatus Sylla consule nemine existente: ex quo Carbo in Sicilia: Marius Prenestę decesserant urbe egressus est. Senatus Interregem interim creari iubet: ac Valerium Flaccū tunc quidem in primis creat: ratus eum comicia consulum subinde habiturum. At uero Sylla Flacco separatim per epistolam iniungit, ut sententiā ad populum deferat: utile Syllę uideri in pręsenti esse ī urbe principē: quem dictatorem nominant per quatercentos iam desuetum annos: quemq; elegissent suadere nō ad tempus dictum: sed quousq; ciuitatē & italiam principatūq; omnem seditionibus: belliscq; fluctuantē stabilisset urbi pręsidere. Quam rem ad Syllā pertinere omniū bene intelligentiū animi haud dubie cernebant. Sylla uero neq; seipsum: neq; epistolę secreta celauit ulli: se scilicet ciuitati hac in re permaxime fore utilem: sed hęc palā annunciauit. Romani cum ex lege nihil ulterius sancire possent: neq; quippiam omnino hęc ad se pertinere crederent, in omni

rerum indigentia diſſimulationem creationis uelúti libertatis imaginem: & ſpecimen amplexi/Syllam quoad uellet princi/pem eorum ſtatuere. Tyrannis fere quędam dictatorum olim fuit dignitas tēpore uel breui diffinita. Tunc autē primū nullo adhibito fine tyrannidem expreſſit ultimā: Tantū ad nominis ſplendorem illi conceſſere/ut eum ex poſitione legū eligerent dictatorem: quibus ſub ſe approbaret: conſtitueretq; rempu/blicam. In hunc modū romani regibus ſupra centeſimā olym/piadem ī primis uſi: cū ab illis democratia: & annuis conſuli/bus functi eſſent: alijs interiectis centū olympiadibus/iterū re/ges experti ſunt: olympiade apud gręcos quinta: & ſeptuage/ſima ſupra centeſimam/ nullo in olympijs certamine prętērq̄ ſtadij curſu ędito. Athletas nempe: & cętera ſpectacula Sylla romam euocauit ueluti ſolamina quędā belli mithridatici: aut itali/excuſatione adhibita quaſi populum a calore reſpirare: & refrigerari cuperet. Hic igit ad ſpecimē quoddā patrię reipu/blicę conſules ab illis eligi permiſit. Fuereq; tum primū Mar/cus Syllius: & Ortulius Dolobella creati conſules. Ipſe regū in motē ſupra eos dictator reſidebat. Secures quattuor: & uiginti tanq̄ dictatori ante eum ferebantur/ut priſcis etiā regibus mos fuit. Cuſtodes prętērea corpori q̄plures addidit: leges alias diſ/ſoluit: alias impoſuit: neq; aliquē prius prętorem q̄ quęſtorē eſſe uoluit: nec conſulem ante q̄ prętorē: & eandem poteſtatē eundem uirū attingere prius q̄ decenniū peregiſſet ex decreto uetuit. Tribunitiā uero poteſtatē adeo perfregit: ac debilitauit ut fere ad nihilū redegerit: cū ex lege prohiberet qui Tribu/natum geſſiſſet ulterius poteſtatē habere poſſe. Quamobrem omnes qui gloria: aut genere pollebant/Tribunatū in futurū auerſati ſunt. neq; clare poſſum eloqui/ an Sylla ipſum: ut nūc eſt/ a populo ad Senatum tranſtulerit. Nam cū Senatus ob diſ/ſenſiones: bellorumq; turbines fere exhauſtus eſſet/ tercentos

Hic Sylla monarchiā uidet adeptus: quē romani perpetuum dictatorē ſiue prin/cipem eorum quoad uellet ſtatuere.

Tyrannis dictatorum dignitas olim.

Quo tempore reges.

Romani denuo reges experti.

Quę peregit Sylla ab adeptione principa/tus uſq; ad eius finē.

lege.

Electio conſulū a Sylla romanis permiſſa.

Marcus Syllius: & Or/tulius Dolobella con/ſules creantur.

Tribunitię poteſtatis debilitatio a Sylla.

Quid agit neceſſitas.

ex optimis equeſtris ordinis elegit: uocemq; ſingulis in comi-
cijs attribuit. Populares autē ſeruos eorum: qui nuper cęſi fue-
rant: iuniores ſcilicet: ac robuſtiores uſq; ad decem milliū nu-
merum: & plurium in libertatem uendicauit: ciueſq; romanos
eſſe uoluit. Corneliū quoq; ſeipſū ultro nominauit. Ad man-
data porro exequenda ex populatibus decē millibus uſus eſt.
Illud idem per italiam meditatus legionibus tribus: & uiginti
ſub ipſo militantibus: multos in ciuitatibus agros: ut a me prę-
ſcriptū eſt/ attribuit: partim indiuiſos adhuc: partim per uim
ereptos ob mulctam. Ad omnia deniq; tam formidabilis fuit:
& ad iram ſubitus/ ut Quintū Lucretiū Ofellam: cuius opera
Preneſte urbem receperat: Marium cōſulē obſederat: uictorię
finem tandem adeptus fuerat/ cōſulatum inire deprecantem:
cū in equeſtri ordine adhuc eſſet/ prius q̄ prętor: & quęſtor ex-
titiſſet: rogantibus inſuper ciuibus priſcorū more permitten-
te ob captiuorū multitudinem: cum abnuendo deterrere non
poſſet/ fori in medio enſe confoderit. Deinde accitis ad concio-
nem ciuibus in hunc modū elocutus ſit. Scitis uiri: & a me au-
diſtis quoniam Lucretium minus mihi obſequentem ipſe oc-
ciderim. Rationem deinde addidit. Pediculi ruſticum arantem
forte momorderāt. Ille bis aratrum deponens ueſtem perpur-
gauit. Cū autē denuo morderent/ ne ſępius ab opere ceſſaret:
ueſtē igni impoſuit. Sic ego uictis perſuadeo/ ne tertio ignem
experiant. Sylla igit huiuſmodi ex cauſis pauefactis omnibus
principatu ad libidinē abuſus eſt. Triumphū quoq; ex mithri-
datico bello egit. Et quidā eius dictaturam inficiatū regnū per
iocum dictitabant/ q̄ regium duntaxat celaret nomen: alij ex
aduerſo ad opus tranſferentes tyrannidem profeſſam appella-
bāt: Tantū romanis ipſis: atq; italis omnibus cladis bellū intu-
lit: alijſq; ſupra illos nationibus: quę nupertime Sylla: & Mi-
thridate depugnātibus latrocinijs uexatę: nuperrime quęſtore

Populariū ſeruorū uendicationem in libertatem. nota.

Sylla Cornelium ſe ultro nominauit.

Magnę copię.

Formidabilis ad omnia Sylla: & ad iram ſubitus.

Quinti Lucretij Ofellę mors.

Syllę crudelitatē attende: & ingratitudinem in Ofellam eundem uide.

Optima ratio.

Triumphus ex bello mithridatico.

Facete.

carentes ob diſſenſiones tributis afflictę fuere. Quęcūq; enim nationes: & regna: quicunq; ſocij: aut urbes non ſolū uectigales: uerū quę ſemet fœderibus iureiurando romanis credidiſſent: uel ob belli ſocietatem: aliamq; uirtutem: ac pręſtantiam ſuis legibus degentes īmunes extitiſſent/ tunc omnes tributa cōferre: & illi parere cogebāt. Non nullis portus: prouincięq; ex fœdere conceſſę denuo ablatę ſunt. Cum Sylla Alexandrū Alexandri ęgyptiorū regis filium in Coo enutritū: & a Cois Mithridati traditum: poſtremo ab illo ad ſe fugientē in amicitiam recepiſſet/ ex decreto Alexandrinis pręeſſe uoluit. nam regnū uirili ſtirpe defecerat: mulieribus quę ex regio genere aderant uiro ex eadem ſtirpe carentibus: ratus ex regno auri opulentiſſimo magnā pecuniarū uim auferre poſſe. Cęterum cū per nouē: & decem dies illis pręfuiſſet/ abſurdū exiſtimantes quę Sylla ſperauiſſet regem ab ipſis poſcere/ in gymnaſiū ex regia delatū interemere. Sic magnitudine potentię ſuę confiſi Alexandrini exterarū cladium inexperientia/ cęteros minus timuere. Sequenti anno Sylla q̄q̄ dictatura fungeret/ ſub diſſimulatione tamen ſpecimen quoddam democraticę tenuit politię: ac denuo cum Metello: qui pius cognominabat conſulatum iniit. Hoc igitur fortaſſe exemplo: qui nunc romanorū regno pręſident conſules declarantes/ nō nunq̄ conſulatum & ipſi aſſumpſere: non indecorum exiſtimantes cum maiore dignitate una cōſulatum gerere. Sequenti deinde anno populus quo Syllę obſequeret/ conſulatum eundem ut gereret deprecatus eſt. Cui aduerſatus Sylla Corneliū Iſauricū: & Claudiū pulchrum conſules deſignat. Ipſe nemine cogente dictaturam pręſtantiſſimā dignitatū omniū ſponte depoſuit. Et profecto mirū mihi uidetur/ primarium uirū: ac ſolum tum quidē inter omnes tam illuſtrem/ impellente nullo reliquiſſe dignitatem:

Attende tributa a Sylla conferri indebite, coacta.

Alexander Alexādri ęgyptiorum regis filius.

Cous inſula.

Alexandrinorum regnū opulentiſſimū.

Alexandri memorati mors.

Sylla q̄uis dictator: conſulatum init.

Metellus pius.

Exemplum nota romanorū regū.

Populi deprecationē attende.

Cornelius Iſauricus: & Claudius pulcher a Sylla conſules deſignantur.

Hic Sylla dictaturã: principatum: ſiue monarchiã: de qua diximus ſponte deponit. lege.

Ptolemęus.

Ariobarçanes.

Seleucus.

non filijs: ut Ptolemęus in ęgypto: & Ariobarçanes in Cappadocia: & Seleucus in Syria: ſed his: qui tyrannidem eius pertulere. Irrationabile id enim: qui per uim tot periculis ſe obijciens dictaturam aſſumpſiſſet/ eam ſponte poſuiſſe: & prętet cunctorũ opinionẽ nihil noui ab ullo ueritum fuiſſe: qui centum: & plura hominũ millia bello confeciſſet: tot domeſticos hoſtes occidiſſet: Senatores nonaginta: conſules quinq; ſupra decẽ: Equeſtris ordinis ad duo millia & ſexcentos: alios deinde expuliſſet: quorum nõ nullis facultates ademerat: quoſdam inſepultos proiecerat: eundem neq; qui domi: neq; qui foris eſſent timuiſſe: ac urbibus: quaq; pleriſq; arces: mœniaq; diſiecerat. agros: pecunias: tributa ademerat/ ſe priuatum obtuliſſe.

Laus Syllę.

Mirabilis & inauditus hic homo.

Tantum huic uiro animi: & felicitatis affuit/ ut foti medio dicere auderet Ideo dictaturam ſe deponere/ ut eorũ: quę feciſſet rationem ſubire poſſet/ ſi quis exigeret. Virgas prętera: & ſecures perfregerit: & cuſtodes a corpore amouerit: ſoluſq; cũ amicis uulgi ĩ medio progreſſus ſit inſpectante multitudine: ac ſtupente rei nouitate. Ac tũ ſemel ad domũ diuertentẽ adoleſcens quidam cõtumelijs affecutus eſt/ nemine illum deterrente: ut ad domũ uſq; cõuicijs illũ inceſſeret adhortatus dicit. Ita: qui inter maximos uiros primus omniũ ira excandeſcere ſolebat/ adoleſcentem patienter tulit. Hoc ſolum domũ ingrediens/ ſiue ab ingenio: ſiue a diuinatione quadam futurorũ dixiſſe fertur. Non ſinet adoleſcens iſte alterum aliquando uirũ dignitatẽ huiuſmodi habentẽ deponere. Quod romanis paulo poſt contigit Caio Cęſare poteſtatem minime exuente. Omnino mihi Sylla uidetur cum uehemens ſimul: & potens extitiſſet ex priuato tyrannus fieri cupiuiſſe: ex tyranno priuatus: & ob id ad ſolitudinem quandam agreſtitatẽq; declinaſſe. Profectus eſt enim Cumas italię urbem ad agros proprios: quo in

In Syllam cõtumelias adoleſcẽtis aduerte.

In adoleſcentem patientiam: ac dictũ Sylle nota.

Caius Cęſar.

Quid peregit Sylla poſt depoſitã dictaturam.

Cumę italię utbs.

Syllę agri.

loco maritima ſolitudine oblectatus non nunq̃ uenationi impendit operam uitam in urbe neutiq; priuatā agens: neq; debilis iterum ad quęcunq; concupiſſet/ cum robuſta illi adeſſet ętas: corpuſq; a natura ualidum. Circa italiam uero centum: & uiginti millia hominū tenuit recens ſub eo militantiū: quibus ingentia munera: agros plurimos contulit. Parati quoq; in urbe Cornelij decem mille aderant: & alter eiuſdem factionis ſeditioſus globus beniuolus illi: cęteris tremendus: atq; formidabilis. Hi fiduciā eorū: quę egiſſent in Sylla ſtatuentes/ ſalutem etiam propriam in eo collocarant. Cętęrum mihi uidetur Sylla bellorum: principatus: ac ciuitatis ſatietatem nactus/ uacationē duntaxt: & feritatem appetiſſe. Quo deficiente romani ſubito a tyrānide: cędeq; liberati paulatim ad ſeditiones nouas defluxere. Nam cum conſules creauiſſent Caium Catulum ſyllanarum partium: Lepidum uero Emilium aduerſarum ad inuicem boſtes: & qui ſubito inter ſe contenderent: certum erat malum aliud a primo ſumpturum ortum. Ferunt Syllam cū in agris eſſet dęmonem quendā p ſomniū aſpexiſſe: ſeq; ab illo uocari exiſtimauiſſe. Quod ſomniū cum amicis mane rettuliſſet/ ſūma celeritate teſtamentū cōſcripſiſſe: in ſequentiq; nocte obſignato eo/ cū febris acceſſiſſet/ ſexageſimo exacto anno e uita deceſſiſſe. Fuit autem ad omnia feliciſſimus uſq; ī finē: & quēadmodū cognominatus eſt/ ſic felix habitus: tantū proſperitatis: quātū cōcupierat aſſecutus. Et ſtatim quidem poſt eū ſeditio in urbe emicuit: cū nō nulli corpus eius p italiā pompę ī modū ferendū dicerent: deinde urbi illatū fori ī medio publice humandū. Lepidus uero: & qui circa illū erāt aduerſarent̄. Vicere demū Catulus: & cęteri Syllanę factionis comites: corpuſq; per italiā in urbē lectica aurea regiū in morē illatum eſt. Tibicinum copia: equitūq;: ac cęterorū multitudo

Magnę copię.

Vrbs Cornelij.

Seditioſus globus.

Origo nouarum ſeditionum.

Conſulum creationē attende.

Caius Catulus.

Lepidus Emilius.

Somnium.

Sylle mors.

Sylle felicitas uſq; in finem.

Seditio poſt mortem Sylle.

Attende ſeditionis initium.

Sylle funeralia.

progrediebaṫ. Poſt hos milites omni ex parte: & ad pompā in-
ſtructi armis accurrebāt: & ut quiſq; acceſſerat protinus ī ordi-
nem referebaṫ. Verū multitudo tam ingens qualis nullo unq̄
Attende honores. in opere uiſa fuerat acceſſit. Prȩcedebant ſigna: ſecureſq;: qui-
bus dictator cum eſſet utebatur. Hunc in modū inſigni pom-
pa/ magno apparatu ī urbē defertur. Coronę ex auro ad duum
milliū numerum: plureſq; ſūma cura fabricatę. Vrbium dona:
ac legionū ſub eo militantium ab amicis ſingillatim ferebanṫ:
aliaq; ad ſepulchri decus addita: quorum ſplendorem eloqui
nemo poſſet. Corpus deniq; accurrente exercitu ſacerdotes: ſa-
creq; uirgines per uices detulere. Senatus item: reliquiq; magi-
ſtratus cum uexillis eorum ſequebantur. Alio deinde ornatu
Syllę funeralia item. equitū turba: exercituſq; omnis p̄ partes diuiſus: qui ſub ipſo
fuerat. Magno demū ſtudio unuſquiſq; ad ferendum accurrit:
uexilla aurea argenteis prȩferentes armis: quibus ad pompas
nunc etiam utuntur. Tubarum infinitus fuit numerus: quarū
multitudo per partes grauiorem triſtemq; emittebat ſonum.
Vox laudantiū prima Senatus erat: deinde equitū: poſtremo
exercitus: populiq; uniuerſi: ex quibus nō nulli Syllam exop-
tantes: quidam formidantes/ tunc autē exercitū: extinctiq; cor-
pus circūſteterant. Cū enim ad magnitudinem geſtarū rerū:
defunctiq; memoriam flexiſſent animū: quę uir ille peregiſſet
obſtupebāt: fatebanturq; eundē omnibns hoſtibus ſuis longe
Oratio funebris. Non exprimit nomen: a quo ędita: neq; ora-
tionem. feliciorem: defunctū quoq; illis formidabiliorē extitiſſe. Verū
cū ad tribunal: ubi concionari mos fuit in foro delatū eſſet/ fu-
nebrē orationē in primis ędidit: qui ea tēpeſtate fuit eloquen-
Fauſtus Syllę filius adoleſcens. tiſſimus: cū Fauſtus Syllę filius adoleſcens adhuc eſſet. Lecticā
ſubiere potētiores ex Senatu omni: ijdemq; campo martio in-
Regū ſepulturę ubi. tulere: quo in loco reges duntaxat humari cōſueuerāt. Equites
Syllę finis hic. uniuerſiuſq; exercitus circū pyrā excucurrit. Et hic Syllę finis.

A funere deinde redeuntes consules uerbis statim inter se: calumnijsq; dissidere: quęq; ad urbem pertinebant inuicē partiri cœperūt. Lepidus quidē italis subblandiens agros: quos illis ademisset Sylla reddi deposcebat. Amborum odia ueritus Senatus iureiurando eos astrinxit ne armis inuicē contenderent. Lepidus Galliam sortitus: quę supra alpes sita est/ ad comicia minime descendit: utpote qui bellum in sequenti anno/nullo iurisiurādi timore habito in Syllanos esset gesturus. Videbant enī intra magistratus sui annū fidem pręstitisse. Cū quę cogitasset minime laterent/a Senatu acersitus est: nec ille quamobrem uocaret ignarus/ uniuerso cum exercitu profectus: quasi cū eo urbem ingressurus/ prohibitus subinde ad arma per pręconem omnes conuocat. Ex aduerso Catulus bellum uicissim pręconis uoce denunciat. Post modicum pręlio ante campum martiū inito ab utrisq; superatus est Lepidus: nec multum illi aduersatus in Sardiniam enauigauit: quo in loco distillationis morbo correptus/ cessit e uita. Prętor eius paulatim cęteris insultans per partes destituit. Quicquid residui roboris ex optimis fuerat Perpenna ad Sertorium in hiberiam deduxit. Residuum quippe Syllanorum operum/Sertorij bellum fuit per octo: nec facile gestū annos: neq; insimul romanis nō tanq̄ in hiberos: sed ad inuicem pugnantibus cōtra Sertoriū: qui hiberię/ ut pręmissū est imperitabat. Nam cū Carboni depugnaret Sylla/Sertorius Suessam urbē per inducias recepit. Fugiens deinde ad prętura profectus est: exercitūq; ab italia deducens: alterūq; ex hiberis ī unū congregans/ prętoribus: qui ante illū fuerāt prouinciā inire prohibentibus/ quo Syllę obsequerent ex hiberia eos expulit: ac in Metellū: qui a Sylla missus fuerat egregie bellū gessit. Promptus quippe ad audenda omnia Sertorius Senatū ex amicis: qui una aderant usq; ad tercētū elegit numerū: quē uere romanorū in alterius ludibriū asseuerabat.

Dissensio inter Lepidum: & Catulū consules.

Consilium Senatus ob contentionem.

Comicia.

Lepidi animus in Syllanos.

Consulum fides intra annum.

Acersitur a Senatu Lepidus.

Lepidi profectio ad Senatū cū exercitu.

Catuli occursus: & belli initium.

Superatur Lepidus.

Lepidi mors.

Perpenna Lepidi prętor.

Bellum Sertorianū.

Suessa.

Metellus.

Sertorij promptitudo ad quęq; audenda.

Pompeius a Senatu dux in hiberiã cum exercitu mittitur.
Pompeij laus:& trãsitus ipsius per alpes.
Hannibal.
Rhodanus.
Eridanus.
Padus pro Eridano.
Aduentus Pompeij in hiberiam.
Laurũ urbs a Pompeio diripitur.
De muliere ex obsidione deprehensa lege.quid.
Sertorius.
Ducũ cõgressionẽ: & bellũ animaduerte.
Pyrenei montes.
Lusitania.
Surum urbs.
Horrendus tonitrus.
Magna cędes.
Metelli uictoria de Perpenna.
Vincitur a Sertorio Pompeius.
Belli finis.
Cerua Sertorij.

Sylla defuncto:ac Lepido: deinde post Syllam exercitũ alterũ italorũ agens Sertorius:quem Perpenna Lepidi prętor ad illũ duxerat opinionẽ facile pręstitit:q̃si in italiã bellũ esset traducturus:nisi q̃ id ueritus Senatus exercitũ: ducemq; alium post primũ in hiberiam Pompeium misit:qui illi obsisteret adolescentẽ adhuc:ueq; fama illustrem ob ea:quę in libya:& in ipsa italia sub Sylla gesserat. Is igitur ad alpes penetrandas magno animo profectus/ non per Hannibalis illud memoratum iter: uerum haud longe a Rhodani:atq; Eridani fontibus iter cepit: quę ambo flumina paruo inter se spacio caput exerunt. Ex his alter per celtas:qui super alpes incolunt in tyrrhenũ mare diffundit: Alter uero intra alpes supra Ionium sinũ elapsus/ pro Eridano Padi nomen assumit. Accedente in hiberiã Pompeio Sertorius exercitum omnem pabulatũ educens/ impedimenta eius:ac seruos inuasit:& ad Laurũ urbem ingruente Pompeio urbem diripuit:funditusq; diiecit. Ex obsidione interim muliere deprehensa/ cũ miles digitis per obscena adhibitis in illã cõuiciaret/ oculos sibi eruit. Qua re percepta Sertorius passionem eius miseratus cohortẽ omnem ad similia infamem: atq; arrogantem q̃q̃ ex romanis constaret interfecit. Ac tunc quidẽ insurgente hyeme inter se diuisi sunt. Cũ autẽ uer instaret/ ad inuicem congredi cœperunt/ Metellus scilicet ac Pompeius ex pyreneis mõtibus:inter quos hiberna egerãt. Sertorius & Perpenna ex lusitania:ac insimul iuxta urbem:quę Surum appellatur congressi/ tonitru horrendo concutiente aera:fulguribus in immensum corruscantibus: qui armis experti erant nullo timore perfecere bellum: plurimamq; cędem ędidere: quoad Metellus Perpennam repulit:exercitumq; eius diripuit. Eo in prędio Sertorius Pompeium uicit. Pompeius nõ sine periculo femur telo saucius euasit. Et hic finis pugnę inter utrosq; fuit. Ceruam habuit Sertorius candidam admodũ: atq; mansuetã:

quã cum forte amiſiſſet infelicitatis ſignũ arbitratus permaxime angebatur animo: nec in aciem prodibat: ceruam ab hoſtibus interceptam autumans: qua in eos illudere ſolebat. Cum deinde inopine apparuiſſet: curſuq; ad eum cõtendiſſet/ ſubito in hoſtes quaſi ab ea excitus defertur: prelijſq; leuibus uſus eſt. Non multo deinde pugnam ingentem circa Saguntum a meridie in noctem protulit: in qua equeſtri prelio Pompeiũ ſuperauit: hoſtiũ ad ſex millia interfecit/ media eorũ parte deleta. Metellus ex Perpennę exercitu ad quinq; millia neci dedit. Sertorius poſtridie ab ea pugna ingenti barbarorum collecta manu/ inopine Metelli exercitum aggreditur cum iam ſol ad occaſũ uergeret: ueluti caſtra aduerſus eum magno animo eſſet poſiturus. Accurrente deinde Pompeio ab incepto deſtitit. His eſtatis tẽporibus ab utriſq; geſtis ad hiberna diuertere iterũ. In ſequenti anno ſexta: & ſeptuageſima ſupra centeſimã olympiade/ duę ex fœderibus nationes romanis acceſſere/ Bithynia Nicomede eam relinquente: & Cyrene Ptolemęo lagi qui Apion dicebat/ teſtamẽto uiciſſim eam tradente romanis. Econuerſo hoſtes inſurrexere romanis prępotentes/ Sertorius circa hiberiã: & Mithridates ad orientem/ piratis maria omnia infeſtantibus: & circa Cretem bellũ aliud a cretẽſibus: gladiatorijs etiã prelijs p italiã uehementer: ſubitoq; emergentibus. Diuiſi igit inter tam ingentes tes/ alias ĩ hiberiã duas emiſere legiones: cũ quib9 cęteris adiũctis Metellus itęr: ac Pompeius ab pyreneis mõtibus ĩ hiberiã uenere. His Sertorius ac Perpẽna a luſitanis occurrũt: & tũc quidẽ multi a Sertorio ad Metellũ trãſfugere: quoꝝ cauſa turbatus Sertorius crudeliter: barbareq; ĩ pleroſq; debacchatus odio haberi cœpit. Huius rei pręcipua exercit9 cauſa fuit/ q; ĩs cuſtodes a celtiberis undiq; acciuerat: & romanis a corpore ãmotis eoꝝ loco exteris ſe crediderat.

Alia ingens pugna a Sertorio ędita.
Saguntum.

Attende hiſtoriam.
Aggreditur inopine Sertorius Metellũ.
Pompeij probitas.

Olympias.
Bithynia. Nicomedes.
Cyrene.
Ptolemęus lagi.
Magnas lege belloꝝ calamitates eodem tempore romanis emergentes.
Iterato Metellus ac Pompeius ĩ hiberiã.
Sertorianorũ fuga ad Metellum.
Odium in Sertoriũ.

Honeſta: & perpropria ratio.

Non enim milites ęquo animo perferre poterāt/ ſe infidelitatis ab eo argui q̄q̄ ſub romanorū hoſte militarent: quinimmo id eos uehementius angebat/cum infidi erga patriam ob illum haberentur/ nunc ſuſpectos ab eo haberi: nec qui in fide permanſiſſent a trāſfugis dignoſci poſſe. Multa pręterea celtiberi in eos inſurgentes/contumelioſe ut inuidis obiectabant. Verū tamen hi Sertoriū nō omnino ſimul omnes reliquere ob eius utilitatē: atq; pręſtantiam. Non enim fuit alter uiro illo bellicoſior: atq; fortunatior. Qua ex cauſa celtiberi illum ob agendorū promptitudinē Hannibalem ſolebant appellare: quem audaciſſimū: & aſtutiſſimū ducem apud eos fuiſſe nouerāt. In hunc igitur modum exercitus erga Sertorium ſeſe habuit. Vrbes interim plurimas eius: qui una cum Metello uerſabantur: aſſidue infeſtabant: ciueſq; ad deditionem impellebant. Cum Pompeius Palantiā obſideret urbē: ac mœnia lignorū truncis undiq; appendiſſet/ aggreſſus eum Sertorius ab obſidione repulit. Vez̄ pręueniens Pompeius mœnia ſuccendit igne: deinde ad Metellū redijt. Sertorius reſtitutis quę corruerāt mœnibus ad eos: qui circa Calagyrum caſtra habebant delatus/ad tria millia interfecit. Hęc ſunt: quę eo anno ī hiberia dicuntur geſta. Sequenti anno imperatores romanorū ſumma ui magis ſolito confiſi/ciuitates: quę a Sertorio tenebantur inuadunt: & pleraſq; ex illis ſibi uendicarunt. Cęteras etiam aggredi cœperunt/dolo confiſi: & inſidijs. nō enim totis uiribus inuicē conuenerant. uez̄ iterū uſq; ad inſequentem annū ipſi denuo urbes maiori animo inuaſerāt. Sertorius aduerſante iam fortuna bellicarum rerum laborem ultro depoſuerat: plurimūq; inter delicias: mulieres: cōuiuia: potuſq; uerſabat. Qua ex re aſſidue eum uinci cōtigit: & ob id ad ſummā delatus iracundiā ob ſuſpitiones uarias: acerbitateſq; puniendi ad uniuerſa dubitabat

Celtiberorū contumelioſe obiecta in milites attende.

Sertorij laus.

Sertorius Hannibal a celtiberis uocitatus.

Palantię urbis obſidio a Pompeio.

Sertorij uirtus.

Calagyrum.

Cędes a Sertorio.

Prudentiſſimi imperatores.

Sertorij fortuna aduerſa.

adeo/ ut Perpenna: qui ex Emiliana ſeditione ſponte ad eum magnis cum copijs acceſſerat timore ductus decem duntaxat frętus comitatu inſidias in eum ſtrueret: ex quibus nō nulli indicio deprehenſi/ ſupplicio affecti ſunt: quidam fuga ſibi conſuluere. Perpenna pręter opinionem deliteſcens magis adhuc facinus acceleraſe ſatagebat: & Sertoriū cuſtodes a ſe nuſq̄ dimittentem in cōuiuiū ſecum uocat. Eo in loco cum aſtantium turba uino grauis minus cuſtodię intenta eſſet/ Sertorium obtruncat. Exercitus quidem in Perpennam ſtatim inſurrexit ira concitus: ac tumultu: beniuolentiam quoq; pro odio in ducem commutauit/ ut omnes furore quodam in eos cōmoti ſint: qui illum occidiſſent. Cum enim is cuius cauſa nōnunq̄ triſtabant̃ e medio ceſſiſſet/ ad uirtutis proprię memoriam cum miſericordia: pietateq; reuertebant̃. Ac tunc quidem quę pręſentia illis aderant mente cogitantes/ Perpennā ueluti priuatū quendam contemnebant. Potro Sertorij uirtutē/ unicam eorū ſalutem fuiſſe rati/ haud facile in Perpennam conijciebant oculos: Nec ipſi duntaxat: uerȝ barbari fere omnes: luſitaniq;: quorū opera Sertorius pręcipue ī bello uſus fuerat. Cū uero teſtamēti reſeratis tabulis Perpenna a Sertorio hęres inſtitutus perlectus eſt/ amplius cunctorum odia in eum exarſere: quaſi non in ducem duntaxat: aut prętorem: uerū in amicum: ac benefactorem ab eo ſeuitum eſſet: Nec a uindicta cohibuiſſent manus/ niſi q; ad eos confugiens Perpenna/ nō nullos donis: alios pollicitationibus ſibi aſciſcebat: pleroſq; etiā metu cohibebat. Erant quos ad terrorem aliorū ſibi adiungeret. In hunc modū igit̃ turbę ſe ſubijciens adulatione ī omnes utebat̃. Nā eorū captiuos: quos Sertorius carceri addixerat liberari iuſſit. Hiberis preterea obſides reſtituit: quibus inducti/ illi ut imperatori obſequebant̃: parebantq;. Hic enim illi poſt Sertorium bonos

Perpennę timor: & cōſpiratio in Sertorium.

Sertorij finis.

Ira: & inſurrectio exercitus in Perpennam.

Perpennę contemptio ab exercitu.

Barbari.

Luſitani.

Perpenna hęres a Sertorio inſtitutus.

Odia in Perpennā.

Aſtutus uir.

Perpenna imperator electus.

habitus: qui tamen nō ſine odio: & inimicitia demū contigit.

Perpennę crudelitas.

Nam cū ſupplicijs oblectaret/ crudelis tandem haberi cœpit. Tres quippe ex illuſtribus romanos ad eum fugiētes: fratriſq; filium interemit. Iam igitur Metellus ad alteram hiberię partē

Metelli conſilium.

ſeceſſerat. non enim illi difficile admodum uiſum eſt Perpennā a Pompeio ſolo poſſe debellari. Per nō nullos interim dies leuibus inter ſe pręlijs Pompeius: Perpennaq; eorū uires experti ſunt. Decima tandem die omnibus copijs in unū cōuenerunt: ueluti de tota belli mole diſcrimen ſubituri: quo in prę-

Bellū inter Perpennam: & Pompeiū.

lio Pompeius Perpennę diſciplinam facile contempſit. Nam cū is de exercitus ſui fide/ haud parū dubitaret/ ab omni appa-

Pompeij uictoria.

ratu ſtatim excidit. Subito itaq; Pompeius ī eum inuectus: nec duce perferente: nec repugnante exercitu illū ſuperauit. Fuga nempe ab omnibus ſimul facta/ Perpenna ſub ceſpite quodam latuit: domeſticos magis/q̄ externos reformidans hoſtes. Intercipientes itaq; illum quidam ex equitibus ad Pompeium attrahebant/ calumnijs ſuorū agitatum/ ueluti Sertorij dominum: acclamantem quoq; multa ſe Pompeio dicturū fore ex

Perpennę mors.

bis: quę a ſeditioſis romę gerebantur. Id autem ſeu uere diceret: ſiue ut ſaluus duceretur ad eum fingeret/ prius q̄ ad cōſpectum eius acceſſiſſet Pompeij iuſſu interemptus eſt: ueriti forte ne quid inexpectatum ęderet: alteriuſq; mali principium gigneret ī urbe: quod perſapienter Pompeius uiſus eſt egiſſe: ſummāq; illi poſtremo laudem: & gloriā attulit. Hic igitur hi-

Perſapienter Pompeius.

berici belli finis: & Sertorij uitę ſimul fuit: quod nec tam ſubito: aut facile Sertorio adhuc uiuente geſtum eſſet. Eadem tempeſtate circa italiam gladiator quidam ex his: qui in Caſpijs ad

Hiberici belli finis.

ſpectacula aluntur Spartacus nomine natione Thrax: qui aliquando cum romanis meruerat: & in cuſtodia: ac gladiatorijs

Bellum Spartacum.

Spartacus Thrax.

ſpectaculis aſſeruabatur/ tantum animi aſſumpſiſſe uiſus eſt

ut ſeptuaginta uiris comitatus/ pro libertate potius illos certare perſuaſerit/ q̃ ī ſpectaculis pericula ſubire. Itaq; per uim repulſis his: qui cuſtodię prę erant fuga abijt: ac pleriſq; ex uiatoribus lignis: enſibuſq; munitis in Veſubiū montem aſcendit. Eo in loco multos ex fugitiuis ſeruos: quoſdā etiā ex agris liberos in unū cōgregans: quę propinquiora aderant depopulabatur loca: ſuppręt ores habens Enomaum: ac Criſſū gladiatores. Itaq; cum prędas ex ęquo partiretur/ magna cōfeſtim multitudo ad eum confluxerat. Ad quem oppugnandum primus Varinius Glabrus miſſus eſt. Poſt illum Publius Valerius nō legitimū adducens exercitum: ueę ex celeritate: & itinere collectum. non enim deinceps romani belli alterius motum: nec a prędatoribus ſimile futurū expectabāt. Cum ad pugnā uentum eſſet romani ſuperantur. Spartacus Varinij equum enſe confodit: parūq; abfuit romanorum ducem a gladiatore in captiuum duci. Poſt hoc prę lium longe maiores copię ad Spartacum undiq; aduenere. Et iam ad ſeptuaginta uirorum millia ī exercitu habebat: & arma dietim fabricabat: & apparatus deligebat. Qui autē romę aderant/ conſules cum duabus legionibus emiſere: Quibus ſe obijciens Criſſus triginta millibus ſtipatus/ circa Gargarū montē ab utroq; ſuperat: ac duobus exercitus partibus amiſſis una & ipſe concidit. Spartacū p Apenninū montē ad alpes: & deinde ad Celtas properantem alter conſulū adeptus a fuga prohibuit. Altero deinde inſequente cū ad utroſq; ſe cōuerteret/ per partes uictor euaſit: ac illi quidem cū tumultu ab eo diſceſſere. Spartacus tercentos ex romanis captiuos Criſſo īmolauit: ac centū uiginti millibus peditū romanoę circūſeptus ad urbē properabat: quę inutilia armoę ſupererant igne cōburens: & captiuos uniuerſos neci dedens: ac ſuper eos curruū iumenta conficiens quo leuius incederet.

Attende uirum.

Veſubius mons.

Enomaus & Criſſus Spartaci ſuppretores.

Varinius Glabrus: & Publius Valerius romanorum duces contra Spartacum miſſi.

Initium pugnę.

Vincunt romani.

Aduentus maiorum copiaę ad Spartacū.

Inſtauratur exercitus a romanis.

Vincitur Criſſus.

Gargarus mons.

Spartaci fuga: & deinde uictoria.

Crudeliter a Spartaco ī romanos captiuos.

Spartacus ingenti peditū romanorū numero circūſeptus ad urbem properat.

Occurſus conſulum circa Picenum.
Inſignis pugna.
Ingens romanorum cędes.
Prudens latro.
Dimittit Spartacus acceſſum ad urbem: & conuertit ſe ad montes.
Thurium urbs.
Diligentiam nota latronis.
Iteratio pugnę: & victoria a romanis.
Horrendum bellum.
Stuporem attende omniū.
Licinius Craſſus imperator in Spartacū proficiſcitur.
Decimatio.
Opiniones lege: & hiſtoriam.
Licinij Craſſi uirtus & victoria de Spartaco.
Spartaci fuga: & obſidio.

Tranſfugis plurimis ad eum uenientibus neminem admiſit. Conſulibus iterum circa Picenū illi occurrētibus/ alia inſignis pugna ędit̃: & tunc quoq; ingens peracta romanorū cędes. At ille recta ad urbem pergere nō auſus: cum nec ęqualem ſe ciuibus in bello crederet: nec exercitum omnē militaribus inſtructum armis duceret: nulla quippe ciuitas cum illo conſpirauerat: ſed ſerui duntaxat: & fugitiui: & confuſa turba illū ſequeret̃ uerſus Thurium ad montes ſe conuertit: Thuriūq; recepit. Aurū porro: & argentū negociatores inferre prohibuit: aut illud poſſidere. Aes ſolum: ac ferrum non mediocri precio emebant: & importantes humane pertractabāt. Qua ex re materiam abunde nacti egregia arma confecerant: & plerunq; ad prędas diſcurrebant. Romanis iterum ad manus uenientibus uictores tunc quidem euaſere: ac multum prędę conſecuti retro abiere. Tertius iam annus elapſus erat: & romanis horrendum iam adhuc erat bellum: quod a principio ueluti gladiatorium contempſerant. propoſita nouorum conſulum electione ſtupor omnes detinebat: nec quiſq̃ ad petendū deſcendebat: quoad Licinius Craſſus genere: atq; opibus longe pollens inter romanos imperiū ſuſcepit: & ſex alijs legionibus ad Spartacum contendit. Cum applicuiſſet: quę conſulum duorum fuere/copias recepit: ex quibus iacta ſorte ueluti de ſępe victis partem decimauit. Quidam non ita exiſtimant. Sed cū imperatori iterū inſurrexiſſet ex omnibus victis decimū quenq; ex ſorte delegiſſe: & ad quattuor millia interemiſſe cum ob multitudinem haud multum indigeret. Vtrum iſtorū factum ſit: terribilis certe ipſis ob hoſtiū victoriam apparuit. Nam confeſtim ad decem millia: qui cum Spartaco una militabant euicit: & duas eorum partes interficiens ad Spartacum propius magno animo acceſſit: quem tandem illuſtri pugna ſuperatū: fugientemq; ad mare perſecutus eſt: cū in Siciliam per naues

transfire properaret. Illum igitur adeptus fossa circũsepsit: & mœnibus uallo q̄ cõtinuit. Cum per uim ad Sannites excurre/re temptaret/ Crassus ad sex millia circa solis ortum interemit: totidem q̄ alios circa occasum/ tribus ex romano exercitu dun/taxat interfectis: septẽ uulneratis/ Tanta subito ob suppliciũ ad uictoriam inclinatio facta est. Spartacus equitibus ad eum aliunde confluentibus adhuc perstans non amplius/ad pugnã omnibus cum copijs prodibat. Multum autem sibi circũsiden/tes infestabat p̄ partes continue subito q̄ incumbens: faces etiã igne correptas in fossam demittens uallũ incẽdebat: & laborẽ illis multo difficiliorem afferebat. Captiuũ prẽterea ex roma/nis campi in medio suspendit/ proprijs militibus aspectũ ante/ponens: quem uicti essent passuri. Romani interim: qui ĩ ur/be morabantur obsidionem intelligentes/ cum turpe ducerent gladiatoriũ bellũ in tam longum differri tempus/ difficultate eius cognita Pompeium ex hiberia nuper redeuntem/ ad curã eius rei delegere. Ob hanc electionem ueritus Crassus ne glo/riam huius belli Pompeius sibi asciscer et/ summa festinatione in Spartacum deducit. Spartacus Pompeiũ prẽuenire studens Crassum cum eo ad fœdus inuocat. Ver q̄ ab illo repulsus peri/culum subire statuit. Assidentibus igitur equitibus magno co/natu cum omnibus copijs uallum exuperat: ac Brundusiũ uer/sus celeri fuga sese proripit/ Crasso cõtinue uestigia eius inse/quente. Cum uero relatum esset Lucullũ ex mithridatica ui/ctoria reuersum Brundusiũ uenisse/ desperatis omnibus/ ma/gnis copijs cum Crasso congredit̃. Exorta pugna longa quidẽ ac difficili ueluti in desperatione tot milliũ in unũ coeuntium Spartaco femur telo transfigit̃: quo uulnere prolapsus in genu cõcidit: obiecto q̄ clypeo insurgẽtes repellebat: depugnabat q̄: donec ipse: cẽteraq̄ multitudo ĩ circuitu eius oppressa est. Re/liquũ exercitus nullo ordine: ut ĩ turba cõcisũ/ lic ut cẽdes sine

Ingens cẽdis differẽtia.

Audax latro.

Romanorũ consiliũ ob dilationem belli gladiatorij.

Pompeij gloria.

Crassi astus.

Inanem uide latronis astutiam.

Spartaci fuga: & Crassi insecutio.

Brundusium.

Lucullus.

Desperationẽ attende.

Difficilis pugna.

Vulneratur Spartacus.

Crassi uictoria de Spartaco: & omni eius exercitu.

Spartaci mors.
Nota cędem.
Sex mille a Crasso p iter a Capua romā in crucibus sublati.
Particeps Pompeianę glorię Crassus.
Origo paruę dissensionis inter Pompeium: & Crassū.
Syllę lex.
Pompeius: & Crassus cōsules electi quid.
Per propriam: & notandam lege contentionem.
Populi timor: & deprecatio ad consulē in foro.
Ariolorū pronostications de dissensiōe.
Iterata populi deprecatio cum gemitu ad utrosq; consules.
Illustriū uirorū nota humilitatem.
Laudes consulum.
Prudenter a populo.
Maioris futurę contentionis mira dissolutio.

numero ędderetur. Ex romanis mille desiderati. Spartacus ipse defunctus/ nusq̄ inuentus. Multitudo ex his ingens extra prę/liū ī montibus secesserat: ad quos Crassus profectus est. Illi in quadraginta acies diuisi depugnabant: donec omnes interfecti cū cęteris occubuere/ sex millibus exceptis: qui capti in cruci/bus sublati sunt per iter: quod a Capua romam usq; protendit. Hęc Crassus sex mensibus operatus particeps potissimū omni ex parte Pompeianę uisus est glorię: neq; exercitū deponere uoluit. quia nec idem Pompeius uideret facturus: amboq; ad consulatum petendum descenderunt. hic quidem iam prętura functus iuxta Syllę legem: Pompeius uero neq; prętura neq; quęsturam uspiam adeptus anno ętatis quarto & trigesimo multa tribunis secundū ueterē morem uelle concedere est pollicitus. Consules itaq; electi nec exercitus urbi propinquos demisere/ occasionem sibi quisq; uendicantes. Pompeius quidem ad hibericum triumphū Metellum redeuntem opperiri se aiebat. Crassus Pompeiū prius dissoluere opertere dicebat. Populus igitur dissensionem iam inde emergentem intuens: ac duos exercitus sibi assidentes reformidans/ cōsulem in foro sedentem orare cœpit/ ut ambos inter se cōciliaret. Quod primū uterq; eorum renuit. Ariolis deinde quibusdam multa: ac dira cōminantibus/ ni inter se cōuenirent/ populus iterū cum gemitu utrosq; deprecatus est: denuo Syllę: ac Marij erumnas afferentes. Quibus ex rebus cōmotus Crassus prior e solio descendit: & ad Pompeium profectus manum illi/ ut una conciliaretur exhibuit. Is autem subito assurgens ad illum accurrit: seq; inuicem complexi sunt. Laudes itaq; multiplices illis redditę: neq; populus prius e concione discessit/ q̄ consules exercitus deponere uelle scripsere. Sic contentio quę in maius excrescere cunctorum opinione putabatur/ feliciter dissoluta est annū circa sexagesimū ciuilium bellorum: maxime a Tiberij Gracchi interitu.

P.Candidi de ciuilibus romanorũ bellis ex Appiano Alexandrino in latinũ traductis liber primus feliciter explicit. Incipit eiuſdem ſecundus. Lege feliciſſime.

POſt Syllę monarchiam: & quęcunqꝫ a Sertorio ac Perpenna in hiberia geſta ſũt/ alia denuo ciuilia romanis inſurrexere bella/quouſqꝫ Caius Cęſar Pompeiuſqꝫ magnus ad inuicẽ armis uſi: Pompeiuſqꝫ a Cęſare ſuperatus eſt:Cęſarem uero in Senatu nõ nulli regno aſpirantem interemere. Hęc igit quemadmodũ acta ſint:& Pompeius:ac Cęſar demũ interierint/ hoc ſecundo ciuilium bellorum libro deſcribemus. Pompeius depurgato prius a piratis mare: qui undiqꝫ omnia deprędabantur/Mithridatẽ Ponti regem debellauit: regnũ quoqꝫ eius: ac reliquas illi parentes nationes ad orientẽ uſqꝫ ſibi ſubdidit. Erat autẽ adoleſcens adhuc Cęſar: uęꝫ dicendi:& agendi promptitudine longe clarus: & qui uniuerſa auderet: atqꝫ ſperaret ad ambitionem ſupra modum profuſus: & ardens utpote qui ędilitatem:& prętură ęre alieno meruiſſet: felicitate etiam quadam gratus multitudini: quę utplurimũ liberales colit: ac diligit. Lucius autẽ Catilina glorię: & generis ſplendore prędcellens/temeritate notiſſimus adoleſcentem filium ob Aurelię Oreſtilię amorem interfeciſſe dicitur:cum mulier ſuperſtite filio nuptias eius recuſaret. Is Syllę familiaris olim: & amicus/ ſeditione plenus/ tyrannidis illius imitator fuit/ ex ambitione pariter ad inopiam redactus cum a potentibus quibuſdam uiris mulieribuſqꝫ obſetuaretur ad conſulatum petendum acceſſerat: quaſi ab illo ad tyranni/dem paraturus aditũ. Sed cũ eligi ſe cito ſperauiſſet/ ob huiuſmodi ſuſpitionẽ repulſus eſt: & Ciceroni conſulatus eius loco

Caius Cęſar.
Pompeius magnus.
Pirate.
Mithridates Ponti rex.
Cęſaris mores:& ambitio.
Gratus multitudini Cęſar.
Lucij Catilinę crudelitatem in filium:& temeritatẽ attende.
Aurelia Oreſtilia.
Catilina Syllę familiaris: & amicus.
Catilinę coniuratio: & ſeditionis origo.
Ciceto conſul loco Catilinę.

delegatur/ uiro prȩcipua eloquẽtia: & oratoriis artibus ornato.

Catilinę inuectio in Ciceronem.

Ob id Catilina eos improbans: a quibus consul esset designatus/ in ignobilitatẽ Ciceronis inuectus/ nouũ hominẽ Ciceronem appellat. Sic enĩ eos: qui a seipsis nulla maiorũ dignitate clarուere romani solent nominare. Hospitalitatem prȩterea urbis irridens Inquilinum eum nominat: quo uerbo dicuntur hi qui alienas ędes incolunt. Ipse uero hac ex causa rempublicam fere omnem penitus euertit: ita ut minime ad monarchiam: aut magnũ aliquod emergeret: uexȩ litibus repleretur: & inuidia. Pecunias quippe a plerisq; mulieribus undiq; cõquirens: quȩ uiros ipso in tumultu occisum iri putauerant/ cũ nõ nullis Senatorij ordinis: equitibusq; iureiurando cõuenit. Induxit & populares quosdam: & hospites: & seruos: Quorum primores fuere Cornelius Lentulus: & Cethegus: erant enĩ hi ea tempestate prȩtores ĩ urbe. Per italiam uero quosdam ex Syllanis demisit: qui cõmoda per uim parta consũpsissent: similia autẽ exoptarent: ex Fesulis scilicet tyrrhenijs Caium Manlium: Ex picenis: & Apulia alios: qui exercitum secrete comparatent. Quȩ omnia cũ occulta adhuc essent: & incognita/ Fuluia parũ pudica mulier Ciceroni indicat. Huius amator Quintus Curius fuit/ uir ob probrum consulatu amotus: & ob id consiliorũ Catilinę particeps/ leuis admodum: & ambitiosus/ ad mulierem omnia detulerat: & ueluti potentiã statim habiturus/ eorum: quȩ in italia agitabantur mentionẽ fecerat. His perceptis Cicero ciuitatẽ per interualla prȩsidijs munit: & ex illustribus plures emittit: qui ad suspectiora queq; intenti prȩsiderent. Catilina nemine eum suscipere audente/ ob diligentẽ undiq; cautelam suspitione exterritus: & ĩ celeritate spem apponens pecunias Fesulas mittit. Appositio insuper cũ cõiuratis ordine ut Ciceronẽ interficerent: urbem per interualla nocte incenderent/ ad Caium Manlium quasi alium paraturus exercitum sese proripit/ ut sequẽte urbis incendio promptus accurreret.

Attende mulieres.

Cornelius Lentulus: & Cethegus: prȩtores in urbe.

Exercitus: & pecuniarum comparatio ex italia.

Fesulę.

Tyrrhenij: qui nunc Hetrusci.

Caius Manlius.

Piceni.

Apulia.

Coniurationis indicatio Ciceroni.

Qui mulierib9 secreta tua pandis attẽde.

Fuluia meretrix.

Quintus Curius Fuluię amator ob probrũ cõsulatu amotus

Ciceronis uirtus.

Conspiratorũ ordo.

Catilina Fesulas ad Manlium.

Eo in loco faſces:& ſecures ueluti proconſul leuiter admodum prę ſe tulit: & ad Manlium profectus delectus habere cœpit. Lentulo:& coniuratis tempus patrandę rei adeſſe uiſum/cum Catilina ad Manlium ueniſſet. Lentulū igitur ipſum: ac Cethegum circa auroram ad Ciceronis domū enſibus ueſte contectis inſidias ſtruere iubent. Ingreſſos deinde ob dignitatem ſermone in longum deducto/ interambulandum Ciceronem a cęteris ſemotū interficere. Lucium uero Sextium Tribunū plebis concionē ſubinde aduocare: palamq; de Cicerone conqueri: qui aſſidue bellū quereret: urbem nulla ex cauſa in diſcrimen poneret. Poſt Sextij orationem nocte inſequenti reliquos ex cōiuratis duodecim in locis urbem incendere: prędari omnia: optimos quoſq; interimere. Sic enim Lentulo:Cethego:Statilio:& Sextio: cęteriſq; cōiurationis primoribus agendum uidebatur:tempuſq; ad ea opperiebant̄. Legati Allobrogum eorum prętores apud Senatum accuſaturi romam uenerant: Galliam quoq; ad bellum concitare cū Lentulo:cęteriſq; una conſenſerant. Hos Lentulus ad Catilinam ire iubet:& cū his Vulturcium Crotoniatem emittit:qui litteras ſine nomine ad eū deferat. Legati ob id ipſum ambigentes/rem Fabio Sangę annūciant. Erat autē is Allobrogū patronus ī urbe: ut cętęteris populis olim romę adeſſe mos fuit. Ab hoc Cicero certior factus legatos urbe diſcedentes:& cum his Vulturcium intercepit: eoſq; in Senatum ſubito inducit. Hi quę a Lentulo audierant Senatui referunt. Inducti porro addidere Lentulū ſępenumero illis affirmaſſe/ tres e Corneliorū familia romanis futuros principes. Ex his Cinnam & Syllam prius extitiſſe:Se tertiū Sibyllinis libris declarari. Quibus cognitis Senatus Lentulum dignitate ſpoliauit. Cicero unūquēq; ſeparatim in prętorum cuſtodia deponit. Ipſe in Senatū reuerſus/ ſententiam de omnibus exquirit:ac ſtatim in Senatu tumultus oritur: nec enim eorum quę ferebantur manifeſte adhuc patebat timor.

Lucius Sextius Trib. plebis. Statilius.
Primores cōſpiratiōis.
Allobrogū legati ad Senatū attende cur.
Vulturcius Crotonias.
Pulchra hiſtoria.
Fabius Sanga Allobrogum patronus romę.
Patefactio rei ad Ciceronē per Fabium quo pacto lege.
Legatorū:& Vulturcij interceptio a Ciceronę: & eorū inductio in Senatum.
Quę a legatis:& Vulturcio Senatui referuntur attende.
De Lentulo quid amplius a legatis.
Libri Sibyllini.
Lentulus a Senatu dignitate ſpoliatus: cęteriq; coniurati ſeparatim a Cicerone in cuſtodia deponunt̄.
Tumultus.

Lentuli prętera: ac Cethegi ſerui: libertiq; magna opificum manu in unū comparata prętorū domos diuerſo itinere inuaſerant: eorūq; dominos per uim liberare conabāt. Qua re percepta Cicero e Senatu egreditur: & opportunis pręſidijs ubiq; appoſitis iterū in Senatum/ ut ſententiam exquireret accurrit. Syllanus conſul deſignatus primus ut ſententiā efferret a conſule rogari cœperat. Quippe romanis conſul pręfuturus merito in primis dicturus uidebatur: & ut puto multa ex his: quę decreta eſſent executioni mandaturus: & ob id maturius: liberiuſq; ſingula animaduerſurus. Conſulente itaq; eo cōiuratos ultimo ſupplicio afficiendos eſſe/ multi aſſenſi ſunt: ad Neronem quouſq; delata ſententia. Neto interim eos cuſtodiri: donec Catilinam bello ſuperaſſent: & rem diligentius: certiuſq; animaduertiſſent/ equius cenſebat eſſe. Caius autē Cęſar cum ſuſpitionē minime purgaret/ ne coniurationis particeps uideretur eſſe/ Cicerone neutiq; fidente/ ſi ad hunc ī primis popularem: ſeditioſumq; ſententiam afferrent/ hos uiros per municipia: quę Cicero elegiſſet diſtribuendos eſſe cenſuit: donec ſuperato Catilina in iudicium acerſirentur: neq; quid dirum: aut intolerabile in primores uiros pręter ius equūq; eſſe ſtatuendum. Eius ſentētia cum iuſta apparuiſſet: & a pleriſq; admitteret/ multi haud prudenter in eam inclinarūt. Cato ſuſpitionem: quę in Cęſare latebat graui: luculentaq; oratione pronunciat. Veritus itaq; Cicero/ ne inſtante nocte aliqua cōiuratorū manus in foro exurgeret: ac pro illis: pariter & ſeipſo ſollicitus/ ne quid dirum: aut fœdum molirent/ utilius eſſe ratus: cū Senatus ī curia adhuc eſſet/ celeriter nullo iudicio rem conficere: unūquēq; ex coniuratis in carcerem deduci imperat: Ibidemq; multitudine inſcia ſupplicio affecit. Poſt hęc in forum delatus palam eos interijſſe ſignificauit. Cęteri metu territi: ac ſibi ipſis pręcauentes hinc inde dilabuntur: Eoq; modo ciuitas a trepidatione: quę cunctis eamet die potiſſimum inſtiterat:

Prudenter Cicero.
Sententia a Cicerone in Senatu exquirit.

Nota ſententias.
Syllani ſententia.

Neronis.

Caij Cęſaris: q̄uis Ciceroni ſuſpectus eſſet.

Cęſaris ſententia a pleriſq; probata.

Catonis oratio de ſuſpitione in Cęſarē.
Ciceronis timor: & ſollicitudo.

Coniuratorū ſupplicīū a Cicerone.
Terrorem attende.
Ciuiū reſpiratio a trepidatione.

paulisper respirauit. Catilinā deinde ad uiginti hominū millia in unū adducentem: quorum quarta fere pars armis instructa fuerat: & in Galliā/ quo delectus nouos appararet properantē Antonius consul alter sub ipsis alpiū radicibus/ nullo fere negocio nactus superauit: Virum temerarium tam crudele opus mente cogitantem: & ad rei experimentum multo temerarius/ apparatu fere nullo prodeuntem: q̄q̄ nec ipse Catilina: aut quispiam ex his: qui illustriores affuere/ fuga saluti suę consuluerint: sed in hostes proruentes/ pariter in pugna cōfossi sint. Catilinę itaq; seditio: cuius causa parū abfuit/ uniuersam fere urbem ad extremū deduci exitium/ Ciceronis cōsilio in hunc modum dissoluta est. Cicero q̄q̄ dicendi potestate clarus haberetur/ tū uel maxime ob insigne facinus omniū fere uersabat in ore: & saluator tunc quidem pereuntis patrię uisus est extitisse. Gratię itaq; immensę ab omnibus illi habitę: uarięq; laudationes. Nam Cato patrem patrię illum appellauit: quod decus nominis subinde a populo confirmatum est. Ea ex causa a non nullis creditum est/ huiusmodi appellationem a Cicerone sumpsisse initium: ac subinde ad imperatores: qui digne habebantur paulatim defluxisse. Nec enim omnibus q̄q̄ regno prę sidentibus a principio statim cū cęteris appellationibus id nomen inditum: uerū procedente tempore/ uix maximis adhuc: in testimonium uirtutis accessit. Cęsar deinde in hiberiam delectus prętor/ cum in his: quę utilia uisa fuerant romę sperneretur; magnamq; facultatum partem ob ambitū ęre alieno deuinxisset/ huiusmodi uerbis usus dicit. Bis millies & quingenties centena millia sibi adesse oportere ut nihil haberet. Compositis igitur his: a quibus petebat/ ut melius licuit/ in hiberiā delatus/ neq; ī ciuitatibus ius dicere: diem ue adhibere ad causas: aut his similia agere sustinuit: ueluti qui nihil opere precium in huiusmodi rebus esse crederet: uerū exercitu in unum comparato/ cęteros hiberorum populos per partes aggressus:

Catilina uiginti hominū millia in Galliam adducens ab Antonio altero consule superatur.

Temerarius uir.

Catilinę: & conspiratorū laus: pariter & mors.

Catilinę seditio Ciceronis consilio dissoluta.

Cicero pater patrię.

Cato Ciceronē patrē patrię appellauit.

Appellationis initiū a Cicerone creditū ad imperatores defluxisse.

Cęsar q̄uis romę spretus/ in hiberiā prętor eligitur.

Nota uerba.

Cęsaris probitas in hiberia.

Magna pecuniarū uis a Cęſare ex hiberia romam miſſa.
Quintus quęſtor.
Triumphus a Senatu Cęſari decretus.
Comicia conſulū.
Comiciorū lex.
Cęſaris animus ad conſulatum: & ad Senatū petitiones.
Seditiones Cęſaris in urbe. (Cęſarem.
Catonis aduerſatio in Cęſar ad comicia.
Pompeij rogationes ad Senatum.
Inuidorū repugnationes in Pompeium.
Lucius Lucullus in Pompeium quid.
Pompeij aſtutiam: & pollicitationes ad Cęſarem nota.
Cęſar Craſſum Pompeio conciliauit.
Tricipitium aduerte.
Suſpitio Senatus: & cōſiliū ob ſuſpitionem uide.
Lucius Bibulus Cęſari aduerſus.

regionem omnem ex tributo romanis obnoxiā parere uoluit: magnam quoq; pecuniarū uim per Quintum quęſtorem romam miſit. Cuius rei cauſa cum triumphus a Senatu decretus eſſet/ pompę apparatum q̄ ſplendidiſſimū ī ſuburbanis romę iubet inſtrui. Hiſdem forte diebus creandorum conſulum comicia romę parabantur: neceſſeq; erat petitorē una adeſſe. Ingredienti uero neutiq; ad triūphū licebat redire. Cęſar ad conſulatū potiſſimū aſpirans/ nundū triumphi apparatu ędito ad Senatum deſtinat. rogat ut abſenti per amicos conſulatū petere liceat. Eius rei licentia pręter legem alijs non nunq̄ conceſſa fuerat. Contradicente autē Catone: & diem ad petendum deſtinatam uerbis deducente/ Cęſar ſpreto triumpho/ ad comicia deſcendit: & creationē eius dignitatis opperiri cœpit. Interea Pompeius ob mithridaticum bellum ad ſummū glorię: & dignitatis euectus/ Senatū rogare pergit/ ut multa: quę regibus: dynaſtis: ac ciuitatibus idem cōceſſiſſet/ Senatus ex decreto cōfirmare uellet. Econtra plurimi inuidia accenſi in illum repugnabāt. Inter hos uel in primis Lucius Lucullus fuit: qui ante Pompeium ad id bellum delegatus/ debiliorem ad reſiſtendū Pompeio Mithridatem reliquiſſe ſe aiebat: eius belli gloriam ſibi ſoli ſpectare prędicabat. Lucullo Craſſus pari modo adſiſtebat. Indignatus itaq; Pompeius affinitatem cū Cęſare inire ſtuduit: ſeq; in petitione conſulatus illi affuturū iureiurando pollicetur. Is Craſſum Pompeio ſubinde conciliauit. Summa igitur poteſtate inter ſe functi/ cōmoditates ad inuicem partiri cœperant. Horum igitur conſenſum uno libro reprehendens quidam Tricipitium eos nuncupauit. Senatus cum de illis ſuſpicaretur/ Lucium Bibulum Cęſari aduerſum cum eo conſulatum adminiſtrare iubet: Ac ſubito contentiones inter illos: & armorū priuatim apparatus extitere. Cęſar ad diſſimulandum promptiſſimus uerba in Senatu habuit: quaſi cū Bibulo

conciliari cupereti quantũ eorum diſſenſio reipublicę moleſta ſit ediſſerit. Cum ex animo locutũ omnes putarent; ac Bibulus nullo apparatu; aut cuſtodia in eum uteretur/ magnam uirorũ manum clanculum in unũ comparat. Legem deinde tenuiorũ in Senatum defert: Agros in cõmune partiri admonet: pręcipue qui circa Capuam cęteris cultiores & uberiores habebant: patribus diuidendos eſſe: quibus trium liberorum ius adeſſet: mercedẽ popularis beniuolentię iam inde meditatus. Quippe ad uiginti hominũ millia bis perceptis ĩ unũ uenerant: trium liberorum alimoniam ultro depoſcebant. Cũ multi ſententię eius aduerſarentur/ diſſimulata indignatione: quaſi quę iuſta & ęqua eſſent ab illis ſpernerentur/ Senatu egreditur: ac per annũ integrum Senatum ulterius cõuocari uetuit. Cum demũ in roſtris concionem habuiſſet/ Pompeium: Craſſũq; ſubinde de lege interrogat. Cui illi uiciſſim aſſenſi ſunt. Populus contectis armis ad legis lationem progreſſus eſt. Senatus cũ nemo illum conuocaſſet (non enim alteri ex conſulibus id agere licebat) ad Bibuli progreſſus domũ/ nihil Cęſaris potentię: & apparatui aduerſum moliri audebat/ Bibulum duntaxat huiuſmodi legibus ſeſe opponere adhortabatur: neq; deſidię uerum alacritatis opinionem cęteris afferre. Ab hoc perſuaſus Bibulus Cęſare adhuc concionante ĩ forum proſilit. Seditione igiť ac tumultu inuicem coortis/ tandem ad uulnera peruentũ eſt. Quidã itaq; exertis enſibus/ faſces: reliquaq; Bibuli magiſtratus inſignia dilacerant. Tribunũ prętetea: & qui illum circũſteterant plagis aggrediuntur. Bibulus nihil territus iugulum ultro nudatum offerebat: amicoſq; Cęſaris magno clamore ad id opus hortabatur. Si enim quę iuſta: & ęqua ſunt Cęſari aiebat ſuadere nõ poſſum/ ſcelus omne hoc: & odiũ moriens ipſe in eum reijcio. Cętex eundem reluctantem/ amici in proximũ Iouis poſſeſſoris templum deferunt. Cato ſubinde ad eos miſſus iuuenili more inter medios progreſſus eſt: concionariq;

Attende quid Cęſar.
Delatio legũ a Cęſare.
Tenuiorũ leges.

Agrorum partitio in cõmune.
Nota legem.

Viginti hominũ millia in unũ. cur.
Cęſaris diſſimulatã indignationẽ aduerte.
Prohibitionẽ attende.
Concio in roſtris a Cęſare.
Populi fauor in Cęſarem.
Senatus adhortationes ad Bibulum.

Bibuli audacia.
Seditio: ac tumultus.
Vulnera.
Faſciũ: & reliquotũ inſigniũ magiſtratus Bibuli dilaceratio.
Aggreſſio & plagę in Trib. Nota.
Maior Bibuli audacia.
Bibuli amici quid.
Templum Iouis.

Audax Cato.
Intrepide: & peracerbe Cato in Cęſarē.
Effertur e tribunali Cato.
Leges mādato Cęſaris ſanciūt. Attende
Cōminationes mortis in Catonem.
Non nullorū timor ob Cęſarem.
Qui aliorū ſuaſione in diſcrimen adduceris. nota.
Vectius uir popularis quid.
Poſtumius Bibuli lictor.
Fraus a Cęſare.
Vectius neci tradit.
Cęſaris audacia.
Prudenter Bibulus.
Leges Cęſaris aduerte.
Equites cū apud Senatum inſtitiſſent quo tributorū onera mitigarent: & Senatus id differre uideret: lege quid Cęſar.

inter illos cœpit: quoad Cęſaris mandato/e loco ſublatus/e Senatu educit. Nō multo poſt alijs itineribus elapſus/ad tribunal iterum acceſſit: nec ullis minis ab incepto deterreri potuit. In Cęſarem porro peracerbe inuectus eſt: donec e tribunali ſublatus effertur: & leges Cęſaris mandato ſanciunt. Cęſar prętera populū/ q̄optimas eas exiſtimare/ iureiurādo adegit: Senatumq; pariter iurare depoſcit. Annuentibus multis/ cum Cato ſilens: quietuſq; perſiſteret/ Cęſar illi/ſi iuſiurandū recuſaſſet: mortem eſt cōminatus: quod a populo pari modo confirmatū eſt. Iurauere itaq; bi: ac non nulli trepidantes: Tribuniq;. Non enim ulterius illi obſiſtere tutum uidebatur. Cum cęteri legē approbaſſent/ Vectius uir popularis/ ī mediū enſe nudato progreditur. Se a Bibulo: Ciceroneq;: ac Catone miſſum profitet: quo Cęſarem: Pompeiūq; interficeret/ enſem ſibi a Poſtumio Bibuli lictore eſſe datū. Cauſa in utranq; partem dubia/ Cęſar multitudinē accelerare iubet. In ſequentē diem Vectij diſquiſitionem referendā cenſet. Vectius interim carceri incluſus/ea quę ſecuta eſt nocte neci tradit. Cum uarie de rei euentu ſuſpicatum eſſet/ Cęſar nec id ſe feciſſe renuit: aſſerens eos qui de ſe formidarēt/ quoad populus ſibi faueret/ cōſpirantibus in eum prębituros opem. Bibulus omnibus e manu eiectis/ ueluti priuatus quidā/ reliquo conſulatus tempore neutiq; domo pedem extulit. Cęſar ad Vectij cauſam inquirendam/ cum reipublicę potentiam ſolus obtineret/ leges quaſdam protulit: quę ī primis populo: & multitudini gratę uidebant. Alias porro addidit: quę a Pompeio geſta/ ut pollicitus fuerat/ illi cōprobarent. Interea equites: qui mediam inter populū: Senatumq; tenent dignitatem/ ad omnia potentiores ob facultates: uectigaliumq; & onerū cętero rū mercedem: quę a populis penduntur capientes: multitudine inſuper ſeruorū habundantes/ iampridem apud Senatum inſtetetant/ quo tributoq; onera aliqua ex parte

leuarentur. Ad quę cum Senatus differre uideretur/ Cęſar nihil Senatu indigens: uerū ſolo populo confiſus/ tertiam tributorū partē remittendam eſſe cenſuit. Illi ad eorum dignitatem inſperate caritatis munus acceſſiſſe gloriantes/ Cęſarē ad cōuiuia inuitant. Sic globus alius longe potentior Cęſari: populoq; acceſſit/ huiuſmodi ciuilitate addita. Ipſe ſpectacula: & ferarū uenationes edidit: ultra poſſe in omnes largus: & exuberans: priorū quoq; ſupergreſſus eſt munificentiā/ apparatu: choreis: ac munerū liberalitate uſus. Quibus ex rebus eundē ad gallię omnis principatum: quę intra alpes ſita eſt in quinquennium prętorem ſtatuunt: exercitūq; pro dignitate legionū quattuor illi tribuunt. Temporis igitur ſpaciū: quo abſens futurus erat mente contemplatus: neq; minus inuidiam (quę quo maiora poſſidentur in maius adaugeſcit) Pompeio filiā connubio adiunxit/ Scipione adhuc exiſtente/ ueritus ne q̄q̄ amicus ſibi foret/ magnitudini tamen felicitatis eius inuideret. Audaciſſimū porro ex ſeditioſis omnibus ad magiſtratum ſequentis anni: ac conſulem Aulum Gabiniū ſtatuit/ amiciſſimū ſibi. Lucij autē Piſonis filiam: qui una conſulatū geſturus uidebat/ Calfurniā duxit uxorem: exclamante Catone rempublicā nuptiarū lenocinio corrumpi. Tribunos uero declarauit Vatiniū: ac Clodiū cognomine Pulchrū: quem turpem quandā infamię notam in mulierū celebritate ſubijſſe notū erat Calfurnię Cęſaris uxoris cauſa: qua de re nihil a Cęſare in eum animaduerſum fuit: cū populo acceptū eſſe cognouiſſet: q̄q̄ mulierē a ſe ablegauerit. Reliqui ob religionē ad impietatē uſq; illū perſecuti ſunt. Fuitq; inter accuſatores orator electus Cicero: nec Cęſar in teſtimoniū uocatus quicq̄ protulit: uerū Tribunū tunc quidem ad Ciceronis inſidias parauit/ cum ille Triūuirorū conſenſum ad monarchiam aſpirantū propalam improbaret. Sic mœrore pariter ob utilitatem frui eos contigit: cum inimico benefacere ad alterius pręſidia coacti ſint. Videtur autem Clodius gratias

Populi gloria ob Cęſarem.
Cęſar ad conuiuia cū populo.
Spectacula a Cęſare.
Liberalitas Cęſaris.
Cęſar per aſtum gallię prętor in quinquennium ſtatuitur.
Prudentiam nota.
Inuidię natura.
Cęſaris filia in cōnubium Pompeio.
Scipio.
Aſtutus Cęſar.
Aulus Gabinius.
Lucius Piſo.
Calfurnia Lucij Piſonis filia a Cęſare in uxorem ducta.
Facete a Catone.
Vatinius: ac Clodius Pulcher: Tribuni a Cęſare declarati.
Ambitio ad principatum quid agit.
Infamię notam attende ob mulieres.
Calfurnia Cęſaris uxor.
Non prętermittendā Iege hiſtoriam.
Inſidię in Ciceronē.

uel in primis exhibuiſſe Cęſari ī obtinenda Gallię prouincia.

Nimis ambitioſus Cęſar.

Hęc igitur tam ingentia a Cęſare adhuc conſule peracta ſunt: qui priori dignitate depoſita ſubito ad alterā conuertit oculos.

Accuſatur Cicero.

Interim Clodius Ciceronē ī iudiciū uocauit/ q̄ ante ſententiā a Senatu latam Lentulū: Cethegumq; ſupplicio affeciſſet. At ille qui ad tam illuſtre facinus ſummo ingenio uſus eſt uti: uilior tamen in iudicio apparuit. nam ſordidam indutus ueſtem: flens ſqualore: & ſorde obſitus/ ad quoſq; obuios per angiportus ſe proſternens: etiam ſibi ignotos deprecare nō erubuit/ ut tam inſigne ipſius opus ob indecentiam ad riſum a miſericordia deflexerit: ad tantū timiditatis ob unicam domeſticā lapſus eſt accuſationem: cuius uita in alienis caſibus ſemper enituit.

Ciceronis uilitatē aduerte.

Demoſthenes apud Athenienſes quid.

Quēadmodū & Demoſtheni ferunt cōtigiſſe: cū cauſam apud athenienſes pro ſe eſſet oraturus/ prius aufugiſſe q̄ in iudicium deſcenderet. Clodio uero Ciceronis ſuaſiones per angiportus cum contumelia explodente/ Cicero deſperatis rebus ſponte profugit: cum quo & amicorū multitudo ex urbe exceſſit. Senatus quoq; eum uirū ciuitatibus: regibus: dynaſtiſq; cōmendauit. Clodius interim domū eius euertit: In agris autē/ ouilia: ſtabulaq; diſſiecit. Ob quę ſubinde elatus/ etiā Pompeio ſe aduerſum pręſtitit: qui ſummā in urbe ea tempeſtate obtinebat poteſtatem. Pompeius Milonem qui cum Clodio conſulatum poſtulabat: uirum audaciſſimum ad conſulatus ſpem eius loco ſtatim concitat: & in Clodium fauores illi pollicetur. Reditum quoq; Ciceroni ex decreto iubet decernere: Sperans cū redijſſet Cicero: non ulterius in pręſentē politiam oblocuturū eſſe: cum quę paſſus eſſet mente cogitaret: Iudicia autē: & negocia facilius Clodio perſuaſum iri poſſe. Sic Cicero ob Pompeium urbe eiectus ab eodem demum reſtitutus eſt/ ſexto: & decimo poſt expulſionem exacto menſe. Domus illi: ac cętera publicis impenſis inſtaurata ſunt. Admiſſus eſt igit̄ ſumma gloria:

Ciceronis fuga ex urbe.

Senatus amorē erga Ciceronē animaduerte.

Ciceronis domus a Clodio euerſa.

Seditiones in Clodiū.

Milonis aſpiratio ad conſulatum.

Qui in rerū publicaꝝ adminiſtratiōe uerſatis. attende.

Pompeij fauores in Milonem.

Fortunę mutatio uaria.

Cicero ob Pompeiū urbe eiectus ab eodem reſtituitur.

Ciceronis domus publicis impenſis inſtaurata.

omnibus ſplendide illum recipientibus ad portas urbis. Ferunt quippe dum uirū complectunt: & illi gratulantur diem ferme integram fuiſſe cōſumptam: ut Demoſthenī athenas redeunti olim cōtigit. Cęſar interea inter Celtas: & Britannos multa rei militaris opera ſtrenue executus: quēadmodū a nobis in Celticis perſcriptū eſt bellis / opibus: & diuitijs abundans / ad proximam Italię Galliam circa Eridanū fluuiū progreſſus eſt: exercitum aſſiduis fatigatū prędijs paulatim recreans. Quo ex loco cum pecunias multis romę prędiſiſſet / annui magiſtratus per partes obuiam illi prodeunt: & quicunq; illuſtres gentium: & exercituū duces aderant uiciſſim exierunt / ut centū: & uiginti faſces circa ipſum affuiſſe fama ſit: Senatorij ordinis ducentos: non nullos ut uicem meritorum redderent: quę ab illo ſuſcepiſſent: alios pecunijs acceptis illi obſequentes: alios quoſdam diuerſo alio modo obnoxios: ac parentes. Omnia enim hunc in modū ſibi aſciuerat ob exercitus magnitudinē: potentiāq; pecuniarū: neq; minus ob ſtudiū eximię in quoſcunq; humanitatis. Venit & ad eum Pompeius: Craſſuſq; eiuſdē poteſtatis participes cum eo: cōmuniq; conſilio uiſum eſt / Pompeium: ac Craſſum conſulatum inire denuo. Cęſarem uero nationum earum imperio: quod pridem tenuiſſet / per quinquenniū adhuc prędici. Sic mutuo conſenſu rempublicam inter ſe partiti ſunt. Pompeio ad conſulatus petitionem Domicius Eneobarbus aduerſabatur: & ad diem ſtatutam ambo ad petendum deſcenderant: nec q̄q̄ nocte ingruente e Marcio campo diſcedebant. Iam enim lites inter eos cœpte: donec Domicij ſeruū lumen afferentem interemere. Inſecuta deinde omniū fuga / Domicius uix in domo propria ſaluatus eſt. Pompeij ueſtis cruore ſordida a nō nullis ad ſuos delata: Adeo parū uterq; a periculo abfuit. Conſules igitur deſignati ambo Craſſus: ac Pompeius

Attende gloriam.

Clodij hiſtoria parumper ab auctore dimittitur.

Cęſar ad Galliam Italię proximam.

Eridanus fluuius.

Honores in Cęſarē

Cęſaris humanitas.

Aduentus Pompeij & Craſſi ad Cęſarē: & eorū cōmune conſilium. perlege.

Domicius Eneobarbus Pompeio aduerſus.

Seditionem nota.

Craſſus: & Pompeius conſules.

Imperiũ gallię Cęsari ad quinquenniũ prorogatur.

Cęsari/ ut instituerant Gallię imperiũ in aliud quinquenniũ prorogant. Prouincias ipsi inter se: exercitusq; partiunt. Pompeius hiberiam sortitus: ac libyam/ amicis ad eas emissis Romę perstitit. Crassus Syriam: ac Syrię proximą/ cum ad parthicum anhelaret bellũ: & ad lucrũ: gloriamq; accõmoda existimaret sibi assumpsit. Verũ illi urbe egredienti multa quidem: ac dira tribuni annũciauere: & ne Parthis huius mali prorsus indignis inferret bellũ/ monuere. Cui minime parenti publicas execrationes extulerũt. Quibus spretis Crassus demũ in Parthia profligatus est cũ filio eiusdẽ nominis: uniuersoq; exercitu. Nam ex centum militũ millibus/ uix decem millia in Syriam e fuga euasisse referũt. Verũ hanc Crassi infelicitatẽ eo libro abunde diximus: qui Parthicus inscribit. Romani assidua fame diutius uexati/ Pompeiũ annonę omnis pręfectũ: & prouisorẽ elegere: eidẽq; ut piratico olim bello uiginti Senatorij ordinis uiros addidere: quos ille uicissim per prouincias partitus est. Ipse nationes undiq; percurrens/ urbem frumento: cęterisq; ad uictũ necessarijs impleuit: Qua ex causa ad ampliorem adhuc gloriã potestatẽq; peruenit. Ea tẽpestate Iulia Cęsaris filia cũ ex Pompeio pregnans adhuc esset/ cessit e uita. Ob id timor uniuersos cives subito inuasit/ ueritos ne ex huius mulieris interitu/ magnis inter se exercitibus continuo cõcurrerent Cęsar: & Pompeius/ turbata potissimum: & difficulter se habente republica. Nam magistratus per seditionẽ: & auariciã turpi studio lapidibus ensibusq; inter se cõtendebant. Decuplatores: & ambitiosi nullo rubore ad lucra cõfluebãt. Populus nõ nisi mercede accepta ad suffragia prodibat. Ferũt octingentorũ talentorũ summã magistratũ nomine ex sequestro fuisse deprebẽsam: ita/ ut neq; consulibus p singulos annos exercitus ducere: aut bellũ gerere fas esset/ hac uel in primis Triũuirorũ potẽtia prohibitis quicq; agere. Qui autẽ his scelestiores aderãt: aut exercituũ loca communia urbis cõmoda ad se transtulerãt: aut successorum suorũ

Iulię Pompeij uxoris mors.

Attende timorem.

Magistratuũ dissensiones.

Decuplatores.

Ambitiosi.

Nota.

Sceleștiorũ malicia.

Pompeius annonę pręfectus eligitur.

creationes in utilitatem propriam cõuerterant: Boni uero a dignitatibus omnino excludebantur: ut ex huiuſmodi inordinatione per octo fere menſes urbem magiſtratibus caruiſſe notũ ſit/ Pompeio uniuerſa cõſulto negligente/ ut dictatoris opportunitas aliquando occurreret. Et hęc quidẽ multi inter ſe referebant/ unicũ pręſentibus malis adeſſe remediũ/ ſi uni duntaxat poteſtas traderet. neceſſe autẽ/ & mitem ſimul: & poteſtate prędituũ eligere: his uerbis Pompeiũ haud indubie ſignificantes exercitus prępotentis ducem: populiq; amatorẽ habitũ: & Senatũ ob eius dignitatẽ quo uellet inducentẽ uitę continentia: & ſobrietate: ad ſalutationes porro facilem admodũ uel apparentẽ: uel exiſtentem. Is uero banc de ſe expectationẽ uerbo quidẽ deteſtari uidebat: opere autẽ licet clanculũ ad eam aſpirabat: & ob id reipublicę cõfuſionẽ: indignitatẽq; deſpiciebat. Milonẽ quippe in Clodium ſibi famulantẽ: & populo pergratum ob Ciceronis reditũ: & conſulatũ ueluti in tempore ultro depoſcentem a creatione continuit/ iniecta mora: quoad animo grauatus Milo/ cum Pompeium erga ſe infidum deprehendiſſet/ Lauiniũ in patriam profectus eſt. Quo in loco Diomedem ex Ilio aduectum in Italiam/ urbem primã condidiſſe ſcriptores memorant: Diſtatq; id oppidũ a Roma per ſtadia centũ & quinquaginta. Clodio ex ꝑprijs agris in equo reuertenti/ Milo circa Bouilas occurrit: & q̃q̃ inimici inter ſe forent/ inuicem tamen ſibi ceſſere: & ad iter inceptũ unuſquiſq; progreſſus eſt. Interim ſeruus Milonis Clodio inſurgẽs/ ſiue ex mãdato eius: ſiue q; hoſtem heri ſui interimere optaret/ ceruicem enſe perculit. Hunc igit' ſanguine madentẽ equilio quidã ĩ propinquũ diuerſoriũ detulit. Milo cũ cęteris ſeruis ad eũ ſpirantẽ adhuc necdum uita functũ propere accedit: diſſimulanſq; profeſſus eſt/ neq; ſe mortẽ eius appetiſſe: nec alteri ut inferret mandauiſſe: uerũ cũ pereuntem intueret' imperfecto opere diſceſſit.

Boni a dignitatibus ęxcluſi.

Magiſtratuũ urbis uacatio ꝑ octo menſes. cur.

Sagax Pompeius.

Attende.

Pompeij mores.

Pompeius ad ſalutationes facilis.

Aſtutia.

Lauiniũ.

Diomedes.

Ilium.

Clodij hiſtoria ab auctore reſumit'.

Bouile.

Clodij obitus.

Timor.

Clodij corpus in roſtra.

Quod cum romę nunciatum eſſet/ populus timore percitus in foro pernoctauit. Orta luce Clodij corpus a nō nullis in roſtra defertᷣ: quod a Tribunis quibuſdā: & amicis eius Senatui illatum eſt/ ſiue honoris cauſa id agerent/ q̄ ex ſenatorio eſſet genere: ſiue ut Senatui hęc ipſa negligenti exprobrarent. Ex his nō nulli temeritate notiores/ ſedilia: thronoſq̄ Senatorum/ ut pyram illi erigerent unanimi cōſenſu effetunt: ignēq̄ propere īmittunt: Qua ex cauſa Senatus: pluteſq̄ finitimę circū domus incenduntur. Miloni uero tantū audacię affuiſſe referūt: ut nihil minus q̄ mortē eius extimeſceret: de ſepulchri quoq̄ honore quereretᷣ. Seruorum igitᷣ: & agricolarum multitudine in unū comparata/ pręmiſſis ad populū pecunijs/ Marcū Cecilium Tribunū precio ad ſe aſciſcens/ in urbem audaciſſime reuertitur: ac confeſtim ipſum ingreſſum Cecilius in forum: & ad eos: quibus munera pręmiſerat uelūti in concionē attrahit: ſimulans ſe ira percitum/ nullū iudicij momentum ſe illi conceſſurum: riſus ſi pręſentes annuiſſent/ cauſam eius ut ueriſſimam abſoluere. Cęterū Milo id opus minime conſuluiſſe dicens: nō enim cū uxore: & apparatu proceſſiſſe/ reliquū temporis cū Clodio a ſe geſtū rettulit/ uiro audaciſſimo: & audaciſſimis amicis circūſepto: qui Senatus domū ſupra illū ſuccendiſſent. Loquente adhuc eo reliqui Tribuni: populuſq̄ armis pręmuniti/ in forū prouolant. Cecilius & Milo ſeruorū ueſtes propere induti fugam capeſſunt: Aliorū cędes īmenſa oritur nullis amicos Milonis perſcrutantibus: uerū obuios quoſq̄ cędentibus/ ſiue exteros: ſiue ciues: & p̄cipue eos: quos ueſtibus aut anulis aureis a cęteris diſſimiles adeſſe offenderant. Sic in reipublicę perturbatiōe cū ira: & occiſione/ tumultu ſimul incidente/ cū maior pars eoꝝ ſerui eſſent/ armati cum inermibus ad prędas uertebantur: nihil operis illis deficiente ad agendū. Nam ad domos delati: quę in illis erant ſcrutabantur/ re quidē ad ſe cuncta uendicantes/ uerbo Milonis amicos inquirebant.

Incendium nota.

Milonis audacia.

Quę peregit Milo poſt Clodij obitū.

Marcus Cecilius Trib.

Perlege hiſtoriam. Milonis: & Cecilij fuga.

Nota cędem.

Prędę.

Hęc occaſio per plures dies illis affuit: & ad ignem: lapideſq; ac omnis exequendę rei cauſam Milo pręſtitit. Senatus timore percitus in Pompeium ueluti ipſis futurū dictatorem coniecit oculos. Sic enim pręſentia hac cōmoditate indigere uidebant. Catone deinde Senatū admonente cōſulem ſine collega eum elegere: ut ſolus exiſtens dictatoris poteſtatem obtineret: cōſulis haberet nomen. Ita primus: & unicus conſulatum gerens ꝓuincijs duabus ſibi deſumptis/ exercitibus: pecunijſq; ſuffultus/ monarchiam inſuper adeptus eſt urbis: Qui ne a Catone pręſente uexaret/ Cyprum ut Ptolemęo adimeret ex decreto illi contulit: quod a Clodio per prius ſancitū ex lege fuerat/ ꝙ alias a piratis capto/ Ptolemęus redemptionis cauſa/ ob puſillanimitatem duo duntaxat talenta miſerat. Cato igit Cypricas res compoſuit/ Ptolemęo pecunias mari injiciente: ſeq; una cū decretum audiuiſſet īmergente. Interea Pompeius pœnas delictorū: & potiſſimū ambitus: decuplatorūq; ꝓpoſuit. Viſum eſt enī ut ab his principiū reipublicę ęgrotationis emanaſſet: his etiā celerem medelam eſſe adhibendam. Principium autē legis ſumpſit a primo eius conſulatu/ uſq; in ſecundū: Quę lex annorū fere uiginti cōplectebatur ſpacium: in quibus & Cęſar conſulatum geſſerat. Amicis igit Cęſaris id ad eius contumeliā fieri arbitrantibus/ ſi tantū temporis antecederet: rogantibuſq; ut pręſentia potius dirigere uellet/ q̄ pręterita inquirere/ maxime ī homines: qui & dignitate: & uirtute noti eſſent. Pompeius ad Cęſaris nomē maxime indignatus: quaſi uiri inſontis: & īmaculati feciſſent mētionē: cū ſecūdū eius cōſulatū tēpore anteceſſiſſet/ plura ſe ſuſtuliſſe ait ad diligentē iam deprauatę ex longo reipublicę directionē. Hiſq; prolatis legem tulit: Qua lata ſtatim cauſaꝝ multipliciū copia affuit. Et ne iudices ob alicuius pręſentiam deterrerent/ ipſe aſtante exercitu cuncta intuebatur: Ac primū quidem abſentes rei delati ſunt

Attende conſulem unicū Pompeium Aſtutiā nota Catonis.

Ptolemęus Cypricus.

Odij origo Cęſaris in Pompeium.

Lex.

Reorum accuſatio ob legem.

Milo.
Gabinius.
Ipſeus.
Memius.
Sextus.
Scaurus.
Carnifex.
Reorũ condemnatio: & fuga.
Capitur Scaurus.
Gabinij bona publicantur.
Memius quid.

Milo uidelicet ob Clodij necẽ: & Gabinius pręter legẽ: ſimul & religionẽ accuſatus/ abſq; Senatus decreto cũ exercitu ĩ ęgyptũ pertranſiſſe aduerſantibus Sibyllinis monitis. Ipſeus pręterea: & Memius: Sextuſq; & alij q̃plures ob ambitus: & decuplationis infamiã. Scaurus deprecante multitudine a Pompeio pręconis uoce iudicium ſubire cõpellitur. deinde populo denuo accuſatoribus eius aduerſante/ carnifex quidam e Pompeij pręcurſoribus pręſto affuit. Quo uiſo omnes cõticuere. Sic Scaurus capitur: & de omnibus fuga ſubinde recitat̃. Gabinij bona ad fugam publicata. Quę omnia cum a Senatu ſũma laude extolleret̃/ duas denuo legiones: & tempus ad aliarũ gentium imperium Pompeio attribuit. Memius ex decuplatione condemnatus concedente Pompeio/ ut qui aliũ accuſaſſet pœna ſolueretur: Lucium Scipionem Pompeij ſocerum ad ſimilem diſquiſitionem euocauit. Ob hoc Pompeio reorũ ueſtem induente/ plures etiam iudicum eam aſſumpſerunt. Deteſtatus itaq; reipublicę conditionem Memius accuſationem dereliquit. Pompeius ut quę monarchia indigere uidebantur in melius corrigeret/ Scipionem reſiduo anni tempore collegam ſibi aſſumpſit: Poſt quem alium ad conſulatum eligens nihil minus omnia intuebatur: & rempublicã ad nutum miniſtrabat. Erat enim tũc omniũ primarius in urbe Pompeius. Nam Senatus beniuolentia utplurimũ in illum inclinabat/ çelo Cęſaris: qui ad nullam eius utilitatem proprio utebatur conſulatu: quodq; ęgrotantem quodãmodo rempublicam Pompeius ſubito ad ſalutem euexiſſet: nulliq; ipſorum ad conſulatum odioſus fuiſſet: aut moleſtus. Profugis deinde continue ad Cęſarem confluentibus: ſuadentibuſq; ut Pompeio mentem adhiberet: qui decuplatorum legem uel pręcipue in illum intenderet/ Cęſar bene ſperare illis perſuaſit: Pompeium uero laudare non deſtitit. Tribunos porro adhortatus eſt/ ut legem

Lucius Scipio Pompeij ſocer ab ipſo in conſulatu collega aſſumitur.

Profugorũ ſuaſiones ad Cęſarem.

Attende prudentem Cęſaris ſimulationẽ.

profertẽt:qua Cęſari q̃uis abſenti ſecũdũ cõſulatũ petere liceret. Et hęc Pompeio in conſulatu pręſidente: & nihil aduerſus eum moliente agitabant. Cęſar Senatũ ſibi aduerſũ ſuſpicatus uereri cœpit/ ne inimicorũ conſpiratione priuatus haberetur. Potentia igitur ſuffultus adeſſe maluit donec conſul crearet: a Senatuq; poposcit ut per modicum interim temporis Gallię preficeretur: uel ſaltem partem eius ſub imperio teneret. Aduerſante Marcello qui a Pompeio conſul deſignatus fuerat ferunt Cęſarem enſis capulum manu concutientẽ minitanti reſpondiſſe. At hic mihi dabit ſi uos abnueritis. Vrbẽ autẽ Nouicomũ Cęſar ex latijs in alpibus condidit: eoſq; qui per annũ prefuiſſent romanorum ciues haberi uoluit. quę res latios maxime extulit. Nouicomorũ igitur prętorem quempiam ob id romanum haberi ciuem ad Cęſaris obprobriũ referens Marcellus/ cedere faſcibus: & magiſtratu uelle dixit quoad hęc romani patienter ferrent: animũq; cũ ira protulit. Has hoſpitalitates conſpirationũ conſilia eſſe aſſerens: eaſq; deferri oportere: & Cęſari in iudicio opponi. Sic contumelioſe in eum inuectus Marcellus monet ſucceſſorẽ ante tempus in prouinciã illi ſubrogari. Quę omnia Pompeius orationis placabilitate: & beniuolentię ſimulatione cõpeſcuit: Non ęquũ eſſe inquiens uirum ſplendidum: & in multis patrię ſuę utilem contumelijs appetere ob tam modicũ temporis adempti ſpacium. Deinde perſpicuũ omnib9 fecit/ Cęſarẽ dignitatẽ ſtatim cũ tẽpore deponere oportere. Nec multo poſt Cęſaris hoſtes ad conſulatũ eligunt/ Emilius ſcilicet Paulus: & Calidius Marcellus/ prioris Marcelli conſanguineus: & affinis. Tribunus uero Curio: & ipſe inimiciſſimus Cęſari: populo acceptus: ꝑterea ad dicendũ paratiſſimus. Ex his Cęſar Calidiũ nullis pollicitatiõibus ad ſe allicere potuit. Paulũ uero mille: & quingẽtis talentis beniuolũ ſibi reddidit/ ut neq; ꝑ illo quicq̃ ageret: aut contra moliret.

Adhortationes eiuſdẽ ad Tribunos.

Cęſaris ſuſpitio ob Senatum.

Marcello Cęſari in petitione conſulatus aduerſante/ nota quid Cęſar.

Nouicomũ urbs: quã Cęſar nõ condidit: ſed condere delibe/rauit.

Marcelli contumeliã in Cęſarem lege.

Pompeij ſimulationẽ aduerte.

Cęſaris hoſtes ad conſulatũ electi. ſcilicet Paulus Emilius: & Calidius Marcellus: prioris conſanguineus: & affinis.

Curio Tribunus Cęſari inimiciſſimus.

Aſtute Cęſar.

Calidij conſtantiam nota.

Quid agit neceſſitas.

Curionem autem ut pro ſe ageret/ plurimo ęre alieno oppreſſum/ facile adegit. Paulus baſilicam longe inclytã ſuo nomine ex pecunijs huiuſmodi publice conſtituit. At Curio ne ſubita mutatione perſpicuus omnibus fieret/difficiles quaſdã itinerũ fabricationes: & apparatus ſibi deſumpſit: eiuſq; muneris prę-

Pauli baſilica.

Cauſam quetit Curio

fectum in quinquenniũ ſe fieri petit: ſatis fiſus nihil horũ obtineri poſſe : uerũ Pompeij amicos ob id ſibi aduerſaturos : & hanc ſe cum Pompeio contradictionem facile incurſurũ eſſe. Quibus ſuccedentibus ut optauerat/ occaſionẽ inimicitię cum illo cepit. Calidius ſucceſſorem Cęſari in prouinciam demitti poſtulabat. Iam enim tempus eius muneris ad finẽ ueniſſe aiebat. Paulus econtra ſilentium tenebat. Curio ut utriſq; differre uideretur/ Calidij ſententiam ueluti neceſſariam admodũ col-

Calidius quid.

Attende fraudem conſultorum.

laudat. Addit deinde Pompeium pariformiter prouincias: & exercitum deponere oportere. In hunc modum rempublicam omni ex parte tutam: & ſinceram fore. Aduerſantibus multis: ac non ęque Pompeio tempus effluxiſſe dicentibus/ apertius iam Curio: ac turbatius rem protulit: & nec ſucceſſores Cęſari mittendos eſſe decreuit ſi Pompeio minime mittantur. Cum enim inter ſe ſuſpecti forent nunq̃ urbem pacem: quę ſtabilis eſſet habituram/ ni ambo priuate degerent. Hęc autem aiebat cum aperte intueretur Pompeiũ neutiq; poſiturum arma: populum porro illi infenſum eſſe noſceret ob decuplatorũ pœnas. Eius ſententia cum haud indecens uiſa eſſet/ populus Curionem cõmendauit: quaſi ſolus digne ciuitatis odiũ ab utroq; auerteret: omneſq; acclamantes illũ emiſere: ueluti magni cuiuſpiam: & difficilis certaminis athletam. Nihil enim ea tempeſtate Pompeij diſſenſione periculoſius putabat eſſe. Interea Pompeius per italiam ualitudine correptus ad Senatum miſit mira aſtutia Cęſaris geſta potiſſimũ extollens: & propria ſubinde a principio ediſſerens/ Tertium conſulatum: prouinciaſq; cũ exercitu ſibi creditas nunq̃ petijſſe ait: Sed cũ ad reipublicę

Perpulchra hiſtoria.

Optimũ lege Curionis conſilium.

Pompeij diſſenſio periculoſa.

Diſſimulationẽ nota. Pompeij.

curā dignus ab illis eſſet habitus eorū ſuaſionibus ea recepiſſe: quę autē inuitus ſuſcepiſſet aſſumere uolentibus ultro conceſſurum eſſe: nec ullum in his diffinitū tempus opperiri uelle. Hęc autem ars quędam promiſſorum/ boneſtatem Pompeio: Cęſari inuidiam afferebat: qui imperium ultra cōſtitutū tempus retineret. Cum uero Pompeius pręſens aſtitiſſet/ his ſimilia exorſus eſt. Imperium ut pollicitus fuerat ultro ponere: & utpote Cęſaris amicus: & gener minime dubitare ſe ait/ eundē quoq; lęto animo ſimile facturum eſſe. Nam difficile admodū bellum aduerſus ferociſſimas gentes ab eo per longū tempus geſtum/ cum multos a patria honores recepiſſet/ ad ſacerdotiū tandem: & quietē uelle concedere. Hęc autē ita referebat ut ad eos: qui ſucceſſorē Cęſari eſſent pręmiſſuri: Ipſe ſub promiſſione deponendi magiſtratus permaneret. Curio Pompeij ſophiſmate reiecto Non polliceri opus eſt inquit/ ſed deponere: nec Cęſarē armis exuere neceſſe eſt/ ni prius ipſe priuatus ſis. Non enim domeſticas inimicitias utilitatē illi afferre arbitror: neq; romano populo conducere tantū poteſtatis ſub uno duntaxat reſidere: qua alter aduerſus alterū craſſari queat: & uim patrię inferre. Poſtremo patefacta interiore animi ui/ palam Pompeiū inculare pergit ueluti tyrannidi aſpirantem: qui ſi minime Cęſaris metu potentiā exueret/ nunq̄ eſſet poſiturus. Aequū ſibi uideri ni ambo pareant/ eos ſimul hoſtes iudicari: & exercitum in utroſq; eſſe pręparandum. Hęc & huiuſmodi referens Curio neutiq; a Cęſare precio: & pecunia conductus uidebatur. Pompeius illi ſubiratus: & indignans in ſuburbijs turbato animo conceſſit. Iam igitur Senatus ad utroſq; ſuſpitione laborabat: popularem tamen multo magis Pompeium arbitrabatur eſſe: Cęſari uero ob conſulatus habitam de ſeipſo ſuſpitionem ſuccenſebat. propterea minime tutum uiſum eſt poteſtatem eripi Pompeio/ ni prius Cęſar arma poſuiſſet: qui extra urbem redactus magna quędam moliri uidebatur.

Diſſimulatio.

Sophiſma.

Audax Curio.

Attende.

In Pompeium nota.

Curionis laus.

Pompeius ī ſuburbijs.

Suſpitionem lege Senatus.

Popularis Pompeius.

Audax item Curio

Pompeij pœnitentiã nota ob Curionem.

Senatus decretum.

Pompeij astutia.

Titurius: ac Cotta Cęsaris prętores in gallia profligati.

Capua.

Nota fallaciam.

Sententia a Senatu exquiritur.

Astute Calidius.

Vęr Curio id ipsũ peruertere conatus est/ ueluti necesse esset post Pompeiũ Cęsarem omnia deponere. Cũ nihil peregisset imperfectis adhuc rebus Senatum dissoluit. Id enim Tribuno facere licebat. Qua ex re pœnituisse admodũ Pompeiũ ferunt qꝫ tribunitiam potestatem a Sylla imminutam: atqꝫ disiectam denuo ipse in pristinũ statum redegisset. Dissoluto ab inuicẽ Senatu: hoc solum ex decreto statuere Cęsarem: ac Pompeiũ cum legiones militum haberent utrũqꝫ in Syriam ex suis mittere custodię causa ob Crassi nuper acceptam a Parthis calamitatem. Id autẽ machinatus est Pompeius/ ut legionẽ ab eo eriperet: quam post Titurij: Cottęqꝫ Cęsaris prętorum recens acceptam cladem Cęsari accommodauerat. At ille unumquenqꝫ drachmarum ducentarum: & quinquaginta dono prosecutus romam ire iussit: aliamqꝫ a seipso ultro misit. Quare cum nihil e Syria discriminis instare uideretur Capuam ad hiberna concessit. Vęr qui ad Cęsarẽ a Pompeio missi fuerant alia multa & quidẽ difficilia ad eum deferebãt: nitebanturqꝫ ut Pompeio exercitũ labore: & temporis diuturnitate confectũ: & patriam iampridem appetentem cũ alpes pertransisset ultro traderet. Sic enim illi siue ob ignorantiã: siue pręcio corrupti suadebãt. Cęsari copię magnis instructę uiribus aderant: promptissime quoqꝫ ad ferendos labores ob militię assuetudinẽ: mercedesqꝫ inde habitas: quas bellum utplurimũ uictoribus solet impendere: & a Cęsare simul acceperant. Concesserat quippe illis ut quęcunqꝫ concupiscent impune raperent. Sic ipsi rerum suarũ conscij in unũ conspirauerãt. Pompeius ex his: quę acta fuerãt maxime confisus/ neqꝫ exercitum ullum: neqꝫ apparatũ ad tam ingens facinus erigere curauit. Senatus de utroqꝫ sententiam exquirit. Calidius astute pręfatus singillatim unũquẽqꝫ interrogare pergit/ an Cęsari successorem dandum censeant: Pompeio magistratum eripi. Hoc autẽ plures ex ipsis abnuebant: Cesari uero successorem dari suadebant. Proponente deinde

Curione/an ambos arma deponere oporteat/ duo duntaxat: & uiginti abnuerũt: tercenti & ſeptuaginta a contentione ad utilitatẽ conuerſi ad Curionis ſententiã inclinarunt. Qua ex cauſa Calidius Senatum diſſoluit/uoce intonans/ Vincite qui Cęſarẽ dominũ appetitis. Rumore demũ licet falſo increbeſcente Cęſarẽ alpes tranſcendentẽ exercitũ ad urbem ducere/ tumultus ſtatim ac timor inuaſit omnes. Calidius copias: quę Capuę inerãt Cęſari uelut hoſti obijciendas eſſe cenſet. Contradicente ueluti ĩ re ficta Curione/Si quę reipublicę utilia ſunt inquit Calidius cõmuni uoce decernere prohibeor/ a meipſo ueluti cõſul utiq; decernam. hiſq; relatis cum collega urbem egreſſus eſt: enſemq; Pompeio offerens/Iubeo te inquit & ipſe pro patria in Cęſarem inſurgere: Exercitũ adhoc: qui circa Capuam morã ducit: aut ſi quis alius in italia nunc eſt tibi tradimus: & quẽcunq; ipſe in unũ cõferre cupias. Ad quę Pompeius uelu/ti a cõſulibus monitus parere dixit. Addidit deinde. Niſi quid melius uel decipiens: uel ad honeſtatem potius uerba compo/nens. Curioni ulterius nulla ſupra urbem poteſtas aderat. Nõ enim mœnibus excedere Tribunis ex decreto licet. Querebat igitur palã: quę geſta fuerãt. Conſulibus quoq; pręconis uoce mandare ſuadet Neminẽ Pompeio delectus facienti adhibere fidẽ. Cũ nihil proficeret: nec Cęſari quicq̃ auxilij afferre poſſet: & iam tribunatus elaberet tempus/ ueritus pro ſeipſo Curio ſumma celeritate ad Cęſarem contendit. Is autẽ enauigato britannico pelago: & a celtis: qui ſupra Rhenũ incolunt ſuperatis alpibus/quinq; millibus peditibus ſtipatus: equitibus tercentis ad Rauenas deſcẽderat: quę urbs italię ultima ad impe/rium eius uſq; pertinebat. Blande admodũ ſuſcepto Curione a Cęſare cũ gratias ſe illi debere ob ea: quę egiſſet profiteret: pręſentium rerum ſtatũ cœpit inquirere. Curio copias omnes in unũ conferre ſuadet: uniuerſumq; exercitum ad urbẽ agere. Cęſari econtra de cõciliatione adhuc agendum uidebat. Iubet

Curio quid.

Nota hiſtoriam.
Calidij uox.

Iterata Curionis audacia.

Principiũ ciuilis: ſeu inter Ceſarem: & Pompeium belli.

Nota.

Curio ad Cęſarem.
Britannicũ pelagus.
Celtę.
Rhenus fluuius.
Rauena.

Curionis ſuaſiones ad Cęſarem.
Cęſar quid.

itaq; amicos id ipſum experiri: prouincias: & exercitum ſe deponere uelle promittit: duas ſolum legiones: & Illyrium cum Gallia: quę intra alpes ſita eſt retinere donec conſul eſſet deſignatus: Quod Pompeio ſufficere uiſum eſt. Verū prohibentibus conſulibus Cęſar ad Senatum mittere ſtatuit. Curio epiſtolam eius defert: quā tribus continuis diebus per trecenta: & tria millia ſtadia prouectus nouis cōſulibus anni principio Senatum ingredientibus legendam obtulit. Continebat autem epiſtola ſcriptionē ſatis grauem: & ſuperbam de his: quę Cęſar a principio egiſſet: & proteſtationē quandam q̄ imperiū cum Pompeio una deponere optaſſet: Id autē prętores eius recuſaſſent: Seq; ad patrię ultionem: ſuiq; ipſius ſubito eſſe uenturum. Quo audito omnes clamare incipiūt: & ueluti ad belli annūciationem Lucium Domiciū ſucceſſorem illi dandū eſſe decernunt. Domicius quattuor millibus delectorū comitatus urbe egreditur. Antonio deinde: ac Caſſio: qui Tribunatū cū Curione una geſſerāt eius ſententiā ſępe laudantibus/Senatus ambitioſius admodum Pompeij exercitum ad cuſtodiam eius inuigilare iubet: Cęſaris ut hoſtilē habendū decernit. Cōſules porro Marcellus: & Lentulus Antonium: & Caſſium Senatu excedere imperant/ne in Tribunatu aſſidentes quicq̄ acerbius ab ullo patiantur. Eam ob rem Antonius elata uoce e tribunali propere deſcendit iratus: queſtuſq; de magiſtratu/q̄ ſacroſancta dignitatem contumelia affeciſſent. De ipſis prętetea lamentari cœpit/q̄ ſententiam quę reipublicę utilitati conferre uideretur ędidiſſet/cum Ludibrio electum eſſe/cum nec cędis nec odij in quenq̄ fuiſſet cōſcius. Quibus dictis e Senatu egreditur: ueluti qui bella: occiſiones: proſcriptiones: ciuiū fugā: bonorum publicationes: & quęcunq; futura arbitrabatur ipſis annūciaret. Execrationes etiā impias extulit in eos: qui harum retū cauſam attuliſſent. Confugere & cū eo Curio: & Caſſius. Iam enim exercitus quidā Pompeij Senatui aſſidebat. Illi igit

Cęſaris epiſtola ad Senatū per Curionē. Mirum.

Superba epiſtola.

Occulta excuſatio.

Clamorem attende.

Lucius Domicius Cęſari ſucceſſor decernitur.

Antonius: & Caſſius quid.

Cęſaris exercitus hoſtilis a Senatu decernitur.

Marcellus: & Lentulus conſules.

Mandatum lege.

Lamentationes Antonij.

Antonij: Caſſij: & Curionis fuga ad Cęſarem.

celeriter nocte iam multa clanculũ ad Cęſarem uenere : curru mercenario aduecti: ſeruilibus amicti ueſtibus: quos Cęſar eũ habitũ indutos exercitui oſtendit: uerbis milites irritans/q; uiros tam pręclaros: tamq; ingentia operatos/hoſtes iudicaſſent: ac pro ipſis uerba facientes turpiſſime expuliſſent. Bellũ igit' utraq; ex parte oritur: publiceq; decernitur. Senatus exercitum a celtis Cęſari uenturũ exiſtimans/ ſi tempus pręberetur : nec ipſum tam parua manu ad tam inſigne facinus acceſſurũ eſſe: Pompeium centũ: & triginta millia militum ex theſſalis congregare iubet: & eos potiſſimũ: qui bello aſſueti militiam exercuiſſent. Cui ex finitimis nationibus / ut fortiſſimos quoſq; deligeret/ inſuper conceſſum eſt. Pecunias uero ad id bellum quaſcunq; in publico haberẽt cõtulere. Ad has priuatas quoq; addidere ſi publicę deeſſent. Vrbibus pręterea non ſine ira: & contentione priuatim onera imponũt: nihil promptitudinis : diligentię ue omittentes. Cęſar uero ad eius exercitum ſubito emittit/ in celeritate potius: & audacia cũ trepidatione: & terrore hoſtiũ/q̃ ĩ apparatu: & potẽtia ſpem apponens: & quinq; millibus duntaxat ſtipatus tam ingens bellum aggredit': omneſq; italię cõmoditates intercipere feſtinat. Primores igit' exercitus paruis copijs: uerũ audaciſſimis uiris ſuffultos: ac pacis ueſte contectos Ariminũ propere deſtinat : urbemq; inopine aſſumere imperat. Hęc autẽ Galliã egredientibus prima italię ciuitas ſeſe offert. Ipſe circa ueſperam ueluti corpore defeſſo amicis diſcumbentibus adhuc e conuiuio diſceſſit: & curru inuectus Ariminũ peruenit/ equitibus ex interuallo ſubſequentibus. Subito itaq; delatus ad Rubiconem amnem: qui italiam diffinit/ parumper ſubſtitit: & ad fluuiũ proſpectans: quęcũq; euenire poſſent mala/ ſi illũ tranſiſſet armatus/ mente agitare cœpit. Deinde ad pręſentes cõuerſus hęc effatus dicitur. Continentia huiuſcemodi tranſitus o amici malorũ initiũ mihi afferet: tranſitus uero uniuerſis mortalibus imponet. His dictis

Aſtutia uerborum Cęſaris.

Bellũ utraq; ex parte decernitur.

Apparatus in Cęſarẽ.

Celeritatem: & audaciam nota.

Cęſaris exercitus a principio.

Diſſimulationem attende.

Ariminum.

Rubicon fluuius.

Attende.

ueluti furore concitus transfire pergit: hoc cõmune inquiens. Iacta alea est. deinde cursu arrepto Ariminũ circa auroram ingressus est. Nec diu moratus ad ulteriora cõtendit/arcibus prę-
sidia imponens: & quęcunq; in transitu obstiterant/uel ui: uel
Magna consternatio. humanitate sibi uendicans. Fugę igitur: & conuersiones omnibus in locis sũma trepidatione fieri cœptę. Cursus quoq; nullo ordine admixto fletu/cũ rem haud sane diligenter inspicerẽt: uerũ Cęsarem cum uniuersis copijs adesse crederẽt. Quę om-
Consules quid. nia intelligentes consules / neutiq; Pompeium belli expertem iuxta eorum sententiam in urbe residere: uerũ egredi: & per italiam delectus agere/ueluti republica extremo ĩ periculo posita iusserunt. Reliqui uero Senatorij ordinis/cum Cęsaris im-
petum tam subitum: ac pręter cunctorum opinionem adesse
Timorem attende. intuerentur/ trepidare amplius: & ut nullo suffultos apparatu pœnitere eos contigit/q; Cęsaris petitiones: ut iniquas reiecis-
sent/ tunc quidem iustas arbitrati: cum timor eorum animos a contentione ad consilij maturitatem traduxisset. Monstra prę-
Monstra lege. terea: ac signa cęlestia mentem pleruncq; territabant. Nam sanguinem pluisse deum: sudasse simulacra: plurima e cęlo tacta fuisse templa: Mulam etiam peperisse memorãt: multaq; alia horrenda apparuisse: quę reipublicę interitum: mutationemq; portenderent. Supplicationes igitur (ut in cõmuni consterna-
Supplicationes. tione) decretę sunt. Populus ad Marij: Syllęq; recordationem
Populus. uehementer excitus exclamare cœpit/ Cęsarem: ac Pompeiũ
Marius. magistratũ deponere oportere: quasi in hoc solo finem bellũ
Sylla. esset habiturum. Cicero autẽ de concordia agendum esse cen-
Ciceronis consilium. sebat. Contradicentibus ad omnia consulibus/ Faonius Pom-
Faonius. peio illudens ob ea: quę iamptidẽ dictitabat/ Age inquit tellurem pede concute Pompei/ ut exercitus inde educas. Tum ille habebitis inquit exercitus/ si me secuti fueritis: nec multifaciendũ existimabitis romam derelinquere: & si italiam ultra ro-
Pompeius. mam deferere oporteat. Nõ enĩ prouincias: domosq; proprias
Nota.

uirtutem hominibus: aut libertatē afferre existimo: sed homi-
nes quocunq; in loco fuerint/ ea secum deportare: auxiliumq;
ad inuicem prębentes patriā sibi: domosq; uendicare. Hęc ef-
fatus Pompeius: & in urbe residentes increpans/ cum neces-
diceret/ nec domibus parcere eos: nec apparatibus: qui pro pa-
tria essent pugnaturi/ Senatū simul: & urbem egressus est: &
ad exercitum Capuam iter arripit. Eum igitur abeuntem con-
sules sunt prosecuti. Cęteros difficultas ferme detinebat: & in
Senatu per noctem cōmorati sunt. Illucescente die maior etiā
pars ad Pompeiū uenit. Cęsar interea Lucium Domiciū im-
perij eius successorem a Senatu destinatum: cęterosq; qui cum
illo uenerant/ ad quattuor milliū numerū in Corfinio obsedit.
Qua ex causa moti illi: qui urbem incolebāt/ Domiciū fugam
prępparantem ad portas urbis consequunt̄: eumq; ad Cęsarem
adducunt. Ille exercitum promptissime sibi obsequentē libens
suscepit/ ut reliquos ad simile opus excitaret. Domicium cum
omnibus pecunijs: & rebus suis quocunq; libuisset abire con-
cessit: ratus illum ob huiusmodi clęmentiā apud se mansurū
esse: ad Pompeium quoq; ire cupientem minime prohibuit.
His igit̄ prospere gestis a Cęsare/ Pompeius q̄ primū ex Ca-
pua Nuceriam: ex Nuceria deinde Brunduſiū uenit/ ut Iouio
superato mari in Epirum perttransiret. Eum itaq; in locum de-
latus belli apparatum aggressus est: gentibus omnibus: pręto-
ribus: dynastis: regibus: ac ciuitatibus per litteras imperat/ ut q̄
maxima quisq; celeritate potest ad bellum se conferat. Et hęc
quidem magna gentium multitudine: diligentiaq; parabant̄.
Pompeij exercitus in hiberia cōsederat/ omnibus in promptu
paratis: quocunq; necessitas ire cogeret. Legiones autem: quas
Pompeius habuit cōsulibus attribuit/ ut cum his a Brunduſio
in Epirū transmearent. Ipse ad Dyrrhachium tute proficiscit̄:
quod non nulli Epidamnū arbitrant̄ esse/ huiusmodi nominis

Pompeius Capuam ad exercitum.

Lucij Domicij obsidio a Cęsare.

Corfinium urbs.

Capitur Domicius.

Clęmentiā nota Cęsaris in Domiciū.

Discessus Pompeij Capua: & transitus Brunduſium.

Nuceria.

Ionium mare.

Epirus.

Exercitus Pompeij in hiberia.

Legiones a Pompeio cōsulibus attributę cur.

Dyrrhachium.

Epidamnus rex.

Dyrrhachus.

Hercules.

Vetus hiſtoria.

Ionius Dyrrhachi filius.

Phryges.

Taulantij.

Illyrij.

Liburni.

Naues liburnicas.cur.

Corcyrei.

Thucydides.

Pompeij aſtutia.

opinione ducti. Rex quippe barbarorū Epidamnus urbē ſupra mare cōdidit: quę ab ipſo nomen aſſumpſiſſe creditur. Huius ex filia nepos Dyrrhachus ex neptuno genitus: ut quidā perhibent portum urbi adiecit: qui Dyrrachiū appellat. Deinde cum fratres aduerſus illum bellum gererent Hercules ex Erythia rediens pro telluris parte ī eos depugnauit. Quamobrem Dyrrhachij Herculem ueluti telluris eorum ex parte incolam fuiſſe autumant: Dyrrhachum non utiq; inficiantes uerum ad Herculem tanq̄ ad deum per prius inclinantes. Ferunt quoq; ea in pugna Ionium Dyrrhachij filiū ab Hercule per errorem interfectum fuiſſe: Herculem corpus tumulantē in mare proieciſſe: ut cognomen illi imponeret. Procedente deinde tempore Phryges quoſdā e Phrygia redeuntes regionē: & urbem occupaſſe. Deinde Taulantios. Poſt illos illyrium genus. Poſt Taulantios aliam Illyriorum gentem Liburnos acceſſiſſe: qui finitima quęq; citis nauibus inuaderent: & ob id a celeritate nō nullas a romanis naues liburnicas dici: cum quibus primum ad pugnā ueherent. Qui a liburnis a Dyrrhachio expulſi fuerāt: Corcyreos mari potentes ī eos induxere: liburnoſq; expulere. Eo modo Corcyrei ſe illis immiſcentes urbem coluere. Qua ex cauſa grę̄corū huiuſmodi uidetur eſſe portus: Corcyrei appellationē ut infauſtam permutantes urbem: quę deſuper imminet Epidamnum uocauere. Sic Thucydides illam nominat. uicitq; ſubinde conſuetū nomen: nam Dyrrhachium appellat. Qui igitur cum conſulibus una acceſſerant: ad Dyrrhachium claſſe delati ſunt. Pompeius reſidua copiarū eius Brunduſij in unum congregans naues opperiebatur: cum quibus ad conſules eas ageret: & ut Cęſarem ſibi inſurgentē a mœnibus repelleret urbem foſſa munierat. Exercitu itaq; nauibus q̄ propere ad eum allato circa ueſperam claſſem ſoluit fortioribus ad tutelam urbis derelictis: qui demū nocte increbeſcente proſpero delati uento ad illum peruenerunt. Sic Pompeius uniuerſo

exercitu ī unū cōparato: derelicta Italia in Epirū transfretauit. Cęsar animo dubius quid prius ageret: quo ue ī loco bellū or/diretur/ omnem armorū apparatū quocunq; ex loco ad Pom/peium deferri intuens: ueritus insuper Pompeij exercitum in hiberia morantem copijs refertū maximis: ac pro tempore in/structum/ ne ipsi Pompeium persequenti a tergo insurgeret: primū in hiberiā transire statuit: omnesq; copias suas in partes quinq; distribuit. Nam quosdā ex suis Brundusij: alios Idron/te: non nullos Taranti ad Italię custodiā iussit permanere: par/tem Quinto Valerio misit/ut Sardiniā frumento abundantem occuparet. Asinius etiā Pollio in Siciliā delatus: ad quam Cato antea pręmissus fuerat/cū ab eo peteret/ utq; Senatus: an popu/li mandato alienā prouinciā esset inuasurus/ Se ab eo: qui Ita/liam in potestate haberet demissum esse ait. Ad quę Cato hoc solum inquiens ut subditis parceret cū eo nolle cōtendere/ in Corcyram ad Pompeium enauigauit. Cęsar romā delatus: po/pulum ueterum calamitatum recordatione turbatū: quas sub Sylla: & Mario olim pertulisset: trepidantēq; magna spe: pol/licitationibusq; liniuit/ hostibus humanitatē pręferens: ac clę/mentiam. Lucium enim Domiciū a se captum cū pecunijs: ac necessarijs suis libertati redditū fuisse ait. Quibus dictis publi/ci ęrarij claustra perfregit. obstantiq; in aditu Metello ex tribu/nis plebis mortē est cōminatus. Thesauros a nemine contactos usq; in illam diem militibus rapere concessit. Hos olim execra/tione proposita publice conditos fuisse memorant/ ut nisi cel/tico insurgente bello a nullo promerent̄. Verū Cęsar Celtas a se deuictos asserens/ urbem ab execratione liberam reddidisse ait. Lepidum Emilium urbi pręfecit. Tribunū autē Marcum Antonium Italię: exercitibusq; circum eam existentibus prę/sidere uoluit. Curionē Catonis loco Sicilię imperare. Quintum Sardinię. Ad Illyrios Caium misit Antonium. Licinio Crasso

Transitus Pompeij in Epirum.
Cęsaris timor: & con/silium. Attende.
Quę a Cęsare in hibe/ria contra Pompeij duces gesta sunt.
Acta per Cęsarem prius q̄ in hiberiam descenderet. lege.
Terra Oterantis dicit̄.
Quintus Valerius.
Sardinia ferax.
Asinius Pollio.
Sicilia.
Cato quid.
Asinij responsum ad Catonem nota.
Romam Cęsar.
Humanitas Cęsaris.
Cōminationes mortis in Metellū aduerte.
Aerarium a Cęsare spoliatur.
Optima ratio.
Emilius Lepidus.
Marcus Antonius.
Prętorum creationes attende.
Licinius Crassus.

Duplex classis.
Ionium.
Thyrrhenia.
Dolobella: & Hortensius classis prefecti.
Cesar in hiberiam.
Petreius & Affranius Pompeij pretores.
Ilerda urbs.
Sicoris fluuius.
Cedes militū Cesaris
Hostium insecutio a Cesare.
Deditionis nota signum.
Attende.
Pompeianorū consilium.
Aquatio a Cesare Pompeianis intercepta.

gallia: que intra alpes sita est regendā tradidit. Classem quoq; duplicem summa celeritate fieri mandauit circa Ioniū: ac Tyrrheniam. Classis prefectos iampridem ad id cōstitutos delegauit Dolobellam: & Hortensium. Eo modo Italiam inaccessibilem Pompeio Cesar arbitratus/ in hiberiam descendit. Quo in loco Petreio & Affranio Pompeij pretoribus occurrens inferior illis a principio uisus est extitisse. Propius deinde ad inuicē pugnantibus circa Ilerdam urbem/ Cesar inter preruptа queq; castra metatus/ milites pabulatum per Sicoris fluminis pontes emittit. Disiectis inopine a fluuio pontibus/ magnam suorum partem altera ex parte derelictam/ Petreij milites interfecere. Cesar cū reliquis copijs summa calamitate afflictus ob locorū difficultatē: famemq;: & hyemem: insurgentibus etiā hostibus nihil ab obsesso differre uidebatur: donec estate ingruente/ Affranius: ac Petreius ad interiora hiberię loca secessere: aliū paraturi exercitum. Quos Cesar continuo insecutus fossa prepeditos ulterius transire prohibuit: eorū quoq; partem ad exercitus sui detentionem prodeuntē circūdedit. Hi autem capita clypeis subijcientes: quod deditionis signum haberi solet/ seipsos tradere significabant. Ceterum Cesar neq; suscepit eos: nec ullo mortis genere affecit: uerū ad Affranium redire concessit/ omnifariam blanditiarū genere ad hostes usus. Qua ex causa milites ī unū se immiscentes loquebantur: & iam sermones inter eos de conuentione agitabantur. Tandem Affranio: ceterisq; ducibus Hispania excedere uisum est: eamq; Cesari derelinquere: & nullo accepto incommodo ad Pompeium redire. His Petreius aduersabatur: & per exercitū hinc inde discurrens: quoscūq; Cesaris militibus immixtos reperisset ferro sequebatur. Insurgentibus in eum exercitus primoribus unū ex ipsis ense confecit. Ob id milites illius insolentiam animaduertentes/ Cesaris clementiam: ac benignitatem mente uersabant. Aquatione tandem a Cesare intercepta/ Petreius in arcto

cõſtitutus cũ Affranio ad Colloquiũ cũ Cęſare peruenit exercitibus utraq; ex parte ſpectantibus. Cõuenere igit' cũ illo/Hiſpania excedere: eamq; ſibi poſſidendam tradere/ſi ultra Varũ fluuiũ tutos pręmiſiſſet: indeq; ad Pompeium liberos abire ſineret. Cum igitur ad fluuium acceſſiſſet/ Cęſar omnes romanos: & Italos quicunq; aderant in contionẽ conuocauit: orationemq; huiuſmodi ad eos habuit. Ego uos inimici (hoc enĩ uerbo uſus clariorem animi mei ſententiã aperire poſſe reor) neq; ad exercitum meũ comprehendendũ miſſos: qui ſeipſos mihi tradidere necaui: neq; alium e uobis/ cũ exercitũ capiens aquationem Petreio ſupra Sicorim amnem interciperem: & tamen ille ex meis derelictos occidiſſet. Si igit' ob hęc aliqua apud uos meritorum ineſt caritas/ precor/ ut Pompeij militibus hęc ipſa referatis. Hęc effatus illęſos omnes abire iuſſit. Quintũ Caſſiũ prętorem hiberię pręfecit. Hęc igit' circa Cęſarem agitabant'. Attilius interea Varus in libya pro Pompeio ductabat exercitum: & Iuba Mauruſiorũ: & Numidarum rex/ Varo obſequebatur. Curio a Cęſare ex Sicilia miſſus duabus cum legionibus in eos mouit/ nauibus longis duodecem: onerarijs uero pluribus ſtipatus. Is cum Vticam applicuiſſet/ breui quadam equeſtri pugna/ non nullos ex Numidis equites in fugam uertit: & exercitu adhuc in armis conſiſtente/ imperatorẽ tamen ſe nominari uoluit. Eſt enim hęc appellatio prętoribus non mediocris apud milites auctoritatis: quaſi ipſis teſtificantibus eundẽ imperatorio nomine haud indignũ fore. Hunc quippe bonorem prętores iampridem ĩ maximis belli operibus ſibi uendicauerãt. nunc autẽ: ſub quibus decẽ millia ĩ bello concidiſſent: hac appellatione dignos haberi audio. Adnauigante ex Sicilia Curione: qui in libya conſederant/ eum ob glorię opinionem ad Scipionis caſtra uenturũ: ac quippiam magnũ facturũ exiſtimantes/ aquas ueneno infecerãt: neq; ſpe ſua fruſtrati ſunt.

Colloquium aduerte: & conuentionẽ inter Pompeianos: & Cęſarem.

Varus fluuius.

Cęſaris oratio ad inimicos.

Finis orationis.

Quintus Caſſius hiberię pręficitur.

Attilius Varus: ac Iuba rex/ Pompeij duces.

Curio a Cęſare in Varum: & Iubam mittit'.

Vtica. Breuis pugna.

Curio imperatorem ſe nominari uoluit.

Imperatoris denominatio nõ mediocris auctoritatis prętoribus. Vide.

Qui nunc imperatores appellandi uideantur. attende.

Aquarum infectio.

Veneni uis.

Curionis caſtra ad Vticam.

Pugna inter Curionẽ & Varum.

Curionis uictoria.

Bragada fluuius.

Sabura regis prętor.

Pugna Curionis cum Numidis.

Curionis profligatio: & mors.

Nam cum Curio eo ī loco conſediſſet exercitus ſtatim ęgrotare cœpit. Bibentibus quidẽ ueluti a nebula obducebatur uiſus: capita inuadente ſomno. poſt uomitus ciborum uarius: deinde ſpaſmus uniuerſum corpus perurgebat. Horũ cauſa Curio cũ ſuis ad Vticā caſtra poſuit/ exercitũ admodũ debilem: & infirmum circa paludem magnam: & profundam agens. Cum autẽ Cęſarem in hiberia uictorem euaſiſſe nunciatum eſſet/ animo ſublatus/ loco admodum anguſto iuxta mare caſtra locat. Pugna igit᷑ acriter incepta unicus ex Curionis militibus cecidiſſe dicit᷑. Vari ad ſexcenti interiere/ pluribus uulneribꝰ oppreſſis. Adueniente deinde Iuba rumor falſo ſublatus eſt/ circa Bragadam fluuium Iubam nõ longe diſtantem retrouerti/ finitimis regnũ eius inuadentibus: Saburam prętorem regis cum parua manu ab eo in ripa fluminis deſtitutũ eſſe. Quo rumore confiſus Curio/ ęſtatis calore cuncta perurente/ circa tertiā diei horam/ fortiſſimā exercitus ſui partem in Saburā mouit: per iter arenoſum: & aquis ſterile prouectus. Latex quippe hibernus calore ſolis aduſtus inaruerat: ſqualebāt omnia circũ loca. Fluuius uero a Sabura: & rege aſſiſtente tenebat᷑. Lapſus itaq; ſpe Curio/ ad colles ob ardorẽ ſolis retroceſſit/ ſiti: & ſuffocatione confectus. Quem cũ adeo affectum intuerent᷑ hoſtes/ fluuium ſtatim tranſmiſere ad pugnā prępparati. Curio uiciſſim e montibus deſcendit imperite admodũ: ac inſipienter acies infirmas agens. Demũ Numidarum equitibus eum circũuenientibus: per aliquantulũ temporis paulatim retroceſſit: & intra breue telluris ſpaciũ copias redegit. Repulſus denuo cõfugit ad montes. Aſinius Pollio clade iam multorũ iminente/ ad Vticam cũ paucis exercitum reducit/ ne qua interim a Varo calamitas/ ob rumorem habitę cladis inſurgeret. Curio periculum aggreſſus pugnanſq; cum omnibus: qui una aderant interfectus eſt: Ita ut ad Pollionẽ nemo Vticā tantę cladis nuncius redire poſſet.

Hunc igitur finem pugna apud Bragadã fluuiũ geſta habuiſſe dicitur. Curioni caput abſciſum ad Iubam delatũ eſt. Hac clade ad exercitũ Vticę relata/ Flameas claſſis prefectus cũ omnibus nauibus fugam arripit/ prius q̃ aliquẽ e littore ſuſciperet. Aſinius ad diſcedentes negociatores cymba delatus/ ut enauigantes exercitum tollerent deprecabatur: non nulliq; per noctem ab ipſis intra naues recepti ſunt. Turmatim uero accurrentibus reliquis/ naues ſubduxere: multoſq; ex his: qui nauibus inſederant aurũ deferentes/ auaricię libidine inducti/ mari obruere. Hęc igit᷑ ad nauigantes hunc in modũ geſta. Similia ad eos: qui in littore conſtiterant per noctem eueniſſe referũt. nam orta luce ſe omnes Varo dedidere: quos Iuba ueluti uictorię ſuę reliquias/ mœnibus impoſitos iaculis ad unũ interfecit: nihili dehortationes Vari faciẽs. Sic duas romani legiones: quę Curionem in libya ſecutę erant amiſere: equiteſq; uniuerſos: & uelites: & cęteros exercitus miniſtros: qui una aderant. Iuba uero ad ꝓpria reuerſus eſt: hoc pręcipue opus ad Põpeij gloriã ratus pertinere. Hiſdẽ ferme diebus Antonius circa Illyriũ ab Octauio Dolobella Pompeij prętore ſuperatur: Et Cęſaris exercitus alius iuxta Placentiã/ ſeditione edita/ q̃ diutius in bello teneretur/ Imperatorẽ cœpit conclamare. Minas porro quinq; ſingulis olim pollicitas a Cęſare: cũ Brunduſij adeſſet inſtantius petebat. Quibus rebus commotus Cęſar/ ex Maſſilia Placentiã magna celeritate: ſollicitudineq; peruenit: & ad milites adhuc diffidentes profectus hunc in modum fari cœpit. Quid hoc mali eſſe dicam milites: ad quecunq; ueſtra opera neceſſe eſt? ſtatim mihi inſurgitis. Bellum quippe non noſtri culpa: ſed hoſtium a nobis fugientiũ cauſa producitur. Vos dũ ĩ Gallia eſſetis plurima ex imperio meo adepti/ ad hoc bellũ nõ per partes: ſed in unũ cõiurantes perueniſtis. nũc ĩ medio agendarũ rerũ me relinquitis: & pretoribus ueſtris aduerſamini/ Imperatorẽ ab illis depoſcentes: quoꝝ mandatis obſequi debetis.

Iubę crudelitas.

Velites leuis armaturę.

Superatur Antonius circa Illyrium.

Octauius Dolobella Pompeij prętor.

Seditionẽ nota exercitus Cęſaris.

Placentia.

Celeritatem aduerte.

Maſſilia.

Cęſaris oratio ad milites.

Nona legio.

Gemitum nota.

Seditionis ſopitio.

Cęſar romam reuerſus quid.

Dictator Cęſar.

Conſul Cęſar.

Pompeius Iſauricus Cęſaris collega.

Prętores attende.

Marcus Lepidus.

Aulus Albinus.

Sextus Peduceus.

Decimus Brutus.

Diſceſſus Cęſaris ex urbe.

Nota populi deprecationes ad Cęſarē.

Teſtis igit̄ in hanc diem meę erga uos liberalitatis: ac clęmentię/ Petrei leges deinceps imitabor. Nonę itaq; legionis: quę ſeditionis cauſam in primis pręſtitit/ decimum quenq; morte mulctabo. Gemitu ab uniuerſa legione edito/ prętores genibus affuſi/ueniā ſuppliciter ab eo depoſcebant. Cęſar poſt modicum uix tandem ab ira liberatus/ hoc ſolum conceſſiſſe uiſus ut centū duntaxat: & uiginti ſeditionis principes ab omnibus eligeret: duodecemq; ex his a cęteris ſelectos/ ſupplicio afficeret. Hos inter cum quidam ſeditione exorta/nihil cōmiſiſſet: Cęſar ductorem/ q; illum accuſaſſet/eius loco interfici mandauit. In hunc modū ſeditio apud Placentiā ſopita eſt. Cęſar romam reuerſus/trepidante adhuc populo: neq; Senatu: aut cōſule illum eligente/ ſeipſum dictatorem nominauit. Vel ſiue ut inuidiam dilueret: ſiue q; magiſtratu minime indigeret/ per undecem ſolū dies illi pręfuit. Sic enī non nulli aſſerunt. Conſulem ſe in futurū deſignauit. Pompeium quoq; Iſauricū ſibi collegam aſſumpſit. Prętores uero ad prouincias prout libuit: aut miſit a ſe: aut immutauit. In hiberia Marcum Lepidum. In Sicilia Aulum Albinum. In Sardinia Sextum Peduceum delegauit. Gallię nuper adeptę Decimū Brutum pręſidere iuſſit. Populo etiam fame laboranti gratuitam annonā prębuit. Exules deprecantibus/ Milone excepto: facile conceſſit. Petentibus autem debitorū abſolutiones ob bellum: ſeditioneſq; peractas: ignominiamq; exinde ſecutam eos: qui talia egiſſent/ debitorū abſolutiones renuit. Cenſores rerū emptarū inſtituit: qui debitores creditoribus pecuniaq; loco aſcriberēt. Hęc circa hibernа ſolſtitia operatus copias omnes Brunduſiū emittit. Ipſe decembri mēſe apud romanos/urbe egredit̄/nō expectato ob cōſulatū iam proximi anni mēſis initio. Quē populus euntē proſecutus/ ut cū Pompeio cōciliari uellet deprecatus eſt. Nō enī ambiguū erat eū: qui uiciſſet monarchiā ſibi deſumpturū eſſe.

Interea Cęſar nullo apparatu omiſſo/ ſumma celeritate iter arripit. Pompeius in paranda claſſe uniuerſum fere tẽpus conterebat: exercituſq; & pecunias dietim adaugebat. Naues porro quadraginta: quę a Cęſare ad Ionij maris cuſtodiã dimiſſę fuerant/intercipiens/ nauigationẽ eius obſeruabat. Ipſe currendo: & equitando copias continue exercebat: ad omnẽ ultra ętatem laborem ſeſe efferens. Quamobrem beniuolentiam ſibi facile aſciuerat: omneſq; ad exercitia huiuſmodi ueluti ad ſpectaculũ quoddam uentitabãt. Cęſari peditũ legiones tunc decem aderant: Celtarũ equitum decem millia. Pompeiũ uero legiones quinq; ſequebantur: quas Italia egreſſus/ Ionio mari ſuperato ſecum uexerat: & quicũq; his equites pariter adiuncti fuerant. Ex Parthia quoq; legiones duę: quę Craſſo in bello ſuperfuerant: & quędam alia eorum pars: qui Aegyptum cũ Gabinio inuaſerant. Summa Italorũ omniũ legiones undecem: Equitũ ad ſeptem millium numerum ęquabat. His belli complices ex Ionia: Macedonia: Peloponneſo: & Boetia acceſſerant. Sagittarij ulterius Cretenſes: funditores ex thracia: & quicunq; circa Pontũ ſagittis exercentur: Equites nõ nulli e Celtis: & ex orientali Gallia q̃plures. Comageni ulterius ab Antiocho miſſi: Cilices: & Cappadoces: & ex minori armenia quidã uenerãt. Pamphylij inſuper: & Piſide: quorũ opera/non ad pugnã: ſed oppidorũ munitiones: foſſarumq; cuſtodiam: & alia exercitui Italo neceſſaria/Pompeius uti diſpoſuerat/ne Italorũ quenq̃ ab exercitu cogeret amouere. Hęc peditũ: equitumq; ſumma fuerat. Naues prętera longę legionibus plutibus ſtipatę uſq; ad ſexcentorũ numerũ/eum ſequebant. Ex his centũ Romanis refertę: quę cęteras anteirent. Multitudo deinde olcadũ: & ratiũ ad uaſa cõportanda. Vectores plurimi p partes ĩ his diſtributi: quibus Marcus Bubius prętrat. Cũ omnia in unũ parata eſſent Pompeius Senatores omnes: & equites: uniuerſumq; exercitũ qui una aderat conuocari iubet: eoſq; his uerbis allocutus eſt.

Pompeius quid.

Aſtutia.

Copię Cęſaris: & Pompeij.

Parthia. Craſſus.
Aegyptus. Gabinius.
Itali.
Ionia. Macedonia.
Peloponneſus.
Boetia. Cretenſes.
Thracia. Pontus.
Celtę.
Orientalis gallia.
Antiochus comagenus
Cilices.
Cappadoces.
Armenia minor.
Pamphylij.
Piſide.
Claſſis Pompeij.
Naues longę.
Olchades.
Rates.
Marcus Bubius.

Pompeĩ oratio.

Athenienſes quondam o uiri ciuitatem eorũ reliquiſſe dicuntur/ ut in hoſtes illis inſurgentes pro libertate bellũ gererent: non eorum habitacula: domoſ ue: ſed uiros potius ciuitatẽ eſſe exiſtimantes. Et id agentes ſtatim quidem ciuitatẽ receperunt: glorioſiorem q̃ quę prius fuerat longe reddiderunt. Itidem & maiores noſtros ingruentibus celtarũ populis urbẽ reliquiſſe: eamq; ſubinde ſaluam preſtitiſſe nouimus. Ex ardea cũ Camillus egrederetur omnes: qui cũ illo rite ſentiebant/ libertatem quocunq; in loco ipſi forent: patriam arbitrati ſunt. Quę nos uiciſſim animo uoluentes hunc in locum claſſe deuecti ſumus: non ut patriam relinqueremus: ſed ut pro ea optime inſtructi inſidiantem illi Cęſarem: & Italiam per largitionem ſibi uendicantem pelleremus: quem uos o ciues hoſtem decreuiſtis. Is autẽ prętores ſuos ad prouincias noſtras deſtinat: ac nõ nullos urbi noſtrę preſides imponit: alios per Italiam quoq; emittit: Tantum illi audacię ineſt/ ut populi romani imperium conetur inuadere: Et hęc quidẽ pugnans: trepiduſq; adhuc agit: utpote dijs immortalibus daturus pœnas. Quid eum uictorem a crudelitate: & uiolentia ceſſaturum arbitramini: qui in patriã molitur arma? Hunc non nulli pecunię inhiantes proſequuntur: quas e Gallia nobis ſubdita deprędatus eſt: ſub pari lege cum eo inſeruire cupientes. Ego uero minime deſtiti: aut deinceps pro uobis una pugnare deſiſtam: ſed me: & militem uobis: & ducem prout gratius fuerit exponam: Et ſi qua mihi belli ineſt peritia: ſi qua felicitas: qui in hanc uſq; diẽ inuictus perſtiti/ eam mihi deos in preſenti conceſſuros precor/ ut me ſic ultorem patrię eſſe ſinant: quemadmodum iuſte a uobis huic imperio prefectus ſum. Fidere etenim dijs immortalibus equum nobis eſt/ ratione belli inſpecta: quoad iuſticiam in ſe: honeſtatemq; cõtinet/ pro ſalute reipublice noſtrę certantibus: Ex quo tanta apparatus magnitudo: quem nobis maria: terręq;

Ardea.

Camillus.

ſuppeditant nunc adeſt: aderitq; cum bellum aggreſſi erimus. Quecūq; enī gens/ ut ſic dixerim/ ab oriente ad euxinū pontū incolit/ ſiue greca: ſiue barbara nobiſcum militat. Reges porro qui mihi: nominiq; romano ſunt amiciſſimi/ exercitus: tela: cō meatū: omnemq; aliū apparatū ſubminiſtrant. Ite igit' ad opus alacres: & patria: & uobiſ ipſis: & me dignū: Cęſaris iniurię memores: mandatis meis obſequentes. Sic ille locutus eſt. At uero exercitus omnis: & quicunq; circa illū ex ſenatorio: equeſtriq; ordine ſimul aderant/ magna: & inſignis turba/ Pompeiū laudare: & quocunq; opus foret/ eos ducere: una uoce clamare incipiunt. Ille hyemis tempore extremo: cū mare importuoſum agitaret' fluctibus: ratus interea Cęſarem nentiq; exercitum moturum: ſed cōſulatum potius in urbe confirmaturum eſſe/ claſſium prefectis/ ut mare interim tueant' edicit: Copias omnes circa Macedoniam: Theſſaliamq; futurę ſortis ignarus in hiberna diſtribuit. Cęſar ut a nobis premiſſum eſt/ brumę tēpore Brunduſiū acceſſit: ratus inſperato prelio facilius conturbare hoſtes. Itaq; nullo apparatu: aut commeatu fiſus: nundum habito exercitu in unum coacto Brunduſij: qui preſentes aderant in concionem cōuocat: eoſq; his uerbis adhortatus eſt. Neq; hyemis intēperies o uiri: qui mecū ad inſignes res agendas acceſſiſtis: neq; aliorū tarditas: aut apparatus indigentia/ a proſequendo bello deterruit. Ante omnia quidē celeritate nobis opus eſt/ ut primos e nobis/ primi ipſi curſu contendentes inuicē preueniamus. Hoc igit' cenſeo/ ut ſeruos: currus: impedimēta omnia hoc ī loco relinquamus. Naues: quę hic adſunt: & nos ſolos ultra fretū deferre poſſunt inſcendamus/ ut hoſtes lateamus: obſeruantes pro hyeme/ fortunam optimā: pro paucitate militum audaciam nobis preponentes: pro penuria autem inimicorū/ abundantiam: que nobis in terram deſcendentibus preſto adeſt: & quam niſi interceperimus/ nihil ulterius proprij nobis ſupereſt. Eamus igit' alacres in ſeruos: apparatū:

Pontus euxinus.

Finis orationis.

Pompeij copię ad hiberna.

Cęſar quid.

Tempus brumę dicit' ſolſtitio hyemali.

Cęſaris oratio militaris.

cõmeatuſq; hoſtium: dum byemem ſub tectis inertes agunt. Eamus quoad in bibernis nos degere: aut circa pompas: cõſulareſq; cerimonias uacare exiſtimãt. Videant ſubito nos. Nihil enim in bellis inſperato opere potentius. Promptitudo autem prima eſt/ opinionem eorũ: quę euentura ſunt celeritate prę/ripere. Sic eos cito perſequentes: quę apud nos hic ſunt in tuto collocabimus. Ego nihil potius hoc tẽpore optare poſſem: aut dicere: In quo dum Pompeius me romę ad conſulatus curam reſidere putet/ q̃ & in cõſpectu ſuo uideat. Ipſe aſſenſũ ueſtrũ lętus intuens/ ſimul reſponſũ audire cupio. Vniuerſo concla/mante exercitu/ ut ad mare delatos nauibus imponeret/ e tri/bunali deſcendit: ac peditum legiones quinq;: equites ſexcen/tos electos agens ĩ anchoris cõſtitit: fluctibus inundante mari: ſolſticia circa hiberna/uento q̃q̃ annitentem cohibente: quoad anni conuerſionem in Brunduſio peregit: & duabus legioni/bus ſubinde aduentantibus/ byemante adhuc pelago/ onerarijs quibuſdam auexit. nam longę naues haud multę illi aderant: quibus Sardiniã: Siciliamq; munierat. Demũ tempeſtate pro/uectus/ ad Ceraunios montes/ naues: quę reliquũ exercitũ ad/ducerent Brunduſiũ propere emiſit. Ipſe Oricum nocte per/uenit: ob anguſtiam: aſperitatemq; uiarũ copias in plures par/tes diuidere coactus/ ut ſi quis aduentum eius pręſenſiſſet/ pa/ratior eſſet ad pugnã. Oriente pene ſole multitudo omnis ad eum uenit: & qui Orici pręſidio aſtiterat/ admonentibus illũ ciuibus conſulẽ romanũ ꝓhibere nõ auſus/ claues Cęſari ultro detulit: apud eũ cũ dignitate ut ĩmorari poſſet efflagitans. Lu/cretius autẽ: & Minucius alia Orici ex parte nauibꝰ octo ſupra decẽ longis comitantibus ut Põpeio cõmeatũ tuerent/ claſſem ne Cęſar eã inuaderet ĩ unũ deuinxere. Ipſi Dyrrhachiũ recta perfugere. Cęſar ab Orico Apolloniã deduxit. Quem cũ ciues lęte ſuſcepiſſent/ Tamerius urbi prępoſitus e pręſidio aufugit.

Nota.

Finis orationis.

Conclamatio ex/etcitus.

In anchoris Cęſar.

Audax uir.

Ceraunij montes.

Oricum Cęſar.

Oricus Cęſari deditur

Pompeianorũ fuga.

Appollonia a Cęſare recipitur.

Cõgregato deinde exercitu milites edocuit: quẽadmodũ multa ob celeritatẽ ingruente etiã hyeme prosperè egissent: mare tam ingens sine nauibus ullis occupassent: Oricum: & Apolloniam nullo fere marte recepissent. Romanorũ res eo modo quo dixisset se habere/Pompeio ignorãte adhuc omnia. Itaq; si Dyrrhachiũ inquit pompeiani apparatus horreũ ceperimus: omnia in potestate nostra erunt: quę illi p integrã ętatẽ summo labore cõparauerunt. Hęc effatus per longũ iter Dyrrhachiũ uersus copias agit/nulla die: nocteue intermissa ad itinerandũ. Quod pręsentiens Pompeius e macedonia aduersus eũ statim mouit. Magna itaq; frequentia: sollicitudineq; prouectus/ siluas: per quas exercitũ continue ageret secare cœpit/ ut Cęsari impermeabiles ad iter redderet. Pontes quoq; fluminibus ammouit/ cõmeatũ omnẽ qui in medio fuerat igne corrumpens. Magnum autem (ut erat) arbitratus uniuersum apparatũ sibi tutum reddere/ cum puluerem: aut ignem: aut fumũ a longe eorum quisq; intueretur/ ab hostibus factum existimantes: ad inuicem cursu contendebãt. Eo modo nec cibo curã: nec somno impenderant. solũ adhortationes: & impulsus: uocesq; ducentium/igne pręuio/undiq; strepebãt. Tumultus prętetea ex hoc ingens: ac timor quasi ipsis in unũ cõcurrentibus cunctos obsederat. Non nulli igit ob caloris uim: quę attulerant reijcientes: aut in conuallibus occultantes relinquebant: timoris requiem apud hostes eo modo sibi proponentes. Sic utrisq; patienter sustinentibus Pompeius primus Dyrrhachium accessit: & oppido proximus castra ponit: nauesq; pręmittens Oricum denuo recepit: & mare diligẽtiori custodia seruare pergit. Cęsar Pompeij copijs Alorem fluuium in medio constituens castra metatus est: ita ut ad flumen descendentes/ equestre prę lium per partes inire cogerentur: totis autem uiribus neutiq; inter se concurrerent/Pempeio tyrones ad bellum instruente.

Quantũ confert celeritas.

Cęsar Dyrrhachium.

Pompeius in Cęsarẽ e Macedonia nota quid.

Propria aduentantiũ exercituũ descriptio.

Pompeius prius q̃ Cęsar Dyrrhachiũ.

Oricus a Pompeio denuo recipitur.

Alor amnis.

Attende pręlium.

Olchades: quę nunc Coche dicuntur.

Temeritas Caij Cęsaris.

Imprudens hic Cęsar

Attende fortunam.

Suos itaq; a Brunduſio uenturos opperiens Cęſar/ cū ineunte uere e pelago ſoluētes: & Olchadis delatos/ Pompeij triremes haud facile euitare crederet/ continue ad eorum cuſtodiam intentas: & mare diſcurrentes: hyeme uero ad inſulas profectos hoſtium fortaſſis eaſdem latere poſſe/ aut magnitudine nauiū: uentorumq; uiolentia longe ſuperare/ magna celeritate ad eos mittit: curſūq; accelerare imperat. Non accedentibus illis/ Ipſe inſcio exercitu adnauigare ſtatuit: utpote qui neminē facilius eos adducere ſperaret. Diſſimulato itaq; conſilio tres e ſeruorū numero ad fluuiū pręmittit: qui p duo ſtadia a caſtris aberat: iubetq; ut ratem celerem: gubernatoremq; peritū ueluti quendam ex ſuis pręmiſſurus apparatēt. Ipſe e cenaculo diſcedens: corporis fatigatione prętenſa amicos epulari ſuadet: dein priuato habitu curru defertur. mox nauē ingreſſus/ Cęſaris nuncium ſe eſſe ſimulat: Cętera per ſeruos facienda ediſſerit. Eo modo latens nocte potiſſimū inſtante/ cum a uentis agitaretur mare/ ſeruos gubernatorem adhortari monet/ propere curſum arripiat/ quaſi hoſtes finitimos latere cuperet. Gubernator elatis remis per uim fluuiū celer exuperat. Cum autem ad oſtia: & maris aditum peruentum eſſet/ mare ipſum ſummis concitatum fluctibus/ magno impetu: ac turbine curſum intercipit. Gubernator ueluti inſtantibus hoſtibus per uim conabat euadere: uęq; cum nihil proficeret fatigatus: ac deſperans tandem clauū e manibus abijcit. Tū Cęſar ſublato uelamine ad gubernatorē conuerſus: & intonans/ alacri animo: & forti aduerſum fluctus eſto inquit: Cęſarē quippe: & fortunā eius tecū uehis. Hac uoce ſtupefacti remiges: gubernatorq; magna ui nauem educere contendunt: ita ut fluuij oſtia denuo euaderet. Vento deinde: & fluctibus eam extollētibus/ ad littus tandē uicta cōpellit. Inſtante die cū lux cuncta apertiora redderet/ trepidare cœpere: ueluti manifeſti futuri hoſtibus. Tum Cęſar fortunā accuſans q; felicitati eius inuidiſſet/ nautas retrouerti iubet.

Nauis itaq; aſpirante uento facile cõpulſa/ ad fluuij oram cita regreditur. Cęſarem igit̃ non nulli ob audaciam admirabant̃: quidã querelis proſecuti ſunt/ q; facinus militari potius/ q̃ imperatoria laude dignũ eſſet aggreſſus. Is uero cum ulterius latere nõ poſſet/ Poſtumium eius loco adnauigare iubet: Gabinioq; ut exercitum nauibus adducat imperare. Sin id abnuat: hęc ipſa Antonio pręcipere. poſt Antonium uero Caleno. Sin id omnes negent/ epiſtola alia ad exercitum ſcripta erat/ uelle ſe eos ſupra naues poſitos Poſtumio obſequi: & in locũ in quẽ uentus duceret uela tradere nihil nauibus parcentes. nõ enim nauibus ſed uiris Cęſari opus eſſe. In hũc modũ Cęſar/ pro ratione fortuna .uti deliberauerat. Quę omnia Pompeius intercipere feſtinans/ in pugnam paratam ducebat aciem. Sed cum duos ex ſuis ī medio fluminis/ ut alueũ eius ſcrutarẽt̃ emiſſos: unus ex Cęſaris pręcurſoribus interfeciſſet/ tetrouerti cœpit: Id omen infauſtũ ducens. Cauſam autẽ palam rettulit tẽporis cõmoditatem ſibi defuiſſe. Poſtumio Brunduſiũ adnauigante/ Gabinius prius q̃ Cęſaris mandatũ attuliſſet/ uolentes per Illyrium nulla diei interpoſita quiete ſecum duxit: qui omnes fere ab Illyrijs interfecti ſunt: quod Cęſar p occupationes patienter tulit: Reliquos Antonius nauibus ī Apolloniam deuexit tenſis uelis incumbente uento. Quo deinde ī meridiem ceſſante/ ad uiginti Pompeij naues/ inſpectis hoſtibus ī eos deferuntur. Illi ut in aeris tranquillitate detenti/ ne ab ipſis frangerentur: aut a maioribus exitu prohiberentur trepidare incipiunt. Itaq; ad pugnam neceſſaria quęq; parabant: fundas: ſagittaſq; exerebant: cum uentus ſubito priore maior inſurgit: Quem elatis uelis denuo aſſumentes/ nullo pauore inſperato curſu ſe proripiunt. Quę autem a curſu uentis: ac profundo deſtitutę ſunt/ diutius afflictę uix tandem ad importuoſa: petraſq; delabunt̃: duas quaſdam in eas delatas retinentes: Reliquas Antonius in locum: qui Nympheus dicitur a curſu ſiſtit.

Poſtumiũ nota loco Cęſaris ad exercitũ.

Gabinius.

Cęſaris mandata per epiſtolas aduerte.

Antonius. Calenus.

Nota.

Pro ratione fortuna Cęſar.

Cędes exercitus Cęſaris ab Illyrijs.

Antonij aduentus Apolloniam.

Timorem attende.

Ventorũ mutabilitas.

Nympheus.

Exercitus omnis ad Cęſarem.

Iam igiť Cęſari exercitus omnis ī unū aderat: Aderat uiciſſim & Pompeio: & ad inuicem in colle quodam magnis pręſidijs caſtra habebāt. Multa binc inde pręlia ex ſingulis munitionibus/ uel cum uallum foſſa munirent: uel muro circūdarent in anguſto ſimul agitabāt. Intet hęc cum circa uallū repulſo Cęſare ductor turmę: cui Sceua nomen fuit multa: & pręclara facinora ędidiſſet/ oculū ſagitta ſaucius haſtā perfregit. Deinde ueluti quippiā dicturus in medium proſilijt. Silentibus cunctis/ Pompeij ductorem ſingulari uirtute cognitū ad ſe uocat: deinde ſic affatur. Salua tibi ſimilem: ſalua amicū: ac curatores mibi adbibe: quoniā uulnere affligor. Accurrentibus ad illū ueluti tranſfugę duobus ex exercitu Pompeij/ unū aggreſſus occidit: alterius humerū enſe deiecit: Quę cū egiſſet ſeipſum uallumq; reliquit. Ob id cęteri rubore conciti impetu feruntur: uallūq; inſuper tutati ſunt: Minucio qui cuſtodię pręfuerat q̄plura tolerante. Ferunt quippe clypeo eius uiginti ſupra centum inbęſiſſe ſagittas: corpus ſex uulneribus tranſfixum patuiſſe: oculū uiciſſim excuſſum eſſe. Hos igiť Cęſar honoribus multis inſigniuit. Ipſe ex Dyrrbachio proditione quadā ſibi oblata/ noctis tempore/ ut ſolebat/ paucis comitantibus ad Dianę templi portas proficiſcitur. Eadem byeme Scipio Pompeij ſocer alium ex Syria duxit exercitū. Cui Caius Caluiſius circa macedoniā occurrens deuictus eſt: ac legio integra/ octingentis duntaxat exceptis uiciſſim cęſa. Cęſar igitur nibil mari conari poterat/ Pompeio claſſem paratam obtinente. Exercitus quippe eius fame premebať: ita/ ut ex pabulo panes ederent. Tranſfugis igitur huiuſmodi panes ad Pompeium deferentibus/ ut lęticiam ex uiſu caperet/ nihil exbilaratus ille/ cū beluis ſe pugnare profeſſus eſt. Cęſar igiť neceſſitate ductus copias omnes: ueluti Pompeium etiā inuitum ad bellum coacturus: in unū contrabit: pluraq; ex pręſidijs interim uacua a ſuis contemplatus perquiete tulit. Verum ob id magis indignatus eſt:

Minucius Sceua.

Templum Dianę.

Scipio Pompeij ſocer.

Caius Caluiſius.

Cędem nota.

Fames exercitus Cęſaris.

Panes ex pabulo.

Pompeij dictum aduerte ob panes.

Prędia nota.

Sceua turmę ductor quid.

adeo ut opus loñge difficillimū: & inauditum quodāmodo aggredi tentaret: Pompeij uidelicet exercitum intra muri unius ſepta circūclaudere: & a mari uſq; ad mare perpetuis mœnibus ſepire: ratus &ſi minime id opus ualuiſſet/ magnā tamen audacię eius allaturam famā. Per ſtadia quippe ducenta ſupra mille ſpacium eiuſmodi erat amplectendū. Pompeius econtra uallū: foſſamq; anteponit: multaq; inutilia certandi ſtudio inter ſe dietim machinant̄. Inſigne interea pręliū ab utraq; parte editur: in quo ſuperior Pompeius/ Cęſaris milites in fugā uertit: eoſq; in caſtra uſq; perſequit̄. Signa porro militaria pleraq; ſuſtulit: inter quę & aquilam pręcipuū romanis ſignum pene eripuit/ niſi q; eam anteferens miles/ pręoccupato eorū curſu: aquilam intra uallū ad ſuos iecit. Illuſtri conuerſione in hoſtes facta/ Cęſar altera ex parte copias alias emittit: quibus tanta ob Pompeianos trepidatio iniecta eſt/ ut Pompeio q̄q̄ procul apparente/ non portis immorari: nō ordinē ſeruare: ac neq; mandatis ullis fidere audērēt: ſed quocūq; uoluntas tulit indeſinenti fuga raperent̄/ nulla uerecūdia: aut mandato: aut ratione eos detinente: Cum Cęſar illis immineret: nec ſine infamia Pompeium a longe reſidentē: & hęc ipſa intuentem demonſtaret: Ipſi tamen abiectis ſignis ultro fugerent: nō nulli rubore compulſi in terram nullo negocio procumberent: tantū illis pauoris incidit. Horum e numero cum unus uexillo in contrarium uerſo caudam ad Cęſarem extendiſſet/ eius mandato a ſcutiferis occiſus eſt. Illi uero egreſſi neutiq; ad caſtrorū curam conſiſtere audebāt: adeo omnia trepidatione: & metu referta erant ut caſtra derelinquerent. Quę cū animaduertiſſet Pompeius: fortiter illatus/ ut caſtris potiretur: bellūq; uno opere conficeret/ a Lauinio prohibitus eſt: qui caſu illi obuius in fugientes adhortatur. Ille igit̄ ſiue quod propoſuerat dubitaret aggredi: ſiue caſtrorum ſolitudinem timeret/ ne inſidię ſubeſſent: ſiue bellum iam confectū eſſe crederet/ eos: qui exierant inuadit:

Magnanimitatē lege.

Inſigne pręlium ad Dyrrhachium.

Superior Pompeius.

Cęſarianorum fuga: deinde conuerſio.

Aquila pręcipuum romanis ſignum.

Trepidationē attende copiarum Cęſaris.

Nota.

Lauinius.

Pompeij uictoria.

Attende Cęſaris uerba.

multoſq; ex ipſis pugnans interfecit. uexilla octo ſupra uiginti duobus pręlijs ea die ſuſcepit. Verum ſecundum tam perfecti operis exequi neglexit/ ut Cęſarem dixiſſe ferant/ bellū ea die finem habiturū fuiſſe/ ſi hoſtes: qui uictoria uti ſciuiſſet habuiſſent. Pompeius huiuſmodi uictoria elatus/ regibus uniuerſis: ciuitatibuſq; perſcripſit. Cęſaris pręterea exercitū fame maceratum: & belli pręſentis clade titubantem/ facile ad ſe tranſiturum ſperauit/ maxime ipſius pręfectis ob errorem trepidantibus. Veꝝ illi ad pœnitentiā conuerſi peccati cauſa aſſumpſere animos: ac Cęſare perhumane ī illos cōquerente: ueniamq; pollicente/ ſolito magis contra ſeipſos accenduntī/ ita ut inopinata mutatione cōuerſi/ more patrio decimam eorum partem a Cęſare mulctari peterent. Renuente illo/ maiore adhuc lętitia ſublatis animis ignoſcere cœpere: q̄ſi indigne ab ipſis iniuria affectus eſſet. Eos uero: qui ſigna detuliſſent necandos conclamarent: ueluti minime in fugam abituri/ ni primi illi ſigna conuertiſſent. Cęterum Cęſar ne id quidem facere ſuſtinuit: pauculos quoſdam ſupplicio affeciſſe contentus. Quamobrem tanta omnibus ob moderationē audacia innata eſt/ ut ſe q̄celerrime ī hoſtes deduci poſcerent: magnaq; promptitudine eum adhortantes/ errorem ſuum inſigni aliqua uictoria emendaturos ſe promitterent: Ipſiq; inter ſe cōuerſi inſpectante Cęſare turmatim iureiurando cōfirmarent/ nō prius e bello redituros eſſe/ q̄ uictores euaſiſſent. Amici itaq; illi ut huiuſmodi promptitudine uteretī/ q̄primū ſuadebant. Ille audientibus cunctis commodiore tempore ſe eos in hoſtes deducturum pollicetur: & ut huius promptitudinis: & audacię reminiſcerentur admonuit. Amicis deinde priuatim ita locutus eſt. Id enim uel ī primis neceſſe eſſe/ trepidationē: quę deuictoꝝ animis uehementius inſederat eximere. hoſtium etiā reprimere audaciam. Ob id faſſus eſt ſe illis indulgere: qui ad Dyrrhachiū ſuperati fuerant: ubi omnis Pompeij apparatus ī unum ſteterat. opus eſſe

Optimus rei militaris medicus.

Amicorum ſuaſiones ad Cęſarem.

Cęſaris conſilium.

Perpropria hiſtoria.

ad alia loca: quę ſimili inopia oppreſſa eſſent traducere Pompeium. Quibus dictis Apolloniam ſubito contendit. Inde clanculum per noctem agmen agens in Theſſaliã peruenit. Gomphos urbem paruã/q; eum ab ingreſſu prohibuiſſet inuaſit iratus: Exercitui quoq; diripere conceſſit. Milites igitur diutina fame macerati liberius cibo: uinoq; indulgebant/ut plurimi ex ipſis ebrietate laborarent. Inter hos Germani potiſſimum ridiculi fuiſſe referuntur/ cũ a uino uexarentur: adeo/ ut adueniente celerius Pompeio/ facile eos deleri potuiſſe ſatis conſtet. Verum ille ob contemptum perſequi neglexit: quoad Cęſar ſeptem continue diebus ulterius profectus/ ad Pharſalum tandem caſtra poſuit. In Gomphis interim rem memoria: & pietate dignam extitiſſe memorant. Cadauera quippe illuſtrium uirorum medicinali quodam in loco iacentia reperta ſunt/ calicibus appoſitis/nullis affecta uulneribus/uiginti ipſorũ uelu/ti ex ebrietate procumbentiũ in terrã: uno duntaxat in throno ſedente/ medici in morem: qui uenenum reliquis prębuerat. Pompeius interea in Cęſarem mouere diſpoſuit. Id enim prius in animo conceperat/claſſem omnem: qua longe antepolle/bat Affranio tradere/ut in Cęſarẽ inſurgeret: & errantẽ: egentemq; mari prohiberet. Ipſe cũ omni peditatu celerrime in Italiam tranſire/ beniuolam adhuc erga illum: & hoſtibus carentem. Galliam inſuper: hiberiamq; ſuſcipere: deinde ueluti e principatu: atq; domo in Cęſarem tranſferre arma. Quę omnia cum utilia futura eſſent agere contempſit. ſolum ad eos: qui in Cęſaris exercitum inſurgere illum admonebant/ fame cõſumptum: ita/ ut reſiduũ poſt uictoriam ad Dyrrhachiũ iam ante habitam/ facile ſuperari poſſe dicerent/cõuertit animũ. Turpe quidẽ eſſe aiebant/ fugientẽ derelinquere Cęſarẽ: & deuictis ſimiliter uictorẽ cedere. Quibus delinitus Pompeius cũ orientis nationes ad ſe reſpicientes erubeſceret: utq; Lucio Scipioni

Aduentus Cęſaris in Theſſaliam.

Gomphos.

Germani uinolenti.

Cęſaris caſtra ad Pharſalum.

Singularẽ nota caſum.

Initiũ belli Pharſalici.

Malum conſilium.

Lucius Scipio.

Pompeij caſtra ad Pharſalum iuxta Cęſarem.

circa Macedoniam bellū formidāti morem gereret/ potiſſimū adhortantibus militibus/ pugnam inire ſtatuit: acieſq; procedere imperat: nec longe a Pharſalo iuxta Cęſarem caſtra locat: ut non ultra triginta ſtadia inter ſe uterq; abeſſet. Commeatus Pompeio omni ex parte abunde ferebat. Sic enim illi itinera: portus: oppidaq; patebant/ ut e terra ueheret cōtinue. per mare uero quocunq; uento ad illū ageretur. Cęſar id ſolum commeatus: quod uel offenderet: uel difficulter adipiſceret nanciſci poterat/ neq; tamen ab ullo ſuorū deſtitutus eſt. Verū mirabili ſtudio in hoſtes deduci omnes appetebant/ cū in bello meliores ſe his arbitrarentur eſſe: qui nuper in armis per decem fere annos experti forent. Ad foſſarum autem opera: aut mœnium erectiones: aut cōmeatuū deuectiones ob ſenectutē debiliores facti/ ſi ulterius defatigari opus eſſet/ ſatis perſpicere ſe aiebant ex deſidia: aut fame interituros fore. Quę omnia cum Pompeius intelligeret/ nō mediocre diſcrimen arbitratus cum uiris bellicis: & ſe ipſos contēnentibus conferre manus: & Cęſaris fortunam de uniuerſa re certare cupientis/ facile obtinere poſſe/ fortius: & tutius exiſtimans fame eos: difficultatibuſq; conterere: qui neq; a terra commeatū: neq; a mari copias ullas ſuſciperent: neq; nauibus ad fugam paratis uti poſſent/ optima

Optimū conſilium.

ratione bellum producere: & ex fame in famem hoſtes paulatim carpere inſtituit. Magna autem circa ipſum Senatorū multitudo: magna illuſtrium equitum: reges plurimi: ac dynaſtę aderant: qui partim ob inexperientiā: partim ob res apud Dyrrhachium feliciter geſtas elati animis: non nulli q; hoſtibus ſe ſuperiores eſſe crederent: quidam q; bello feſſi ſubitum rerum euentum potius q̄ honeſtum exitum cuperent: uno ore Pompeium ad pugnam hortabantur: Cęſarem continue eos prouocantem: & acies inſtruentem oſtendentes. Pompeius econtra eos admonebat id Cęſari ex inopia ſumma cōtingere. Ipſis longe utilius eſſe quietē agere: quoniā Cęſar ex neceſſitate bellū

inire cogeretur. Stimulante deinde exercitu elato ad modū ob uictoriā ad Dyrrhachiū habitā: & ipsum a dignitate ad ambitionē declinantē/ sponte retardare/ ut tantis: tamq; illustribus imperaret uiris conquerēte: regū etiā regem: & Agamemnonem illum appellante/quoniam & ipse propter bellū regibus pręesset omnibus/a propria ratione excussus est: Seq; illis (deo forte aliquo aduersante) cęteraq; uniuersa: bellumq; concessit: Segnior iam: ac tardus pręter naturā factus ad omnia/ non sine suo: suadentiūq; periculo: ac malo/q̄q̄ inuitus/ pugnā instruit. Cęsar ea nocte legiones tres frumentatū miserat. Pōpeij quippe tarditatem laudans/ cum consilium minime immutare crederet/ liberius ire iusserat. Acies deinde pręparari audiens/ lętatus est/ necessitate cognita: qua Pompeius ab exercitu ad pugnam cogeretur: statimq; suos conuocari imperat. Nocte media perfectis sacris Martem inuocauit: eiusq; parentē Venerē. Ex Aenea quippe: & Iulio eius filio Iuliorum genus: ut ex nomine intueri licet/uidetur emanasse. Templum igitur uictorię fauenti/ gratis romę dedicaturū uouit/ si rite peregisset. Cum autem fulgor e cęlo labens/ e Cęsaris ad Pompeij castra penetrasset: ibidēq; extinctus esset: qui in exercitu Pompeij aderāt: quippiam splendidū ab hostibus ad eos futurum prędicabant. Cęsar autem se in Pompeium insurgentē/ gloriam eius exticturum. Ipsi deinde Pompeio eadem nocte/cum uictima aufugisset/ neutiq; deprehendi potuit. Apum pręterea examen in aris constitit. Trepidatio quoq; ante lucem in exercitu incidit: ad quam accurrens Pompeius: & singula cōstituens/ nō multo post profundo somno est consopitus. Excitatus ab amicis somniū rettulit/paulo ante tēplū se romę consecrare uisum Veneri uictrici: uoti Cęsaris ignarus. Amici: & exercitus omnis his confisi lętabant: & ut ad cętera imprudenter cū impetu: & cōtemptione/sic ad bellū quasi iam confectū ferebāt: quoq; e numero pleriq; tabernacula lauro adornarant contubernij causa.

Elatio ob uictoriam quid agit.

Rex regum: & Agamemnon Pompeius appellatus.

Attende.

Pugnę instructio a Pompeio.

Cęsaris prudentia.

Sacrificia Marti: & Veneri.

Iuliorū genus unde.

Signa futuri casus.

Fulgor.

Victimę fuga.

Apes.

Trepidationē attende.

Mirabile insomniū.

Serui quoq; dapes opipare inſtruebāt. Erant qui de Cęſaris ſacerdotio inter ſe contenderent: quę omnia Pōpeius ueluti rei militaris peritiſſimus abhorrere uidebatur: ac ſuper his turbatus diſſimulabat: tacebatq; ambiguitate ductus: ac timore: quaſi non ulterius imperaret: ſed ab illis potius regeretur/ cum ex neceſſitate pręter ipſius uoluntatem pugnam cogeretur inire: Tantum homini magnifico: & cui uſq; ad id tempus proſpere ceſſiſſent omnia/ timiditatis uidet affuiſſe: uel q̄ utilia diiudicans illis non confideret: ſed ad aleam tot uirorum ſalutē eſſet poſiturus: propriā inſuper gloriam: quam inuictā pręſtitiſſet ſiue diuinatione quadā aſpirāte/ proprius ex malo terreret: cū die illa & tanto caſurus eſſet principatu/ hoc ſolum amicis prędixit fatus dicit. Diem illam quicunq; victoria potitus eſſet/ magnarum romanis calamitatū futurū cauſam: deinde aciem eduxit. Quamobrem eius mentem a timore conſternatā non nulli intuentes/ non immerito exiſtimaſſe credunt/ Pompeium ſi uicciſſet/ neutiq; monarchiam fuiſſe poſiturum. Vtriuſq; exercitus: ut mihi uidetur/ dubia multorū dicta perſcrutanti/ romanorum maxime: qui ueriſimiliora de Italis uiris perſcripſere: Quibus potiſſimū fidentes/ ſociorū ueluti aliena auxilia haud multi exiſtimāt: & modicū illis incrementū adijcere arbitrant: huiuſmodi fere fuit. Cęſar duo ſupra uiginti millia militū ſecū habuit: inter quos equites circa mille annumerantur. Pompeiū bis totidem ſecuti ſunt: in quibus ſeptem millia equitū fuere. Qui autem de his ueriſimilia loqui exiſtimantur: ſeptuaginta millia Italorum hoc prędio in unū concurriſſe memorant. Qui minorem numerum deſcribunt ſexaginta millia. Qui rem in maius extollunt quatercēta millia extitiſſe aiunt. Horū ſexcuplum Pompeio. Alij tribus ex partibus duas illi aſcribūt: Tantum inter ſe diligenter perſcrutātes ambigere putantur. Quoquo modo res ſe habuit: uterq; maxime ſpem in Italis uidetur

Timiditatem nota. Alea.

Augur Pompeius.

Summa copiarū Cęſaris: & Pompeij. Exercitus Cęſaris.

Attende ſpem. maxime in Italis.

poſuiſſe. Sociorũ quidem Cęſaris: equites celtę: ac celtarũ: qui ſupra alpes incolunt numerus fere alius. Greçorum ad hos auxilia acceſſerant Dolopes: Acarnanes: Aetoli. Hęc Cęſaris exercitus ſumma fuit. Pompeio orientis nationes omnes magno numero aſtiterãt: partim in equis: partim pedeſtribus ſuffultę copijs. E greçia Lacedęmonij ſub proprijs diſtributi regibus: & ex Peloponneſo alij. Boetij pręterea cũ ipſis aderant: & Athenienſes in caſtris. Vtriſq; igitur preçonis uoce proclamantibus minime iniuriam exercitui inferre ueluti legum latores ſacros ad gloriam conuerſi belli: quaſi pro romanorum dignitate pugnaturi Pompeio adheſerant. Ex greçis modicum quid. uerũ quicunq; in circuitu maris orientem uerſus incolunt fere omnes ad eũ uenerant/ Thraces uidelicet: Helleſpontij: Bithynij: Phryges: Iones: Lydij: Pamphylij: Piſidę: & Paphlagones: Cilicia ad hęc & Syria: Phœniceſq;: & Hebreçorũ genus. Arabes quoq; bis finitimi. Cyprij inſuper: & Rhodij: & Cretenſes fun ditores: & inſulares alij. Cõuenerant & reges: ac dynaſtę auxilia ſecum afferentes. Deiotarus orientaliũ Galathaq; tetrarcha: Ariarathes Cappadocũ rex. Armenios intra Euphratem incolentes Taxiles princeps adduxerat. Armenios uero ſupra Euphratem Megabates/ Artapi regis preçfectus. Alij pręterea inferiores potentia dynaſtę ad belli laborem una ſe contulerant. Ferunt & ex egypto naues ſexaginta ad illũ perueniſſe: Et ex egyptijs regibus Cleopatra/ fratre puero adhuc exiſtente. Veq; hę quidem bello minime interfuere: Non enim alię naues ad id acceſſerant: ſed Corcyrę in ocio cũ ceteris degebant. Quod a Pompeio minus prudenter factũ exiſtimat/ cum claſſem neglexiſſet: qua longę prępotens/ omnem: qui ad hoſtes ferebat commeatũ facile auferre potuiſſet. Is autẽ terreſtibus frętus copijs/ uiris ex longo labore aſſuetis: & ĩ prelijs ferocioribus ſeſe immiſcuit. Ceterũ eos ad Dyrrhachium ſeruantem infelicitas

Pompeij copię.

Deiotarus.

Ariarathes rex.

Taxiles.

Megabates.

Cleopatra.

Pompeianotū leuitas & imprudentia.

quedam ad hęc tempora/ Cęſari potiſſimū accōmoda uidetur adduxiſſe. Ob hęc quippe Pōpeij exercitus leuiter elatus imperatorē ſuum ſupergreſſus eſt:& in bellum minus prudenter ſe cōuertit.Sed hęc ita deus ſtatuit: ad imperiū: quod nūc uniuerſa obtinet tranſferre meditatus. Tunc uero uterq; eorū copias in unū congregans hortari nitebatur: Ac primum Pompeius ſic exorſus eſt. Vos quidem o commilitiones huic labori

Adhortationes ad exercitus lege.

Pompeij oratio.

pręſidetis: magis q̄ ab alijs uobis imperetur.Nam cū Cęſarem diutius macerare in animo eſſet: Ipſi hanc pugnā inire deposciſtis. Vt igitur belli cōſultores: paucioribus longe plures inſurgatis/ cōtemnite eos:ut uictores uictos decet:confectos ętate/ iuuenes: & plura perpeſſos: quibus integrę uires manent: Tanta ulterius potentia adeſt:tam ingentes apparatus. Ad hęc conſcientia cauſę optima.Pro libertate enim: & patria pugnamus/ iure legum freti:opinione recta:totq; pręcellentibus ſtipati uiris: quorū pars Senatorij ordinis eſt: pars equeſtris/ aduerſus hominem per lattocinia imperiū ſibi uendicantem. Ite igitur ut dignū eſt cum bona ſpe/ eorū fugam cum ad Dyrrhachium eſſetis:ſignorumq; numerū: quę unica die ab illis ademiſtis/ in conſpectu ueſtro pręponentes. Sic Pompeius elocutus eſt. Cęſar ecōtra ſuis militibus hęc ediſſerit.Quę difficiliora nobis fuerant amici iam euicimus.p fame quippe:& inopia cum uiris decertamus. Hęc dies cunctorū afferet iudiciū. Recordemini eorū quę ad Dyrrhachium mihi promiſiſtis:& quę me intuente iureiurādo confirmaſtis/ cū ad inuicē ſuccenſeretis nō niſi uictores eſſe redituros. Hi ſunt cōmilitones aduerſum quos ab herculeis acceſſimus columnis: qui nos ex Italia effugiunt: qui per decē belligerantes annos: ac tot hoſtes: uictoriaſq; adeptos ex Hiberis:Celtiſq;:ac Britannis/quatercentis fere nationibus patrię additis/ ſine honore: ac triūpho: doniſq; reijciūt:Quibus nec ipſe cū iuſta peterem quiui ſuadere:

Cęſaris oratio.

Herculeę columnę.

qui meritorũ gratias nobis renuunt. Noſtis quę ſine ulla ambitione poſuerim/ cum quippiã ab illis iuſticię: pietatiſq; ſperarem. Horũ omniũ uindices in unum mihi adeſte: & meę erga uos/ ſi quid uobis eſt ingenij: fidei: curęq; reminiſcamini: Liberalitatis pręterea: ac munerũ: que uobis cõtuli. Non enim difficile admodum tyrones: inexpertoſq; uiros ab his: qui labores: ac prędia experti ſunt pugna ſuperari. Ad hęc iuuenili ter ad inordinationem: & diffidentiam ducis conuerſos: quem ego ad hoc bellum trepidantem: inuitumq; deſcendere certo ſcio/ fortuna iam deſuetum: ſegnitię ad omnia tardum iam effectum: neq; imperantem magis/ q̃ ſuorũ imperio parentem. Et hęc pro Italis ſolum loqui me arbitremini. Sociorũ quippe nulla ulterius a uobis cura: aut ratio habenda eſt: neq; cum illis pugnandum a uobis credite. Mancipia quidem illi e Syria: Phrygia: & Lydia ad fugiendum continue: ſeruiendumq; parata: quos ego clare expertus ſum: & uos ſtatim intuebimini: & Pompeium ipſum neutiq; ad ordinẽ belli propinquantem. Italos itaq; duntaxat inſequamini. Et ſi forte ſocij uice canum uos circũcurrerint: aut tumultum concitarint/ eos auertentes ueluti cognatis ueſtris parcite: ſocijſq; ueſtris ad illorum terrorem pariter utamini. Ante omnia uero efficite/ ut eorum: quę polliciti mihi eſtis/ non ĩmemores uos intuear: & uictoriã potius q̃ mortẽ eligentes diruite ad pugnam accurrentes mœnia: foſſas ueſtras obruite/ ut nihil niſi uictores abeamus. Videant nos hoſtes ipſi deſtitutos caſtris: ſciantq; quoniã ex neceſſitate nobis iniunctũ eſt in eoꝝ tabernaculis caſtra ponere. Hęc effatus ueteranoꝝ ad duo millia e caſtroꝝ cuſtodia emittit. Hi muris egreſſi magno ſilentio foſſas ęquauere terra. Videns igitur eos Pompeius/ cũ non nulli fugam ab illis meditari crederent: audacia eorũ cognita/ ſuſpirio palam conqueſtus eſt: Se ad pugnam cum feris acceſſiſſe/ famem patientibus: quę dignũ ferarum eſſet pharmacũ. Cęterũ nec ulterius cedendũ uidebatur:

Itali.

Optima adhortatio.

Faceta Pompeij querela cum ſuſpirio.

Enipheus fluuius.

Ordo acierũ Cęſaris: & Pompeij.

Scipio: Domicius: Lẽtulus: & Affranius Pompeij duces.

Sylla: Antonius: & Brutus Cęſaris duces.

Nouũ pugnę genus.

rebus omnibus iam i enſis mucrone cõſiſtentibus. Eam ob rem ad quattuor Italorũ millia ad exercitus curã derelinquens/ cęteros omnes inter Pharſalum oppidum: Enipheumq; fluuiũ ad pugnam inſtruit. Quo in loco Cęſar copias ſuas pariter eduxit. Ac primũ Italos uterq; eorum in tres acies diuiſos in fronte collocauit/ modico interuallo inter ſe diſtãtes. Supra hos equites p partes cornibus attribuit: quibus ſagittarij: & funditores admixti inerant. In hunc modum Italorum natio ab illis diſtributa eſt: qua maxime uterq; eorum confidebat. Sociorum uero copias ueluti ad oſtentationẽ quandã protuletũt. Pompeio ſociorũ copię aderant multiformes; uariatũq; linguaꝝ: ex quibus Pompeius Macedones: Peloponnẽſes: Boetios: atq; Athenienſes ob ordinẽ: ac ſilentiũ a cęteris ſelectos phalangi Italicę adhęrere uoluit. Reliquos quemadmodum Cęſar arbitratus eſt: extra ordinem per patrias diſtinctos: & in ſubſidijs manentes: cum ad manus uentum eſſet/ hoſtes circundare: & illos inuadentes ſimul inſequi mandauit. Cęſaris pręterea exercitũ nullo ualli munimine firmatum ĩ prędam ponere. Phalangem in medio regebat Scipio Pompeij ſocer. In ſiniſtro cornu Domicius. In dextro Lentulus conſtitit. Affranius: ac Pompeius exercitus curę pręfuere. Cęſari duces aderant Sylla: Antonius: & Brutꝰ. Cęſar ipſe ut aſſueuerat legioni decimę pręſedit. Quod intuentes hoſtes/ precipuos equitum contra illum collocarũt: ut plures exiſtentes/ ſi potis eſſet/ eundem omni ex parte circundarent. His perceptis Cęſar audaciores ex omnibus pedites/ uſq; ad trium millium numerũ in ſubſidijs locat: iubetq; ut cum primum hoſtes acies circũcurrentes uiderint/ ſubito exiliant: unaq; proſilientes rectis telis hoſtiũ facies inuadant. Non enim iuuenes: & inexpertos hęc ipſa intuentes/ uultus diſcrimina facile laturos eſſe. Sic uterq; exercitũ ad inuicẽ conſtituit. Singulos itaq; circũeuntes: & quę opportuna forent diſponentes ad audaciam adhortabantꝰ. Ad hęc mãdata illis proponebãt.

Cęſar uictricẽ Venerem: Pompeius Herculem inuictũ in auxilium uocabat. Cum omnia in bellum parata eſſent/ diutius magno ſilentio īmoti conſtitere: ueluti ambigentes adhuc: & deſides: ſeq; alterutrũ intuentes/ quis prior pugnā iniret morabantur. Multitudo enim quę nullius commiſeratione commota fuerat/ tam numeroſo Italorũ cõſpecto exercitu: qui belli unius diſcrimen eſſet ſubiturus/ cum uirtutẽ utraq; ex parte in iudicium uenturam cerneret cœpit miſereri: potiſſimũ cũ italos italis aduerſos intueretur. Appropinquante deinde malo/ ambitio: quę eorum mentes inuſſerat: atq; excęcauerat/ extincta eſt: & ad trepidationẽ demũ: timoremq; conuerſa. Ratio quippe cum laboris gloriam diligentius expenderet/ periculũ quoq; metiebatur. Cauſam pręterea: qua duo inter ſe de ſuperioritate contenderent: & ſeipſos pro ſalute propria periculo ſubijcerent: ut qui uictus eſſet/ ne in ultimis quidem locum foret habiturus. Tantam bonorũ multitudinem propter illos interire. Subit deinde recordatio ueteris affinitatis: atq; amicitię/ q̃ multa: & pręclara p dignitate: & gloria inuicẽ egiſſent: nunc autẽ gladijs inter ſe: armiſq; contenderent: omnes quoq; ſub illis militantes ad ſimile bellorum facinus adducerent: qui einſdem eſſent caritatis ciues/ ſimul cognati: amiciq;: nõ nulli fratres. Nam id quoq; nec in acie illa defuit. Nam inter tot uirorũ millia: qui in unũ concurrebāt/ multa pręter opinionem & admiranda cõtigere: quę quiſq; animaduertens/ acri pœnitentia eo in loco repletus eſt. Et ueluti ea die eorũ: qui in terris ſunt/ uel primus: uel ultimus futurus eſſet/ magno ſtupore in dubiũ cõuertit omnes. Vtraq; etiã ex parte lachrymas emiſiſſe ferunt: cũ ut ſe amplius intueri poſſent/ dies illa uideret eripere. Omniſq; Itala natio magno ſilentio īmota perſtitit. Videns itaq; Pompeius ſocioꝝ copias/ huiuſmodi p̃ſpectu terrefactas: ueritꝰne pugnę initio cõfuſio ab illis protinus emergeret/ belli

Attende rem miram.

Crudele ſpectaculum.

Recordationẽ attende.

Aduerte lachrymas.

Malum ſignum.

Pharſalicę pugnę initium.

ſignū ultro protulit. Cui ex aduerſo a Cęſare conclamatū eſt: ſtatimq; tubarum ſonus/ & lituū clangore erecto uniuerſos excitat: & utpote in tam profunda multitudine/ pręcones: & pręfecti binc inde diſcurrentes/ exercitum per partes hortabātur. At illi ardue admodū miro ſilentio: & horrore/ magnis experti in pręlijs inter ſe concurrunt. Cum in proximo uentū eſſet: primū ſagittis: fundiſq; bellari cœptum. Equites quoq; peditibus admixti/ breui in ſpacio pugnam iniere. Pręualentes igit Pompeij milites/ legionē decimā circundare feſtinant. Signo a Cęſare elato/ qui in ſubſidijs conſtiterant ſubito accurrūt: & ad equites delati/ erectis pilis ſeſſorum facies inuadunt. Illi boſtiū audaciam: plagaſq; in os illatas non ferentes/ nullo ordine fugā capeſſunt. Eo loci peditatū omnē/ depulſis Pompeij equitibus: Cęſaris equites inuadunt: circundantq;: qui prius ab illis circundari timuerāt. Quod animaduertens Pompeius peditibus

Pompeij mandatum nota.

edicit/ ne ſe ulterius in eos uertūt: neq; a phalange longius excurrant: aut telis cominus utant: uel eminus diſtantes/ iaculis e manu miſſis inſurgētes repellāt boſtes: Quod mādatū cū circuitionis diſcrimen imminet nō nulli utile arbitrāt eſſe. Cęſar autem in epiſtolis id pugnę genus maxime contemnit. Plagas enī ex impetu factas potentius infigi: uiroſq; ab incurſu promptiores eſſe: Immorantes uero tepeſcere admodū: ac refrigerari putat: Audacter quoq; ob firmitatem inſurgentibus/ ueluti ſignū quoddā ſeſe offerre. quod & tunc fieri contigit. Decima quippe legio aſſiſtente Cęſare/ leuam Pompeij aciem: quę ab equitibus deſtituta fuerat/ circunquaq; percutrit: & latera eius omni ex parte immobilis/ telis: miſſilibuſq; cōfodit: quoad cōturbatis omnibus ī fugā uertit: quę res uictorię auſpiciū illi attulit. Reliqua interim multitudo uulneribus: nece: uario belli opere ſtrepebat: nec tamē uel unica uox ī tam immēſa phalange tot inter ſe pugnantibus audiebatur: nō beiulatus morientiū: aut ferro petitorū: ueq; fremitus: & ſuſpiria omni ex parte

Cęſar in epiſtolis.

Victorię Cęſaris auſpicium.

Mirum lege.

reſonabant: eorum maxime: qui quo in loco conſtitiſſent/ ho-
neſte occubuerant. Sociorū uero copię ueluti certaminis huius
ſpectatores quidam/acierū ordinem formidine: metuq; reple-
uerant: non Cęſaris caſtra ob admirationē aggredi auſę: paucis
quibuſdam ueteranis adſernantibus/ nihil aliud q̄ ſtantes tre-
pidabant. Sed cum ſiniſtra Pompeij acies/ hoſtibus cedere: &
iam moueri: implicariq; cœpiſſet/ ſocij omnes in fugam uerſi:
nullo ordine clamare occipiunt/Superati ſumus. Deinde taber
nacula eorū: ac caſtra ueluti aliena inuadentes: diripienteſq;:
quocunq; licuit uarie ſpargunt̄. Iam reliqua Italorū acies intel-
lecta clade: paulatim/q̄q̄ ſeruato ordine a potentioribus tutata:
pedem retrahebat. Incumbentibus poſtremo/ut in uictoria ho-
ſtibus/& ipſa pariter in fugam conuerſa eſt. Qua in re aſtutiſ-
ſime quidem Cęſar/ ne ad pugnam denuo rediret: nec unius
pręlij: ſęd totius belli opus adimpleret egiſſe uiſus. Pręcones
enim acies diſcurrere: & a romanorum cęde omnes temperare
iubet: ſolū ad ſocios afferre manus. Victis deinde propius ad-
moti/ intrepidos manere admonent. Id cum unus ab alio intel-
ligeret/ omnes conſtitere. Et iam Pompeianorū id unicum ſi-
gnum erat/ tute permanere. Cęteris deinde Italorū more con-
ſiſtentibus: ſimilemq; uocem edentibus/ diſcurrentes Cęſaris
milites/ ſociorum copias nullo pręſidio munitas interficiunt:
ob idq; ingentem edidere ſtragem. Pompeius militum ſuorū
conuerſione perſpecta/mente collapſus ab exercitu receſſit: in-
deq; in tabernaculum delatus/ ſine uoce aliquandiu perſtitit:
quemadmodum Telamonium Aiacem in Ilio paſſum fuiſſe
memorant/ inter medios hoſtes a fortuua deſtitutū: Reliquo-
rum pauci ab exercitu abire auſi/ pręconis uoce eos a Cęſare
tutos pollicente. Accurrētibus deinde hoſtibus per partes diſ-
ſipati ſunt. Finiente iam die/ Cęſar per exercitum prouectus:
ut manerent pręcabatur: donec Pompeij caſtra recepiſſent.

Magnanimi uiri.

Sociorū Pompeij ti-
mor: & fuga.

Stratagema.

Attende.

Belli Pharſalici uicto-
ria a Cęſare.

Strages.

Victus Pompeius.

Aiax Telamonius.

Ilium.

Optimus imperator Cęſar.

Minus labores in ſpe: ac proſperitate ab hominibus ſentiri nota.

Attende Pompeij uerba.

Pompeius Lariſſam.

Numerus interfectorum in bello Pharſalico.

Lucius Domicius.

Aſinius Pollio inſignis orator.

Belli Pharſalici finis.

Attende muneta.

Hunc Craſinum nominat Lucanus.

De Craſino memorato memorabile facinus lege.

Quippe ſi hoſtes per diem unicam uires aſſumpſiſſent/ uictoriam denuo habituros eſſe. Sin caſtra: & exercitum ſimul occupaſſent/ bellū omne iam eſſe profligatū. Ad hęc manus ad eos protendebat: & curſu prior antecedebat. Quorum igitur a labore corpora exhauſta fuerant accendit animos/ cū ducē ipſos pręeuntem aſpexiſſent. Erexit ad hęc etiā eos ſpes: ac felicitas geſtarū rerum/ ut caſtris potirentur: & quęcunq; in illis eſſent ſibi aſſumerent. Homines quidem in ſpe: ac proſperitate minus labores ſentiunt. Sic igitur omnes incumbentes magna ui aduerſos pepulere. Pompeius his inſpectis/ ex tam lōgo ſilentio hoc ſolum dixiſſe fertur. An ad caſtra & hi noſtra? Quibus dictis mutata ueſte conſcendit equū: quattuorq; ex amicis eum comitantibus/ nullo in loco curſū intermiſit: quoad exorta luce Lariſſam tandē uenit. Cęſar ī Pompeij tabernaculo: quemadmodū ſe facturū dixerat conſedit: & quę illi in cœna apparata fuerant ſibi aſſumpſit. Itidem & reliquus exercitus ex hoſtium epulis recreatus eſt. Cecidere hoc in pręlio ab utraq; parte/ Italorū quidem (nō enim ſociorū copię ob multitudinē contemptūq; annumerant) E Cęſaris primū exercitu turmarū ductores ad numerū triginta: armati ducenti. ut alij ſcripſere mille: & ducenti. Ex Pompeij uero partibus Senatores decē: quorū e numero fuit Lucius Domicius/ olim Cęſari in Gallia ſucceſſor deſtinatus: equeſtris ordinis ad quadraginta ex illuſtrioribus. Ex reliquo autē exercitu: qui rem in maius extollūt/ q̄nq; ſupra uiginti millia cecidiſſe aiunt. Cętęq; Aſinius Pollio qui ſub Cęſare ea ī pugna militauit/ ſex millia ex Pōpeij exercitu interiiſſe ſolū ſcribit. Et hic finis admirabilis illius circa Pharſalū belli fuit. Cęſar munera quidē prima: & ſecūda ex omnibus ꝓtulit: faſſus eos egregie pugnaſſe: & cū ipſo legionē decimā. Tertia Craſinꝰ turmę ductor habere meruit. Is cū Cęſar pugnā ingrederet: & ab eo quid ſperaret expoſceret/ elata uoce Vincemus

inquit o Cęſar: & me hodie/ uel uiuū: uel mortuum recipies. Exercitus autē iſte/ me ad quaſcunq; accurrentē acies: & multa pręclara: & illuſtria agentem intuebitur: teſtiſq; erit uirtutis meę. Inter cadauera itaq; repertus muneribus donatus eſt: quę cū illo ſepulchro illata ſunt: quod inſigne prope ſtragem/ Cęſaris mandato/ erectū conſtat. Pompeius ex Lariſſa ſimili curſu ad mare uſq; delatus eſt. Eo loci paruam ingreſſus cymbam: cum adnauigantem nauē offendiſſet Mitylenas peruenit. Aſſumpta igitur Cornelia uxore. triremibus quattuor comitatus: quę a Rhodijs: & Tyrijs ad eum uenerāt/ Corcyram tunc quidem: & libyam prętereuectus eſt: quo in loco exercitum alium & nauticos habebat apparatus. Ad orientem itaq; conuerſus: Parthos/ ueluti ab illis opem petiturus/ nulli patefacto interim conſilio adire ſtatuit: quod pene cum in Siliciā ueniſſet amicis rettulit. At illi a Parthis abſtinendū ſuadebāt: qui nuper Craſſo inſurrexiſſent: & adhuc ob eius cladem elatiores ſpiritus haberent: nec Corneliam ſingularis formę mulierē in eorū poteſtate committendā eſſe: maxime cum e Craſſo eſſet genita. Cū in ęgyptū demū ire ſtatuiſſet: uel ad Iubam potius ſe cōuerteret/ amici repudiatis Iubę rebus: utpote quę nullius ęſtimationis: aut glorię/ futurę eſſent/ Aegyptū ut adiret ſuaſere: finitimam regionem: & principatu ingenti prędita: felicem prętерea: ac potentem nauibus: frumento: pecunijſq;. Cuius reges q̄q̄ puerili in ętate eſſent/ Pōpeio tamen paterna caritate obſequerent. His permotus Pōpeius ad ęgyptū ſe conuertit. Cleopatra ęgypto eiecta: quę cū fratre regnū ſimul obtinebat/ exercitum circa Syriā in fratrē apparabat. Ptolemęus ea tempeſtate prope Caſſiū ęgypti/ Cleopatrę inſultus morabat. Ita caſu quodam incumbēte uento/ Pōpeius ad Caſſiū defert. Inſpectis copijs: quę plurimę ī littore cōſtiterāt/ a curſu tēperauit: meditatus (quod re ipſa fuerat) adeſſe regē. Prędmiſſis nūcijs amicitiā:

Craſſinus mortuus a Cęſare muneribus donatus.
Pōpeij fuga ex Lariſſa.
Mitylene.
Cornelia Pōpeij uxor.
Rhodij. Tyrij.
Corcyra. Libya.
Pompeij animus ad Parthos.
Sicilia.
Amicorū conſilium ad Pompeium.
Craſſus.
Pompeius in ęgyptū.
Iuba.
Aegypti laus.
Cleopatra.
Ptolemęus.
Caſſium.

quam cũ patre eius habuiſſet exponit. Rex tertium ſupra decimum ętatis annũ iam attigerat. Exercitũ eius Achillas quidam

Achillas dux.

adſeruabat. Pecunias uero Pothinus nomine/ eunuchus: qui

Pothinus eunuchus.

confeſtim de Pompeij aduentu inter ſe conſultare incipiunt.

Theodotus rhetor.

Aderat & Theodotus Samius rhetor/ pueri regis pręceptor. Hi

Proditio in Pompeiũ.

nefandum inuicem negociũ animo uoluentes/ Pompeiũ interficere conueniunt/ quo Cęſari morẽ gererent. Approbato deinde cõſilio/ cymbam eximie ornatam ad eum mittunt: uelúti mari importuoſo eo in loco exiſtente: nec a maioribus nauibus adiri facili. Miniſtri porro regij cymbam inſcenderant/ & cum

Sempronius.

his Sempronius uir romanus: qui tunc forte regi aſſidens/ alias cum Pompeio militauerat. Is dextram regis nomine Pompeio obtulit: & ad amicũ filium tute monet accedere. Inter hęc exercitus/ ueluti Pompeio honorẽ prębiturus/ iuxta littus in acie conſtiterat: & rex inter medios purpurea amictus ueſte prędebat: Quorũ aſpectu Pompeius ſuſpitione motus eſt: cũ exercitus ordinem: cymbę ornatũ intueret̃/ potiſſimũ cũ nec ad ipſum acceſſiſſet rex: nec ex ſuis digniores pręmiſiſſet. Hunc

Sophoclis Iambum nota.

ſolum itaq; Sophoclis Iambum protulit. Qui ad tyrannũ proficiſcit̃ illius ſeruus eſt: q̃q̃ liber ſit. Quo dicto cymbam trepide eſt ingreſſus. Cum in alto longe abeſſet/ internauigandum magis adhuc de Sempronio cœpit ſuſpicari/ ſiue q; romanũ hominem ſecum olim militantem noſceret: ſiue q; ſolum adeſſe cerneret: quaſi ob militaris diſciplinę ęmulationem imperatorem ſuum eſſet inuaſurus. Ad illum itaq; conuerſus/ Tene inquit ego cognoſco o miles? Cui ſtatim ille annuit. Deinde ſe

Pompeij magni interitus.

conuertentem primus perculit: cęteri uero inſecuti ſunt. Vxor itaq;: & amici eius hęc a longe intuentes/ heiulati: gemituq; ad deos fœderum uindices/ manus tollere: nullaq; interiecta mora claſſem ab inimico littore auertere cõtendunt. Caput Pompeij a buſto abſciſum: & a Pothino Cęſari/ magno pro munere ſeruatũ. Vex̃ idem tam nefandi ſceleris meritas luit pœnas.

Reliquũ corporis in littore ſepultũ a quodam/ tumulo inſigni addito: cui ab alio inſcriptum fuit. Templi pondus erat modica qui clauditur urna. Procedente tempore/ cum tumulus ſub arena eſſet obrutus: ſtatuę etiam: quę Pompeio a neceſſarijs eius circa Caſſium/ ex ęre erectę ſteterant/ in templi aditu/ iam uetuſtate exeſę ſeruarentur/ ętate mea ab Hadriano imperatore ſumma diligentia perquiſitę: & inuentę ſunt/ cum ad partes illas acceſſiſſet. Tumulus quoq; mãdato eius perpurgatus: ſtatuę erectę/ ſic ut denuo ab omnibus dignoſci poſſet. Et hic finis uitę Pompeio fuit: a quo tam ingentia prędia exanhelata ſunt: cuius opera romanorũ imperium in maius adauctum: ob quę magni cognomen habere meruit/ cũ a nemine antea eſſet ſuperatus: ſed ab adoleſcentia uſq; inuictus fuiſſet: ac beatus. A tertio quippe: & uigeſimo uſq; ad octauũ: & quinquageſimũ ętatis annum monarchię prędfuit/ ſumma potentia uſus: & ut opinio fert/ ob Cęſaris çelũ/ populari fauore in principatu poſitus. Lucius igitur Scipio Pompeij ſocer: cęteriq; quicunq; illuſtriores a Pharſalica pugna perfugerant/ ad Catonẽ Corcyrã uerſus abiere: qui ad alterius exercitus curam: trecentarumq; triremium cuſtodiam prętor relictus fuerat. Itaq; quicunq; ex ipſis clariores extitere/ Pompeij copias: claſſemq; inter ſe partiti ſunt. Caſſius in Pontum ad Pharnacem profectus eſt/ ut in Cęſarem illum excitaret. Scipio & Cato in libyã enauigarunt Vari fiducia: & exercitus: qui cũ illo adſeruabatur: Iuba Numidarum rege pariter cum illis ad bellum conſpirante. Pompeius autem primogenitus Pompeij filius: Lauiniuſq; cum eo copiarũ partem deducentes/ in hiberiã ſunt profecti: quam ad ſe aſciſcentes/ exercitũ alium ex hiberis: celtiberis: ſeruiſq; in unum congregarunt: ſic ut longe maiore impetu aſſurgerent: Tantę adhuc uires ex Pompeij apparatu ſuperfuerant: quas idem infelicitate quadã dereliquerat in fugam uerſus. Cũ autẽ qui in libya conuenerant/ Catonem ipſis ducem poſtularent:

Breue eulogium.

Statuę ęreę.
Hadrianus imperator.
Quo tempore Appianus.

Nota de Pompeio.

Poſt Pharſalicã uictoriam a Cęſare lege quid Pompeiani.
Lucius Scipio.
Cato.
Caſſius.
Pharnaces.
Initium alterius belli.
Pompeius iunior.

Lauinius.

Lucius Scipio impe/ rator.

Poſt adeptam uicto/ riam aduerte quid Cęſar.

Theſſali.

Athenienſes.

Attende gloriam.

Helleſpontus.

Caſſij defectio ad Cę/ ſarem.

De Caſſio eodem: & Cęſaris felicitate: deinde interitu a memorato Caſſio nota.

Ionij. Aeoli.

Cato conſulatium prędentia commotus/ id munus renuit: qui dignitatis cauſa eo in loco legati aderant: cum ipſe in urbe prę/ tor duntaxat extitiſſet. Lucium itaq; Scipionē imperatorē ele/ gere: cum quo magnę adhuc copię conſpirauere ad bellum. Et hi duo potiſſimū exercitus ęſtimatione digni/ ex libya: & hi/ beria in Cęſarem una uires aſſumpſerunt. Cęſar poſt adeptam uictoriā per duos dies in Pharſalo cōmoratus eſt/ ſacris inten/ dens: exercitūq; e prędio defeſſum uiciſſim recreans. Eo ī loco Theſſalos: qui cū ipſo depugnauerāt liberos eſſe iuſſit. Athe/ nienſibus prędterea ueniam petentibus facile cōceſſit: his uer/ bis uſus. Sędpenumero uos ueſtri culpa ad interitum redactos: maiorū ueſtrorū gloria ſaluti reddidit. Tertia die orientē uer/ ſus caſtra mouit/ fidem Pompeianę proſecutus fugę. Cum ad helleſpontum peruenīſſet/ triremiū inopia ſcaphis exercitum traducere compellitur. Caſſius fortuna quadam triremiū par/ te comitatus/ adnauiganti obuius fit/ cum ad Pharnacem pro/ peraret. Et q̄q̄ triremiū numero/ aduerſus paruas rates tute de/ pugnare poſſet/ Cęſaris tamen felicitate cōterritus: cuius fides perſpecta erat: uires formidandę/ eundem conſulto aduauiga/ re ratus/ a trireme in ſcapham/ porrectis ad eum manibus ultro deſilit: ueniaq; impetrata triremes omnes illi tradidit: tantum potentię Cęſaris felicitas ſibi aſciuerat. Nō enim ego aliā con/ tēplor rationē: neq; opus aliud excogitare poſſum ī tanta tem/ poris difficultate/ tantū illi fortunę ſucceſſiſſe/ ut Caſſium uirū bellicoſum/ octoginta triremibus aduerſus nauigantem: ac illi imparato occurrentē adeo terruerit/ ut nec ad manus cū eodem accedere ſit auſus. Nam is: qui tam turpiter ex timore ſe illi de/ derat/ poſterius romę imperantem neci tradidit. Qua ex re ſa/ tis conſtat/ longe ampliorem ex fortuna Cęſaris tunc illi timo/ rem affuiſſe. In hunc modum prędter opinionem ſaluatus Cę/ ſar/ ſuperato helleſponto/ Ionijs: & ęolis: cęteriſq; nationibus

cheronnesum magnã incolentibus: quam uno nomine Asiam minorẽ uocant: per legatos deprecantibus ueniã concessit. Audiens pręterea Pompeiũ in ęgyptũ pertransisse Rhodũ peruenit: neq; ulterius expectato exercitu: qui ad eum ꝑ partes accedebat/ Cassij: & Rhodiorũ triremibus assumptis/ cum pręsentibus duntaxat classem ingressus est: neq; ulli patefacto itinere circa uesperã cursum mouet: reliquis gubernatoribus ut classis sue signũ per diem sequerentur admonitis. Gubernatori autẽ proprio/ cum iam a littore longe abesset/ Alexandriam uersus uela iubet exponere. Sic tribus diebus pelago prouectus Alexandriã peruenit. Eo loci ab regijs ministris benigne receptus est: cum rex moram circa Cassium adhuc ageret. Ac primum quidem ociositatem quandam ob adsistentiũ sibi paucitatẽ simulare cœpit. Nam ad eum accedẽtes perhumane recipiebat: & urbem circũuectus pulchritudinem eius admirari uisus: & disputantibus philosophis ĩ multitudine pręsens adstitit. Quibus ex rebus gratiã apud Alexandrinos/ ueluti a negocijs omnibus solutus sibi comparauit. Adsistente uero exercitu/ Pothinũ quidem: & Achillam/ ob ea: quę in Pompeium perpetrauerant morte mulctauit. Theodotum demum fugientem Cassius cum in Asiam uenisset cruce suspendit. Tumultu ob hanc rem inter Alexandrinos orto/ cum regium exercitum in illum cõcitassent/ pluribus pręlijs circa regiam: & in maris littore certatũ est. Quo in loco cũ in mare desilijsset: & in profundo aliquandiu enatasset/ Alexandrini uestem ab eo ademptã/ in trophei modum erexere. Postremo iuxta Nilum cum rege certamen init: in quo uictoria superior euasit. Inter hęc per nouẽ menses commoratus/ tandem Cleopatram/ fratris loco ęgypti regnum iussit obtinere. Per Nilum quoq; quatercentis nauibus deuectus quo regionem perlustraret oculis/ cum Cleopatra simul adijt: multaq; alia ut illi obsequeretur effecit. Verum hęc singula ut gesta sunt: diligentius eo libro referuntur: qui

Cheronnesus: Asia minor.
Rhodus.

Aduentus Cęsaris in Alexandriam.
Quę in Alexandria peregit Cęsar/ initiũ hic.
Simulationẽ attende.

Pompeij interfectores a Cęsare morte mulctati.
Tumultum nota.
Plutarchus scribit Brutum eius rei auctorẽ.
Pręlia.
Nilus.
Pugna cum rege.
Superior Cęsar.

Liber Aegyptius ſuperius nō nominat.

de ęgyptijs inſcribitur a nobis. Caput Pompeij ad ſe delatum minime intueri uoluit: uerū ſepeliri ſtatim iuſſit. Templum quoq; perexiguū ante urbem condidit: quod indignationis ſacrū appellauit: & quod ętate mea Traiano imperatore iudeorum genus in ęgypto debellante/ ab Iudeis ipſis ad opportunitatem belli diſiectum eſt. Tam magna in Alexandria operatus Cęſar: per Syriam in Pharnacem copias mouit. Is quippe iam multa peregerat: & quaſdā romanoꝝ prouincias ſibi aſciuerat: & cum Domicio Cęſaris prętore depugnans ſplendide uictoriam adeptus fuerat. Qua ex re maximē elatus Amiſum urbē in Ponto ſitam: & romanorū fauentem partibus in ſeruitutem redegerat: Pueris quoq; eoꝝ manus abſcindi iuſſerat. Adueniente deinde Cęſare/ pauore: ac pœnitentia ductus/ cū per ducenta ſtadia longe abeſſet/ legatos pro pace ad eum miſit: qui coronam deferrent auream: filiam quoq; eius/ ob inſcitiam in matrimoniū illi traderent. Cęſar intellectis bis quę afferebāt: cum exercitu progreſſus eſt: & ipſe in primis anteire properauit: legatos uerbis detinens/ donec ad Pharnacis caſtra peruenisſet: Et hoc ſolum inquiens: an pœnas adhuc dabit hic patris interfector? equum aſcendit: & confeſtim a prima uoce Pharnacem in fugam uertit: plures quoq; cū equitibus: qui ad mille primo impetu ad eum uenerant occidit. Qua ex cauſa illum exclamaſſe ferunt. O beate Pompeij. ſimilibus poſt Mithridatē huius patrē/ occurrēs hoſtibus: & ob id magnus habitus: & magnus appellatus. Poſt pugnā deinde hęc romā pręmiſit. Veni uidi. uici. Pharnaces ī boſphori regnū quondā a Pompeio ſibi traditū libens abſceſſit. Cęſar nulla ad ociū intermiſſa mora/ tot bellis ipſum circūſtrepentibus in Aſiam peruenit: & in tranſitu urbibus: quę a tributis oppreſſę fuerant ius adminiſtrauit: quemadmodū a nobis in aſiaticis rebus perſcriptū eſt. Sentiens deinde ſeditionem in Roma coortam eſſe: & antonium equitū prefectum/ cōmeatū cum exercitu omni ex parte pręcludere:

Templum nota.

Item hoc tempore Appianus.

Traianus imperator.

Bellum in Pharnacē.

Quę in Syria peregit Cęſar.

Pharnaces Mithridatis filius.

Domicius Cęſaris prętor.

Amiſum urbs.

Pharnacis crudelitas.

Pharnacis legati ad Cęſarem.

Aſtutia.

Attende Cęſaris uerba.

Pharnacis fuga.

Irriſio.

Veni. uidi. uici.

Regnū Boſphori.

Belli finis in Pharnacem.

Attende de Aſiaticis librum alium.

Romã regreditur. Quo cum ueniſſet omnis ciuilis ſeditio extincta eſt. Verũ militum altera in eum inſurrexit: qui nec ipſi Pharſalico bello promiſſa capientes: neq; ex lege ulterius ĩ bello permanentes/ad propria redire properabant. Nam quędam illis infinita in Pharſalo: & alia etiam infinita/ cũ in libya bellum perfectum eſſet pollicitus olim fuerat. Tunc autem ad illos miſit unicuiq; mille drachmas perſolui iubens. Hi uero/nõ polliceri eum potius q̃ exoluere ſtatim admonebant: parumq; abfuit quin Priſcum Saluſtium ad eos miſſum bis de rebus interficerent: niſi q; idem fuga elapſus eſt. Quibus perceptis Cęſar legionem aliam militũ: qui urbem ſub Antonio ſeruabant: domui ſuę: urbiſq; egreſſibus iuſſit prędidere: ueritus ne milites ad rapinas ſe conferrẽt. Ipſe trepidantibus cunctis: & ut militum inſultum prędaueret admonentibus/ longe audacior ad eos diſſidentes in campum Martium profectus eſt: ita ut prius q̃ loqueretur in tribunali ſit conſpectus. Illi cũ tumultu inermes ad eum accurrere: & ut mos eſt/ inopine adueniente eo Imperatorem uenerati ſunt. Iubente deinde illo/ ut ſi quid de muneribus loqui uellent in conſpectu ſuo dicerent/ Nihil auſi ex pauore ſiluerunt. Cum autem moderatius a militia demitti omnes conclamarent/ſperantes eundem ob exercitus indigentiam ſub munerũ ſpe ad reliquos hoſtes deducturũ eſſe/de cõmuni opinione nihil ueritus/ Dimitto uos inquit. Stupentibus ipſis/multo magis ſubſecuto ſilentio/in hunc modũ fari cœpit. Dabo uobis omnia: quę pollicitus ſum: cum de cęteris triumphum agam. Quo inſperato reſponſo moti/ cum id ipſum lęte audirent/ uerecundia etiam oppreſſi ſunt. Ratio quoq; cum çelo ſimul incidit: quaſi eorum imperatorem hoſtium in medio relicturi eſſent: alijq; ipſorũ loco triumphũ habituri. Lucra inſuper: quę ĩ libya longe maiora conſecuturos ſe ſperarẽt amiſſuri: & uiciſſim Cęſaris: & inimicorũ eius futuri hoſtes. Qua ex re ampliore adhuc timore ex dubitatione conticebant:

Reditus Cęſaris romã.
Militum ſeditio in Cęſarem.

Perpropria militum reſponſio cum indignatione.
Priſcus Saluſtius.

Audaciſſimus uir.
Campus Marcius.

Attende aſtutum hominẽ in pertractandis militum animis.

Scrupulus.

Aduerte rationem cũ çelo.

Terribilis & aſtutus uir.

ſperantes Cęſarem quicq̃ illis daturum eſſe: ac ſimul ob neceſſitatem: quam in preſenti haberet pœnitentiam acturum. At ille ex aduerſo loqui deſijt. Amicis deinde/ ut aliud quippiam ad eos loqueretur ſuadentibus: & ne tam breui: ſuperboq; reſponſo plura militibus celaret admonentibus/ loqui exorſus: ciues militum loco habere ſe dixit. Quod diſcedentium a militia: & priuatam uitam ſubeuntiũ ſignum erat. Illi pœnitentia ducti: & ulterius non ferentes/ exclamare: ac precari: & ut ad militiam aſſumerentur expoſcere. Recuſante & id Cęſare: & a tribunali ſimul deſcendente/ milites multo acrius inſtare: & ut permaneret orare: & qui deliquiſſent pœna affici debere poſtulabant. Modicum igitur quid commoratus/ neq; diſcedens: neq; regrediens/ dubitationem ſimulare cœpit. Mox reuerſus neminem ex ipſis ſe punire uelle dixit: Angi tamen admodũ: ac dolere/ legionem decimam: quam in honore ſemper habuiſſet/ huiuſmodi tumultus preſtitiſſe cauſam. Hanc igitur ſolam ab exercitu meo inquit eximo. Dabo autẽ: quęcunq; uobis pollicitus ſum cum ex libya rediero. Dabo inſuper agros cum bella omnia confecta fuerint. Non quemadmodum Sylla a cęteris eripiens: quos illi haberent: & ſpoliatos cum his: qui acceperiſſent in unum habitare faciens: & ad inuicẽ hoſtes eos ſtatuens: Verũ populi agros inter uos diſtribuens: & ex meipſo neceſſaria ſimul adhibẽs. Plauſu & collaudatione ab omnibus elatis/ decima legio mœrore tabeſcebat/ Cęſarem ſolũ erga ſe implacabilẽ eſſe intuens: ſeq; ab illo ſortiri depoſcebat: & partem ex ea morte mulctari. Cęſar nihil cum illa contendere auſus/ cum indigeret adhuc/ cautius demũ pœnitentia deductam ſibi conciliauit: Indeq; in libyam ad bellũ ſe protripuit. A Regio itaq; urbe in pelagus delatus/ a Miſenia tandem Lilybęum deuectus eſt. Ibi Catonem belli apparatum cũ claſſe: & peditum parte in Vtica ſeruare intelligens/ tercentis romanorum additis: qui ſe belli conſultores fecerant: & Senatum ſeipſos

Magnus uerborum artifex.

Perſimilis hiſtoria.

Nota morem: qui adhuc hodie a quibuſdam principantibus ſeruatur.

Sylla.

Conciliationẽ nota Ceſaris cum militibus.

Bellum primum in libya a Cęſare.

Regium urbs.

Cato. Vtica.

nuncupabant: Imperatorē uero eorum Lucium Scipionē con/ſtitutū eſſe: pręſtantiores ex ipſis ī Adrumeto moram ducere: Scipionem uerſus claſſem mouit. Quem cum ad Iubam profe/ctum offendiſſet/ cōtra Scipionis exercitū aciem inſtruit: quaſi opportune hoſtes/ imperatore abſente pręlio inuaſurus. Labi/enus ex aduerſo: ac Petreius Scipionis duces illi occurrūt: & ex Cęſaris militibus plures intercipiunt. Fugientes quoq; per cō/temptū inſequi cœperuut: donec Labienū equus per ilia con/foſſus humi deijcit. Verum illū clypeatorū manus ab hoſtibus eripuit. Petreius abunde eorū periculo perſpecto: & quęcunq; libuiſſet/ facile obtinere potens/ bellum intermiſit/ eos: qui cir/cūſteterant his uerbis increpans. Ne Scipionē imperatorē no/ſtrum uictoria fraudemus. Quod opus Cęſareę fortunę pars altera uidetur extitiſſe/ hoſtibus ut apparuit uictoriā adeptis: qui tam inopine pugnam diſſoluiſſent. Ipſum autem Cęſarē eo ī pręlio in ſuos inſurgentē/a fuga cohibuiſſe aiunt: & quen/dam ex ipſis aquilam ferentem: quę pręcipuū in bello ſignum fuit/ ſua manu inuadentem a fuga ad primos cōpuliſſe: donec Petreius retrogreſſus eſt: & Cęſar ipſe facilius ſuos reuocauit. Et hic belli primi a Cęſare geſti in libya finis fuit. Non multo poſt cum Scipio octo peditum legionibus inſtructus: equitibus uiginti millibus: quorum maior pars libycorū fuit. ad hęc ſcu/tatis plurimis: & elephantis circa triginta aduentare diceretur: & cum eo Iuba rex: qui pedites alios ad triginta milliū numeꝝ: Numidas equites ad uiginti millium: Lanceatores quoq; mul/tos: & elephantos ſexaginta alios ſecum duceret/ Romanorum exercitus cœpit trepidare: militeſq; inter ſe tumultum cōcita/runt/ eorum cauſa: quę iampridem experti fuerant: & hoc ob opinionem multitudinis: ac uirtutis/ maxime inſurgentiū Nu/midarum equitum: tum ob elephantorū bellum aduerſus cō/ſtitutum. Boccho deinde altero Mauruſiorū rege/ Cirtam: quę Iubę regia fuerat intercipiente/ Iuba intellecta re ad propria cū

Adrumetum.

Pugna.
Labienus.
Petreius.
Vincitur Cęſar.

Quid agit imperator.

Finis belli punici primi a Cęſare.
Initium ſecundi.
Scipionis copię.

Iuba rex.

Trepidationē: ac tu/multum attende.

Bocchus rex.
Cirta urbs.

exercitu reuerſus eſt: triginta dūtaxat elephantis Scipioni de-
relictis. Qua ex re Cęſaris exercitus adeo exhilaratus eſt/ ut
quinta legio elephantis ſe opponi poſtularit: eaqꝫ in primis ui-
ctoriam adepta ſit: Et ex hoc nunc etiam ipſi legioni elephanti
Pugna. uexillis inſcribuntur. Tandem longa cum labore in omni eius
belli parte pugna/ multimoda cōuerſione facta/ Cęſar uix tan-
Cęſaris uictoria. dem ī ueſperam uictoria potitus eſt: Et Scipionis exercitus de-
mum ſuperatus nulla uictorię intermiſſione/ nec ī nocte qui-
dem facta: quoad omnia profligata ſunt. Pauci hoſtium ut po-
tuere in fugā abeunt. Scipio cęteris omnibus Affranio permiſ-
Lucij Scipionis fuga. ſis/ per mare duodecē cataphractis nauibus elapſus eſt. In hūc
modum exercitus octoginta millibus militum ad pręlium in-
ſtructus: & iamptidem expertus: & ex prima pugna in ſpem
maximā elatus/ hoc ſecundo pręlio penitus diſſipatus eſt. Cę-
ſaris gloria felicitate belli inſuperabilis a cunctis habita: Nihil
uictis uirtuti eius tribuentibus: ſed propria errata Cęſaris feli-
Attende. citati aſcribentibus. Viſum eſt enim id bellū ducum imperitia
in hanc cladem decidiſſe/ minime ſuſtinentibus ipſis: quouſqꝫ
ut ī exteris indigeret Cęſar: neqꝫ primam uictoriam ad finem
uſqꝫ deducentibus: uerū ſtatim ſeipſos diſſoluentibus: cū iam
Cęſar eſſet profligatus. His Vticę relatis circa tertiā ferme di-
em: & Cęſare ſubito admouente copias/ fuga omniū inſecuta
Cato uir optimus. eſt: quorum neminem retinuit Cato: ſed naues illuſtrioribus
eorū tradidit: Ipſe quietus in urbe perſtitit. Vticenſibus etiam
pro illo in primis deprecari pollicentibus/ ſubridens Cato/ nō
conciliatione ſibi cum Cęſare opus eſſe reſpondit: & id ipſum
Ceſarem optime intelligere. Publicatis inſuper his: quę recō-
dita apud illū fuerant/ ſingulis Vticenſium primoribus inſcri-
bens: atqꝫ diſpartiens/ circa ueſperam a balneo ad cœnam tran-
ſijt. Diſcumbens porro conuiuatus eſt eo more: quo a Pompeij
nece cōſueuerat: nihil ſolitę cōuerſationis omittens: neqꝫ plu-
ra: aut pauciora conuiuio inferens. Cum aſtantibus etiā de his

qui enauigauerant ſermonẽ protulit: rogans/ an proſpero ute-
rentur uento: & quanto interuallo longe eſſent abituri/ prius
q̃ ad lucem acceſſiſſet Cęſar. Poſtremo in cubiculũ delatus/ cę-
teros omnes filio excepto/ a ſe dimiſit: quem ſolito artius am-
plexus eſt. Poſt hęc enſem lecto aſſidere ſolitũ minime intu-
ens exclamare cœpit/ Se hoſtibus ab domeſticis inermem pro-
di. Quemadmodum enim inquit neceſſarijs uti poſſum/ ſi per
noctem contra me inſurgat quiſq̃? Amicis autem illũ adhor-
tantibus: & ſe nihil in eum machinari profitentibus: uęq̃ ut ſi-
ne enſe quieſcere uellet ſuadentibus/ apertius hęc inquit. Non
enim mihi mori cupienti/ enſe opus eſt. Facillime quidem uel
ueſte ſpiritum licet opprimere: uel caput parieti ultro impin-
gere: uel in collũ pręcipitare meipſum ut peream: uel reten-
to ſpiritu obire mortẽ: Multaq̃ alia elocutus ut enſem perfer-
rent exorauit. Quo allato/ Platonis librũ: qui de anima inſcri-
bitur/ ab illis poſcens legere perſeuerauit. Cum a lectione de-
ſiſſet: qui portis pręſidebant/ quieti indulgere monuit. Ipſe
autem ſe ſub pectore impreſſo enſe uulnerauit. Effluentibus
itaq̃ uiſceribus/ cũ ſtrepitus inſecutus eſſet: qui ad portas mo-
rabantur ſubito accurrunt. Medici quoq̃ uiſcera adhuc illeſa
reducere: & uulnus colligare tentabãt. Ille reaſſumpto ſpiritu:
diſſimulare iterũ: ac ſeipſum increpans/ q̃ minus alte uulnus
impreſſiſſet/ gratias illis ueluti ſalutis ſuę auctoribus ultro red-
dere: demũ ſe quiete indigere dixit. Illi arrepto enſe diſceſſere
& quaſi quieturo pręcluſere portas. Cato dormientis ſimilitu-
dine prętata/ obligationes uulneris ſilens ipſe manibus dirri-
puit ambabus: & futuras corporis infregit/ ferę in morẽ: Vul-
nus pręterea: & uentrẽ unguibus: digitiſq̃ lacerauit; uiſceraq̃
diſiecit: quoad tandẽ extinctus eſt. annũ iam quinquageſimũ
ętatis agens/ mentem ſuam ex huiuſmodi iudicio aperuit om-
nium mortalium fere ſingularis. Iuſtum: & honeſtũ: & quod
bonum dicitur/ non moribus magis q̃ rationis magnanimitate

Cõmunis: & perpro-
prius ſermo.

Magnanimi uiri.

Attende uerba.

Phedon Platonis.

Crudelem nota Cato-
nis caſum a ſeipſo.

Aliter Plutarchus
ſcribit.

Catonis mors.

Quadrageſimũoctauũ
ſcribit Plutarchus.

Catonis laus.

Martia Catonis uxor a principio.

Hortensius.

Ciceronis Cato.

Cęsaris anticato.

Iubę & Petreij mors.

Crispus Salustius.

Lucij Scipionis: de quo Seneca meminit interitus.

Belli a Cęsare in libya gesti finis.

Attende triumphos.

Ex imaginibus triumphus.

diffinit. Martia illi uxor/ Philippi filia a prīcipio fuit: qua maxime oblectatus est: filiosq; ex ea genuit: deinde Hortēsio amico habendam tradidit/ ueteri consuetudine/ cum ille filioꝝ cupidus/ nusq̄ mulieri fęcundę cōueniisset. Hanc posterius ex eo pregnantem domum reduxit/ quasi illa indigeret. Talis Cato fuisse scribit: quē Vticenses splendide intulere sepulchro. Cęsar illum glorię sue inuidisse rettulit. Cicerone de ipsius laudibus librū perscribente: qui Cato appellabat/ Cęsar ex aduerso anticatonē in calūniā eius edidit. Iuba: & Petreius perceptis his: quę gesta fuerant/ cū nec fugam: aut salutē ulterius sperare possent/ inedia: uulneribusq; se ad inuicem tandē confecere. Cęsar Iubę regnum romanis sub tributo contulit. Cui Crispus Salustius pro prętore prefuit. Vticensibus: Catoniscq; filio ueniam concessit. Pompeij filiā cum duobus ex ea natis Vticę deprehensam/ Pompeio demisit incolumem. Ex tercentis uero illis qui Senatus formam preferebāt: quoscunq; repertos neci tradidit. Lucius Scipio: qui eo in bello imperator fuit/ byemē in mari agens/ hostilibus nauibus a casu obuius/ peregregie se gessit: donec superata eius classe seipsum interemit: ponteq; in mare precipitem dedit. Hic igitur Cęsaris ī libya belli finis fuit. Ipse romam reuersus quattuor interpositis diebus peregit triumphos. De Gallicis primum: in quo plurimas: & magnas duxit nationes: & quęcūq; alia deficientia adeptus fuerat. Ponticū/ contra Pharnacem. Libycum/ in libycos: qui Scipioni adhęserant. Inter hos Iuba: Iubę filius infans adhuc afferebatur. Attulit & cuiusdam circa Nilū naumachie triumphum egyptium/ Gallorū: & Pharnacis in medio. Quę uero ad romanos pertinebant/ ueluti inter ciues gesta: neq; sibi admodum honesta: & romanis insuper turpia: infaustaq; uidebantur/ triūphō per imagines inscripsit: eorūq; passiones pariter expressit. Viros quoq; similitudinibus uarijs: scriptisq; representauit/ Pompeij imagine excepta. Huius solum deferri: & ostendi uetuit:

cum populum erga illū beniuolentia affectū adhuc esse intel/ ligeret. Populus igitur domesticis in malis/q̄q̄ timore oppres/ sus/ suspirio tamen mœrorem prodidit: potissimum cum Lu/ cium Scipionem: imperatorem suum a seipso sub pectore tra/ iectum: & in mare collabentem: Et Petreium se inedia: ferroq; conficientem intueretur: Et Catonem ferę in modum uiscera dilacerantem sua. Achillę necem: ac Pothini/ gaudio prosecuti sunt omnes: & in Pharnacis fuga risum emisere. Pecuniarum in triumphis summā delatam ferunt sexagintaquinq; talentoꝝ milliū. Coronas ex auro duas: & uiginti: ac octingentas supra duo mille: quę quattuor supra decem: & quadringentarū am/ plius: uigintiq; millium libratum pondus excellerent. Ex qui/ bus statim post triumphū: quęcunq; exercitui pollicitus fuerat ampliore adhuc pecunia exoluit. Militi drachmas quinq; mil/ le atticas. Turmę ductori bis totidem. Tribunis militū: equi/ tibusq; in duplo maius. Ad hęc singulis ex populo minam unā atticam. Spectacula quoq; multifariam edidit/ equorū: & mu/ sici: pedestrisq; certaminis. uirorū mille ad totidem certantiū: & equestres pugnas ducentorū pariter. & aliud ex peditibus: equisq; pręludium subinde immiscens: Elephantorum uiginti bellum utrinq; locatorum. Naualem pręterea pugnam remi/ gum quater milliū/ mille bellatoribus utraq; ex parte insiden/ tibus. Erexit & Veneri genitrici templū: ut prius ad Pharsalū uouerat/ bellum initurus. Atrium quoq; templo circunduxit: quod romanorū forum esse uoluit/ nō rerum quidem uenaliū: sed eorum: qui ad iura simul conuenirēt: quemadmodū apud Persas/ aut querentibus: aut explicantibus iura cernuntur. Cle/ opatra perillustrem deę imaginem templo contulit: quę a no/ bis eo in loco adhuc uisitur. Cum census populi describeretur: uix dimidiū turbę: quę ante bellum fuerat inuentū est/ In tan/ tū huiusmodi cōtentio exhausit urbē. Ipse iam quarto functus

Iocunda historia.

Summa pecuniarū.

Spectacula.

Templum Veneris.

Atrium pars: quę ante/ cedit uestibulū tēpli: siue domus: & patet adeuntibus.

Persę.

Bellum hibericum.

consulatu/in hiberiam contra iuniorem Pompeium profectus est. Hoc quippe residuū: nec ab eo cōtemnendū superetat ciuile bellū. Quicunq; etenim optimi ex libya perfugerāt/ hunc in locum conuenere: & exercitus ex libya: ducibusq; in Pharsalo superatus: in unum se contulerat. Ex hiberis uero: & celtiberis nationibus audacissimis/ bello consuetis: & ex seruis prę terea multitudo ingens ad Pompeium uenerat: & iam quartū annū in his contentionibus exegerant: animoq; ad pugnandū parato cum desperatione quoq; ferebantur: qua minime confisus Pompeius pugnā subire formidabat. Vęq; accedente Cęsare belli discrimen inire statuit/q̄q̄ dissuadentibus illi senioribus: qui ad Pharsalū: & in libya Cęsarem experti/ extempore: famęq; ueluti exteris in locis conterendū potius esse suadebāt.

Magna celeritas.
Attende timotem.

Cęsar autē e roma septem & uiginti diebus ad eos uenit: gravissimo exercitu longissimū emensus iter. Timor igitur: qualis haud antea/ exercitum eius inuasit ob multitudinem: & experientiam: desperationēq; hostiū. Ob quę Cęsar tardius milites in aciem educebat. Id animaduertens Pompeius propius accessit/ ob pauorē minimi eos faciens. Quod dedecus permoleste ferens Cęsar/ copias prope Cordubam in aciem eduxit: insigne ut prius/ Venerem illis anteponens: Pompeius e contra Pietatem. Incumbente Cęsare cum exercitus pauore correptus trepidaret: pauori quoq; desidia admixta esset/ Cęsar porrectis ad cęlū manibus/ deos omnes inuocare: & ne unico prę lio/ multa: & splendida eius gesta deturparent/ cœpit deprecari. Milites quoq; discurrens nominatim appellabat. Callide

Corduba.
Venus.
Pietas.

pręterea adempta/ uultum eius inspicere cogebat. Illi uero nec hoc quidē modo a timore cessauere: donec Cęsar unius clypeo arrepto/ duces circunsidentes in hunc modum affatus est. Erit hic mihi uitę finis: Vobis autē rei militaris dies ultima. Quibus dictis ex acie procurrens sic hostes propulit/ ut per decem

Magnanimus Cęsar.

pedum ſpacium/loco cederent: ducentaq; ad illũ tela iacerent: quorum partem euitaret: partem clypeo exciperet. Ea ex cauſa cęteri accurrentes ante illum conſtiterunt: & exercitus omnis impetu euectus per uniuerſam diem depugnauit/ nũc impellens: nunc repulſus: uictus: victorq; per partes/ quouſq; in ueſperam tandem victoria potitus eſt: ut Cęſarem dixiſſe ferant plerunq; pro victoria. tunc autem pro anima ſolum decertaſſe. Cęde ingenti edita: fugaq; a Pompeianis in Cordubam ſubinde facta/ Cęſar ne fugientes hoſtes denuo ad pręliũ redire poſſent/ militibus ut urbem uallo cingerent imponit. Illi defeſſis corporibus ob bellũ geſtũ/ interemptorũ arma inuicem deferre incipiunt: & telis in terram fixis ſuſtinentes/ ſuper ipſa morati ſunt. Sequenti die ciuitas ab illis capitur. Ex Pompeij ducibus Scapula erecta pyra ſemet iniecit flammis. Vari: & Labieni: ac aliorũ illuſtriũ capita ad Cęſarẽ delata ſunt. Pompeius cladis initio cũ centũ: & quinquaginta equitibus ad Carthcas aufugit: quo ĩ loco claſſem obtinebat: & ueluti priuatus/ naues latens/ lectica ablatus eſt. Cum autẽ & hos de ſalute deſperantes intueretur/ ueritus ne ab illis traderetur hoſtibus/ fuga denuo inita ſcapham ingreſſus eſt. pede caſu a funibus implicito/ dum funem gladio ſecare nititur/ pedis plantam gladio abſcidit. Eo modo ad locum quendam naue delatus curabat. Cũ denuo quereretur ab hoſtibus/ per iter profundũ: dumiſq; obſitum fuga elabitur. Sentibus uulnus ſtimulantibus/ ſub arbore tandem feſſus conſtitit. Deprehenſus itaq; ab his: qui illum inquirebant/ non ignaue ſeſe protegens interfectus eſt. Caput ad Cęſarem delatũ/ eius mandato ſepulturę traditum. Sic bellum uno impetu pręter cunctorum opinionem confectũ eſt. Reliquos ab his fugientes/ Pompeij frater adoleſcentior ĩ unũ cõgregabat: & ipſe Pompeius appellatus/ Sextus pręnomine. Verũ idem latitans: & fugiens dietim prędabatur. Cęſar romã regreſſus/ ciuilibus confectis bellis omnibus/ formidabilem ſe

Dubia uictoria.

Crudele certamen.

Pompeij fuga: & obſidio in Corduba.

Capitur Corduba a Cęſare.

Pompeianorũ mors.

Pompeij miſeránda ſors.

Carthęę.

Pompeij iunioris interitus.

Sextus Pompeius.

Reditus Cęſaris romã.

uniuerſis: ac ferendum pręſtitit: & qualis ante eum nemo fuerat. Ea ex cauſa honores omnes: qui ſupra homines excogitari poſſunt/ nulla menſura illi prębiti: In ſacris ſcilicet: ludis: monumentis: in templis: lociſq; publicis/ per tribus: uniuerſaſq; nationes: & reges: qui nomini romano amicitia aliqua afficerentur. Figurę multiformes eius ſtatuis inſcriptę: quarum non nullis coronę ex quercu additę/ ueluti ſeruatori patrię: quibus olim ciuem clypeo tegentes ornabantur. Appellatus eſt & pater patrię: & dictator in omnem uitam electus: conſulq; ad decenniũ. Corpus eius ſacrum: & intemeratum habitum. Ius ab aureo ſolio eburneoq; dicebat: & triumphalibus indutus ornamentis cõtinue ſacra faciebat. Vrbem per ſingulos annos/ diebus: in quibus acie uiciſſet/ ſacratam ſtatuerunt: ſacerdoteſq; ad quinquenniũ: uotaq; publica pro eodem haberi ſolita: dignitates ad hęc conſtitutę: quę iureiurando nihil his: quę a Cęſare confecta eſſent/ aduerſari uelle confirmarent. Ad honorem quoq; ſtirpis eius/ quintilem menſem Iuliũ appellari placuit. Templa illi plurima ueluti deo publicis decretis ſtatuta ſunt. & commune ipſi: clęmentięq; in unum condiderunt. Sic enim ut dominũ illũ uenerati/ ut propitius ſibi foret deprecati ſunt. Fuere & qui regem dici ſuaderent: donec his perceptis ſeuera obiurgatione/ ab huiuſmodi continere iuſſit: ueluti nefandum abhorrens nomẽ: maiorũq; ſuorũ execratione deteſtandũ. Cohortes militares: quarũ opera/ ſe ab hoſtibus tutatus eſſet/ cuſtodia diſſoluit: & popularibus duntaxat miniſtris comitatus: in publicum proceſſit. In hunc modum ante roſtra agenti: atq; iudicanti/ decretum honorum omnium/ Senatus ipſe pręeuntibus cõſulibus/ ornatu miro: & ordine illi detulit. Cęſar hilare ſuſceptis ipſis/ neutiq; accedentibus: atq; manentibus aſſurgere ſuſtinuit: Verũ ſtimulantibus ad regię appellationis nomen/ aſſenſum re ipſa pręſtitit. Cęteras dignitates/ conſulatu per decenniũ excepto/ ſibi aſſumens/ conſules in futurũ ſe: &

Honores Cęſari collati.

Corona ciuica.

Menſis quintilis.

Cuſtodię militaris diſſolutio a Cęſare.

Decretum honorum omnium.

Antonium magiſtrū equitū eius declarauit: Lepido imperans ut interim pro Antonio magiſtratum gereret: qui hiberię prę/poſitus/ amicorum gratia illi pręerat. Exules omnes reuocauit niſi ſi quis ad intolerabiles fuga peruenisſet. Inimicis ueniam conceſſit: & pleriſq; qui illū oppugnauerant/ ſepęnumero magiſtratus annuos contulit: & ad prouinciarum curam: aut exercituum emiſit. Quibus ex rebus adductus populus/ democratiam ſe illi conceſſurum confiſus eſt: quemadmodū Sylla parimodo potentia uſus pręſtitiſſet. Cęterum in hoc q̄ maxime uidetur aberraſſe. Imaginem quippe eius/ quidam ex adulatorū numero ex uerbo ad effectum regni repreſentans/ lauro tenia peralba inſerta coronauit. Hūc Tribuni Maryllus: Ceſetiuſq; carceri incluſere: ſimulantes & in hoc Cęſari rem gratam agere: qui ad regni mentionē cōtinuo ſubitaſci conſueuerat. quod ille patienter perferre uiſus. Alijs circa portas aliquando gradientē ſalutantibus/ ut regē: cū populus ad uocem ingemiſceret/ percallide ī hunc modū reſpondiſſe dicitur/ Se Cęſarē eſſe nō regē: quaſi ad nomē eius aberraſſent. Cū Maryllus eos: qui principiū huic rei pręſtitiſſent/ ſubinde deprehēdiſſet: & a miniſtris ī iudiciū deduci iuberet/ Cęſar nō ulterius ferendū ratus de Maryllo in Senatu grauiter conqueſtus eſt: ueluti aſtute in eum inſidias ſtruente/ ob tyrannidis calumniam: dignū quoq; morte eſſe cenſuit: uel a magiſtratu ſaltem: & Senatu ſummouendum/ q̄ potiſſimum illi calumniam inflixit: quaſi huiuſmodi nomen affectaret: qui ad experimentum uſq; progreſſus tyrannidem incluſam gereret. Siue enim occaſio eundem puniendi/ regij nominis appellatio prętenſa eſt: ſiue q̄ Tribunorum poteſtatem ueteri ſacramento: atq; lege/ ſacram: inuiolatamq; cenſeret/ iram certe peringentem extulit: qui reliquum eius magiſtratus tempus perferre nequiuiſſet. Quod & ipſe intelligens/ pœnitentia adductus/ cum hoc ſolum/ nullo belli

Lepidus.

Status popularis.

Errorem attende.

Maryllus: & Ceſetius Tribuni.

Percallidum nota Cęſaris reſponſum.

Aduerte querelam.

Affectatio regni: uel regij nominis.

initio in ipſa pace intolerabile: graueq; iudicaret/ amicis dixiſſe fertur: cum illum diligentius pręcauere admonuiſſent. Inimicis aduerſum inquirentibus: occaſionem ſe abunde pręſtitiſſe. Adhortantibus denuo illis/ ut cuſtodiam corporis hibericis cohortibus exhibere uellet/ Nihil aſſidua cuſtodia infelicius eſſe inquit: & in perpetuo timore cōmorantibus. Neq; propterea adipiſcendi regni experimēta ceſſauere. Nam eodem Lupercos in foro contemplante/ ante roſtra in throno aureo/ Antonius in conſulatu collega eius/ cum nudus: unctuſq; decurreret: ut celebritatis illius ſacerdotibus mos olim fuit/ ad roſtra delatus Cęſaris capiti diadema intulit. Quamobrem cum a paucis plauſus redderetur: plures autem ingemiſcerent/ Cęſar diadema ſubito reiecit: quod Antonius iterum illi appoſuit. Reijciente iterum Cęſare: & id munus abnuente/ populus ad eorum contentionem ſilens perſtitit: ſuſpenſus quoq; finem: & euentum morabat. Cęſare diadema omnino reſpuente/ magno clamore lęticiam prodidit: Cęſaremq; ſummis laudibus omnes extulere. Ille igitur ſiue deſperans: ſiue fruſtra labori innixus: & experimentū tandem euitans aut calumniam: aut ciuilibus quibuſdam hoſtibus ultro cedens: ſiue ualitudini curam adhibens: epilenſię ſcilicet & caduco morbo: qui plerūq; inter ociū illi acciderat/ ingentem in Parthos: Getaſq; expeditionem meditatus eſt: Getis quidē/ ut inſolentioribus: & pugnę cupidis: & propinquis ſibi nationibus bellum parans: Parthis uero/ ut Craſſi ulciſceretur iniuriam: quem pręter fœdus bello inuaſiſſent. Exercitum igitur ſex: & decem legionum peditū: equitum decem millium: qui Ionium tranſmitteret/ pręire iuſſit. Sermo interim alius ex Sibyllinis monitis uulgatus eſt/ Non ante Parthos romanis parituros/ q̃ rex ad eorum bellum mitteretur. Qua ex cauſa non nulli in medium afferre auſi: ut dictatorem prius/ ſic nunc imperatorem Cęſarem eſſe uocitandum: & quocunq; alio nomine reges appellantur: omneſq;

Attende.

Lupercalia.

Diadematis reiectio a Cęſare.

Perlege hiſtoriam.

Epilenticus Cęſar.

Exercitus contra Parthos.

nationes romanis ſubditas nullum alium appellare regem. Ille idipſum abhorrere ſimulans/ omnino ad egreſſum ſuum properabat: cum iam inuidia in urbe laboraret. Cęterum per quatriduum ante q̃ ad Parthos profecturus eſſet/ ab ęmulis ī Senatu occiſus eſt/ ſiue ob felicitatis çelum: ac potentię: quatū iam ad ſummum uidebatur peruenisſe: ſiue ut ab illis aſſertum eſt patrię deſiderio: & caritate ducerent. Iam enim abunde notū erat: &ſi Parthos non uiciſſet/ haud ambiguū tamen romanoꝝ futurum regem. Hac igitur ratione ductos arbitror in eum aſſumpſiſſe impetū/ nomine duntaxat inter ſe diſſidentes: opere uero dictatorem eum: & regem intuentes. Inſurrexere autē in eū duo potiſſimū uiri Marcus Brutus Capio cognomine Bruti illius: qui a Sylla interfectus fuit filius: & bello apud Pharſalum geſto/ a Cęſare profugerat: & Caius Caſſius: qui triremes circa Helleſpontum in poteſtate eius dederat. Hi quippe ambo Pompeij partes olim ſecuti: & ab ipſo Cęſare in amicoꝝ numero habiti fuerant. Decimus etiā Brutus: & Albinus/ omnes apud Cęſarē bonoris: & fidei cauſa uenerati: quibuſq; res magnas idem credidiſſet: & in libya ad bellū proficiſcens exercituū ſuorū curam demandaſſet. Nam celtas ſupra alpes Decimo regendos dederat. Qui uero intra alpes eſſent Bruto. Cū igit' Brutus: & Caſſius inuicē de prętura urbis diſſiderent/ ſiue aliarū dignitatū: ſiue pręturę ipſius cauſa: aut ſimulationis potius inter ſe contenderēt/ ne in cęteris una cōuenire uiderent': Cęſar uerbis eos deliniens ad amicos ita dixiſſe fert'. Iuſta Caſſiū expoſcere: Bruto tamē indulgendū fore. Tanta omni in re beniuolētia: & honore erga illū uſus eſt: ut a quibuſdā Cęſaris filius exiſtimatus ſit: cū Seruiliam Catonis ſororē/ Bruti matrē eo tempore: quo Brutus natus eſt ardentiſſime adamaſſet. Itaq; ad Pharſalū uictoria potitus/ magna ſollicitudine ducibus impoſuiſſe dicitur/ ut Brutū quoad liceret incolumem pręſtarēt.

Inuidia.

Marcus Brutus Capio.

Caius Caſſius.

Decimus Brutus.

Albinus.

Attende diſſenſionem.

Beniuolentiam nota Cęſaris erga Brutū.

Brutus Cęſaris filius.

Seruilia Bruti mater.

Brutus priſcus.

Verũ ille ſiue ingratus: ſiue culpę matris inſcius: ſiue Cęſari minus fidens: erubeſcenſ ue: ſiue libertatẽ pluris faciens/ ſce/lus: patriamq; pręferret: ſiue ex Bruti priſci ſtirpe genitus: qui reges expulit: & a populo conuicijs ad id opus irritatus. Nam multa Bruti prioris ſtatuę & ipſius tribunali inſcripta clam re/perta ſunt/ in hunc fere modum. Brute muneta accipis. Brute

Attende.

mortuus es. Vtinã Brute uiueres. Q3 indignã ſortitus es Bru/te prolem? Neq; ab illo profecto es genitus: Pluraq; buiuſmo/di iuuenem incenderint/ ad hoc certe facinus/ ueluti maiorum

Principium conſpira/tionis in Cęſarem.

auctoritate dignum/ deflexit animũ. Increbeſcente itaq; regis fama: & concilio inter eos de hac re tum primũ affuturo/ Caſ/ſius dextra Bruto prębita/ Quid in cõſilio facturi ſumus inquit o Brute? an ut Cęſaris adulatores decet ſententiã de rege pro/ponemus? Minime huic conſilio adeſſe uelim reſpondit Bru/tus. Elatus his uerbis Caſſius/ Quid ſi nos inquit: ut prętores aduocarint? quid agemus Brute optime? Patrię inquit uſq; ad mortem opem afferemus. Quibus dictis complexus eum Caſ/ſius/ Quis te inquit non optimus ſequetur ita ſentientem? An artifices: & caupones tribunal tuum inſcribere magis autumas q̃ romanorũ quoſq; optimos: qui a cęteris prętoribus equorũ duntaxat ſpectacula: aut ferarũ: a te autẽ libertatem/ tanq̃ ma/iorum tuorũ inſigne opus exigunt. Hęc igitur iampridem me/ditati: tunc quidem palam inter ſe protulere: ac primum qui/dem amicos proprios: dein Cęſaris ipſius attentare auſi: quos in utranq; partem audaciores nouerant. Ex ſuis potiſſimũ fra/

Cõſpiratorũ nomina.

tres duos Cecilium: & Bucolianum: & ultra hos Rubrium Ri/gam. Q. Ligarium: Marcũ Spurium: Seruilium Galbam: Se/xtium Naſonem: Pontium Aquilam. Hos quippe ex dome/ſticis aſciuerant. Ex amicis uero Cęſaris/ Decimũ: de quo prę/ſcripſimus: Caium Caſcam: Treboniũ prętera: & Attilium Cimbrũ: Minucium: Baſillumq;. Cũ abunde ipſis prouiſum

uideretur: nec pluribus cõmunicandum esse ulterius/ inuicem conspirauere omnes/ nullo iureiurando: aut sacrificio adhibito. neq; tamẽ quisq; ex ipsis se ĩmutauit: aut fidem prodidit. Tempus duntaxat: & locum requirebant. Attulit autem uel maxime cõmoditatẽ tempus/ cũ Cęsar die quarta ad exercitum esset profecturus. Sed custodia militum ipsum circunstante/ locum in Senatu prius elegere: rati Senatores/ &si conspirationẽ minime intelligerent/ inspecta re promptissime manus ad opus allaturos: quemadmodum in Romulum/ cum ex rege tyrannus effectus esset/ euenisse satis cõstat. Sic isti pariformiter accidere: cum in Senatu fieret/ non ab insultu existimare homines: sed ab uniuersa ciuitate perpetratũ esse: & ueluti cõmune facinus/ nullũ periculũ a Cęsaris militibus afferri posse: Verũ laudem/ ipsis non ignorantibus/ quantũ negocij aggressi essent permanere. His rationibus permoti omnes/ Senatum pro loco sibi destinant. De modo autem inter eos dubitatum est. Non nulli quippe Antonium Cęsaris collegam in cõsulatu: & amicum eius prępotentem: militibus quoq; pernotissimũ/ cum eodem interficiendum esse censebant. Quibus aduersatus Brutus/ In Cęsarem inquit uelut in regem insurgentes/ tyrannicidatũ habituros famam. In amicos uero eius/ non secus/ ac Pompeianę seditionis duces/ hostiũ censeri loco. Ad quę potissimũ adhibentes animũ futuram Senatus unionem expectabãt. Cęsar pridie q̃ Senatum ingrederetur/ Lepido magistro equitum cœnę adhibito/ Decimum Brutum: Albinũq; pariter induxerat. Sermone deinde inter calices apposito/ quod mortis iocundius haberetur genus: alijs alia diuerse sentientibus/ ipse ĩmeditatum cunctis antetulerat. In hunc modum de seipso uaticinatus est: & de his quę postridię passurus esset/ illusisse uisus. Nocte postmodum defesso corpore cũ accubuisset/ Calfurnia eius uxor ꝑ quietẽ existimasse uisa est/ eundẽ sanguine plurimo madentẽ: ob idq; e domo exire ꝓhibebat. Sacrificanti etiã

De Romulo nota.

Dubitationẽ attende.

Iusta: sed inutilis ratio.

Calfurnia Cęsaris uxor.

Malus uir.

Teſtimonio Ciceronis: & Appiani Cęſar occiſus fuit loco finitimo Campo floris prope theatrum Pompeij in curia Pompeiana.

Caſca.

Surriſionē attende.

Publius Lena.

Arthemidorus.

utplurimū ſigna apparuere perhorrenda. Quamobrem Antonium: qui Senatū diſſolueret emittere curabat. Aſſiſtente autē Decimo: ac illū adhortante/ ne ſuſpitionis infamiā ſubire uellet: ſed pręſens ipſe ad locum proficiſcens/ Senatū ſpōte emitteret/ lectica in Senatum delatus eſt. Spectacula tunc quidem in Pompeij theatro agitabantur: & Senatus in proximis ędibus conuocabat/ ſolitus & ad ſpectacula huiuſmodi accedere. Brutus interim ſummo mane ī porticu: quę ante theatrū ſita erat: exigentibus ab eo ueluti prętor ius adminiſtrabat. Intelligētes itaq; coniurati de Cęſaris ſacris: & Senatus intermiſſione omnino quid agerent addubitabant. Quidā igitur ad eos ſic ſe habentes profectus/ unius ex coniuratis cui Caſca nomē fuit apprehenſa manu/ Tu me inquit amicū latere uoluiſti? Brutus autē omnia rettulit. Cū Caſca ob conſcientiā trepidare cœpiſſet/ ſurridens ille/ a qno inquit has pecunias: quibus ędilitatem emeres tibi comparaſti? Quo audito Caſca timere deſijt. Ipſos autē Brutū: & Caſſium ſimul colloquentes/ quidā ex Senatoribus Publius Lena uerbis aggreſſus/ Dij uobis: que cogitatis felicitent inquit. Verū celeritate opus eſt. Quibus auditis conturbati ambo/ ex ſtupore ſiluerunt. Cū Cęſar in Senatū deferretur/ quidā ex familiaribus cōiuratione percepta/ ut: quę didicerat illi annunciaret/ ad Calfurniam acceſſit: hoc ſolū inquiens. Inſtante te magna/ Cęſarem a Senatu redeuntem opperiri uelle: cum omnia: que in eum parabantur haud abunde intelexiſſet. Et alius ī Gnido hoſpes illi notus/ Arthemidorus nomine/ ad Senatū accurrens nupertime eū interfectū repperit. Ab alio etiam inſidiarū libellus in Senatū properanti traditus: qui ſubinde in defuncti manibus repertus eſt. Anteq̄ e lectica egrederetur: Lena qui cum Caſſio paulo ante ſermonē habuit Cęſari obuius/ quędam inſtantius eloquebatur. Eius rei aſpectus: ac dilatio: adeo eos conterruit/ ut ſe uiciſſim intuentes: prius q̄ deprehenderentur/ facinus aggredi uelle properarent.

Veę cũ ſermone in longũ producto/ Lenam potius deprecantem pro aliquo: ſuadentemq;/ q̃ aliquid annunciantẽ ſuſpicarentur/ perſtiterunt. Deinde cum Cęſaris ultro genua amplectentem uiderent/ iterũ aſſumpſere animos. Mos fuit principibus Senatum ingredientibus/ ſtatim ab ingreſſu ſacra facere. Denuo itaq; Cęſari id agenti/ uictimarũ prima corde caruiſſe uiſa: uel ut alij referunt/ caput uiſceribus ĩ primis defuit. Aruſpice per id ſignũ mortem portendi referente/ ſubridens Cęſar id ipſum in hiberia cum Pompeio depugnanti eueniſſe/ſibi rettulit. Reſpõdente aruſpice nõ mediocre tunc eum adijſſe periculũ: & nunc inquit propitius nobis aderit: iterũq; immolare monuit. Cum nec eodem modo litare poſſet/ conſilij tarditatẽ erubeſcens: & ab hoſtibus ueluti amicis adhortatus/ contẽptis ſacrificijs ingreſſus eſt: hoc inquiens/ Neceſſe eſt: quod neceſſe eſt euenire Cęſari. Coniurati interea Trebonium: qui Antonium ante fores moraretur reliquere. Cęſarem uero in throno conſidentem/ amicorum in morem circũſtetere omnes pugionibus inſtructi. Et primũ quidẽ Attilius Cimber in conſpectu poſitus/ fratris ſui reditum: qui tum exul erat/ ſupplex precabatur. Contradicente Cęſare: & omnino renuente/ Cimber ueſtem eius: ueluti precaturus denuo apprehendit: exertoq; pugione collum perculit/ uoce elata/ Quid immoramini o amici? Caſca caput eius inuadens primus ferrum gutturi infixit: ac fere pectus ex ictu aperuit. Tunc uero Cęſar Cimbri ueſte fortius appreheſa/ correpta etiam ipſius manu a throno decurrit: & cõuerſus Caſcam magna ui propulit. Sic ſe igit habentis: ac latus in cõuerſione ſimul detegentis/ alius tranſfixit altius. Caſſius pugionẽ in uultũ adigit. Brutus femur uulneratuit. Bucolianus inter ſcapulas impreſſit ictum: adeo/ ut Cęſar ferę in modum ira elatus/ unũquenq; eorũ a ſe auerteret. Poſt Bruti plagam/ ueluti deſperatis rebus/ ueſte ſe circũdedit/ quo honeſtius caderet. Cecidit autẽ in conſpectu Pompeij ſtatuę.

Attende morem.

Portentum lege.

Caij Cęſaris cędes.

Illi i cadentis dedecus tres: & uiginti impreſſere plagas. Pleriq; etiã ſe mutuo impellentes/ aduerſis percuſſere ictibus. Exple/to ab ipſis tam ingenti ſcelere in loco ſacro: & in hominẽ pari/ter ſactum: intemeratũq;/ ſubito fuga per Senatũ: uniuerſamq; urbem fieri cœpta. Non nulli Senatorũ in tumultu uulnerati

Tumultus.

ſunt: alij interempti: plurima etiã ciuium: exterorumq; cędes edita/ nulla meditatione: ſed ut in tumultu ciuitatis/ per inua/dentium ignorantiam ſolet fieri. Gladiatores quippe ſummo mane inſtructi armis/ ad ſpectacula edenda/ e theatro in Sena/tum per ſepta decurrere. Theatrum quoq; ex ſtrepitu cũ timo/re: & fuga diſſolutum: Venalia direpta omnia: fores occluſę: & a tectis parata prędidia. Antonius ad proprias ędes reuerſus

Antonius.

eſt/ rebus Cęſaris conſilium afferre meditatus. Lepidus uero

Lepidus.

prędectus equitum/ cum ĩ foro perſiſtens/ quid actum eſſet in/telligeret/ ad inſulam: quę intra fluuium ſita eſt accurrens (ibi enim militum legio conſederat) in campũ adduxit/ ut ad An/tonij mandata paratam retineret. Antonio quippe adhęſerat: utpote Cęſaris amico: & conſuli in primis exiſtenti. Ipſis igit̃ inter ſe cõuenientibus uiſum eſt/ Cęſaris iniuriã quoquo mo/do ulciſci. Senatũ autem cum interfectoribus una conuenturũ magnopere timebant. Quid fieret itaq; intenti proſpectabant. Circa Cęſarem milites fere nulli affuerant: non enim cuſtodi/bus ullis utebatur. principatus officiũ duntaxat inerat. Pleriq; porro magiſtratus: ciuium: & exterorum multitudo: non me/diocris ſeruotũ turba: qui ſe in libertatẽ uendicantes/ ad domos proprias abſceſſerant. Ex his tres ſolum cum eo cõmorati/ cor/pus ferriculo imponentes/ nullo ornatu domum detulerũt: &

Modica fides.

eius quidẽ: qui paulo ante terrę: mariq; imperabat. Interfecto/res Cęſaris nõ nulla in Senatu dicere conati/ auſcultante nemi/ne/ueſtes clypeorum in morem ſiniſtris annectentes: pugio/nes quoq; cruore illitos palam deferẽtes/ regem ſe: ac tyrannũ occidiſſe clamitabant. Ex his quidã pileum in haſta prędferebat

libertatis signũ: uniuersosq; ad ciuilitatẽ patriã uocabant. Brutus: quę ueteres in reges peregissent: illis memorabat. Accurrere itaq; ad eos pleriq; ensibus instructi: qui eius operis minime participes: se tamen affuisse simulabant: Lentulus scilicet Spinter: Faonius: & Acuinus. Dolobella insuper: & Murcus: & Petiscus. Hi glorię nullam partem consecuti: supplicij: & reorũ causas subiere. Populo ad eos minime accurrente: addubitare & uereri admodum cœpere. Senatus nempe a principio ob inscitiam: tumultumq; diffugerat. Confisi itaq; his ut amicis: & cognatis: & tyrannidem insuper odio habentibus: populum econtra uerebantur. Multos quoq; ex Cęsaris militibus in urbe commorantes: & qui tunc forte prędentes aderant: quosdam q; a militaribus soluti oneribus inter suffragia distributi essent: Alios q; ad expeditionẽ preparati: Cęsarem ad exercitum euntem secuturi forent. Lepidi insuper aspectu: militumq; sub eo existentium timore ducebãtur. Antonij ad hęc consulis: ne Senatus loco populum ad se traheret: aliquidq; cũ ipso crudele moliretur. Hęc igitur animo uoluentes cũ gladiatoribus in capitolium una peruenerunt. Consultantibus quid optimũ factu esset: mercedẽ populo cõferre uisum. Nam quibusdã: quę gesta fuerãt laudare incipientibus: reliquos secuturos sperabãt: libertatis causa: & reipublicę desiderio pellectos: cum populum ex romanis q̃ sinceriſſimum esse existimarent: quemadmodum Bruti illius Prisci ętate fuerat: qui reges expulit: nec satis animaduertebãt duo hęc ad inuicẽ cõtraria: qui libertatis simul: & mercedis cupidos: sibi utiles arbitrarẽt esse: quorum alterum facillimũ erat: republica iampridem deprauata. Permixta iam quidem multitudo ex aduenis emersit: & libertinus par illis habetur ciuis: & seruus herilem quodammodo prędert imaginem: Senatoribus exceptis: quibus alia uestis q̃ quę seruis communis est. Annona insuper: quę romę solummodo pauperibus impenditur: desidem ęque: & pauperẽ:

Libertatis signum.

Dubitatio conspiratorum.

Gladiatores.
Consultationẽ attende.

Attende romanum populum.

Annona.

induſtriũue Italorũ in urbẽ conuocat. nec turba eorũ: qui a mi-
litia ſoluti ſunt uiritim/ priſco more ꝑ patrias diuidit. Sic enim
iniuſta propulſabãt bella. Veꝝ cõmuniter ad ſuffragia iniqua
alienę urbis/ alienarũ domorũ properabant homines: & in ſa-
cris locis: templiſq; reſidebant ſub uno ſigno: uno preſide ſuę
ciuitatis: quę preſentia illis erant ueluti erogationẽ quandam
reputantes: beniuoli ubi mercedem adeſſe noſcerent. Quam-
obrem nõ difficulter admodum ex tot: talibuſq; uiris multitu-
do ingens fori ĩ medio circa Caſſiũ ſtatim coit: Qui licet mer-
cede ducerentur: quę geſta erant neutiq; laudare audebãt/ Cę-
ſaris gloriam: & aliorũ: qui ab eo futuri erant formidantes. Cę-
terũ ut in cõmuni commodo/ pacem conclamabãt: & plerunq;
primores ad eam hortabantur. Id enim interfectorũ figmentũ
fuerat/ ſalutem ſuam per hunc modũ meditantiũ: cũ pax non
niſi delictoꝝ obliuione indita/ ſperari poſſet. His ita ſe haben-
tibus/ primus Cinna: qui prętor erat: & Cęſari cognatione de-
uinctus/ in conſpectũ uenit: inopineq; in medium progreſſus:
ueſtem militarem: qua erat indutus exuit: quaſi a tyranno prę-
bitam deſpiceret: & Cęſarem tyrannum cœpit conclamare: &
qui eum occidiſſent tyrãni interfectores eſſe: & quę acta eſſent
in maius collaudare/ ꝙ maiorũ ſuorũ uirtutem forent imitati:
Viros eos e capitolio ut benefactores euocandos: & honoribus
meritis afficiendos eſſe. Sic Cinna locutus eſt. At uero qui ple-
bem ipſis permixtam/ non adeo ſincerã eſſe cognouiſſent/ non
utiq; eos uiros euocare ſatagebaut: nec aliud amplius/ q̃ pacem
conclamabant. Dolobella etiã adoleſcens: & inſignis nomine:
& qui ſub Cęſare in reliquum anni tempus conſulatum geſtu-
rus uidebatur/ cum Cęſar urbe exceſſiſſet: & conſularẽ ueſtem
ſibi induerat: & conſulatus ſigna circũtulerat/ eum: qui talia ſi-
bi conceſſiſſet ſecundus acculabat: & his qui in illum conſpi-
raſſent ignoſcendum eſſe/ ſe manu ſola inuitum abfuiſſe prę-
dicabat. Fuere qui dicerẽt/ eundẽ natalẽ urbis ea die ſtatuendũ

Figmentum.

Conclamationes at-
tende.

Cinna.

Dolobella.

Natalis urbis.

censuisse: Ad quę mercede ducti in primis exultabant: ueluti prętore: & consule ipsorū indulgentia in urbe cōstitutis. Cassium quoq; & Brutū e templo deposcebāt. Illi Dolobellę maxime confisi/ eundem & prudentē: & iuuenē & pręterea cōsulem Antonij conatibus aduersaturū existimabant. Descendere tandē ad eos soli Cassius: & Marcus Brutus/ manus adhuc sanguine fœdatas pręferētes. Intulerant enim in Cęsarē hi plagas ad inuicem certantes. Cum in mediū stetissent/ nihil miserandum: aut abiectū uterq; eoꝝ locutus est: sed ut ī rebus honestis solet fieri/ se mutuo laudarūt: urbē beatā appellantes: & plurimum Decimo attribuentes: qui gladiatores in tempore illis pręstitisset. Deinde populum adhortari pergunt/ ut paria suis maioribus experiri uellet: Qui reges non ex ui imperantes: ut Cęsar egerat: sed in pace sub legibus degentes pepulissent. Ad hęc Sextum Pompeiū: magni filium/ eius: qui pro democratia in Cęsarem mouisset arma/ esse reuocandū: cum aduersus Cęsaris duces in hiberia adhuc perferret bellū. Tribunos plebis Cesetium: & Maryllū: qui regnū Cęsari abstulissent/ eligendos esse. Hęc Brutus: & Cassius palam elocuti/ capitolium deuno ascendunt. non enim pręsentibus satis fiderant: Sed cū domesticis eorū: ac cognatis/ q̄ primū ad templū ire licuisset/ legatos elegere: qui pro ipsis ad Lepidū proficiscerent: & Antonium conciliationis: & libertatis prouidendę causa: & ut patrię ignoscerent: quę nisi inter se omnes cōuenirent/ magnorū malorū discrimē esset aditura. Hęc quippe legati exorare iussi: quod actū erat nequaq̄ extollentes/ cum de Cęsaris amicis minime cōfiderent: ueꝝ id ipsum perferre suadentes/ misericordia eorū: quę gesta fuerant/ non alicuius odio: sed patrię potius caritate: & amore: ac urbis pietate/ iam odijs exhaustę assiduis: cum futura seditio reliquos bonos uideret ereptura. Nō enim esse ęquū/ si qua priuatim odia inter eos extitissent/ ea ī publicā cōferre perniciem: Quinīmo multo magis ī rebus publicis singulares inimicitias esse eliminandas. Antonius autem: &

Conspiratorū adhortationes ad populum.

Democratia.

Templum Iouis optimi in capitolio.

Conspiratorū legatio ad Antonium: & Lepidum.

Decimus.

Lepidus Cęsarē ulciſci: ut prius diximus/ in animo habebant: ſiue amicitię cauſa: ſiue fœderū: ſiue dominādi potius cupiditate: ac ſubinde cogitātes omnia ipſis faciliora eſſe/ tot: & talibus e medio ſublatis uiris/ Cognatos tamen: & amicos eoꝝ formidabāt: Reliquū porro Senatū ad eos conuerſum: ac Decimū pręſertim a Cęſare finitimis celtarum populis pręeſſe iuſſum: qui exercitus magnos contineret. Quibus ex cauſis/ q̄tutiſſimū uiſum eſt/ futuroꝝ pręſtolari euentū: ac ſubinde meditari/ quo pacto Decimi copias aſſiduis laboribus attritas ſibi aſſumeret.

Antonij reſponſio aſtutiſſima.

Hęc machinatus Antonius legatis ita reddidit. Ob priuatas inimicitias nihil attentabimus: uęꝝ odij cauſa: & eoꝝ: quę Cęſari iureiurādo polliciti omnes ſumus/ cuſtodes fore eius corporis:

Imputat iuſiurandum Bruto: & ſocijs.

aut quippiā perpeſſo adeſſe ulctores. optimū id erit iuſiurādū: ſcelus uindicare: & cū pauciorib⁹ innocuā potius uitā agere/ q̄ omnibus execrationibus eſſe obnoxios. Verū hęc nos: quibus ſic uidet/ uobiſcū in conſilio ſcrutabimur: & id utile urbi facinus credemus eſſe: quod cōmuni omniū conſenſu erit approbatum. Sic Antonius aperte locutus eſt. Illi relata gratia diſcedunt: in ſpe firma ponentes omnia. Senatū certe in cunctis obſecuturū illis eſſe confidebant. Antonius interea magiſtratibus

Antonij mandatū.

nocte urbē cuſtodire imperat: quēadmodū per diem ex interuallo ī medio locatis. Conſpiciebant̄ itaq; per uniuerſam urbē ignes: quorū gratia nocte tota cōiuratoꝝ amici ad Senatoꝝ domos decurrebant: eoſq; ad patrię ſalutē: ac ſuā hortabāt̄. Ex aduerſo/ eorū: qui ex ſorte electi fuerant duces ferebant̄/ palā cōminantes: niſi illis promiſſa etiā ultro data ſeruarentur. Et iam

Pecunię.

ciuiū pars ſincerior fiduciam acceperat/ paucitate eorum: qui quicq̄ agerent inſpecta: & ad Cęſaris memoriā una ferebatur: animoſq; erexerat. Eadē nocte Cęſaris pecunias cū imperij co-

Codicilli.

dicillis ī Antonij domū detulere/ ſiue Cęſaris uxore id iubente: quę a minus tuta in ſecuriorē Antonij domū ſe contulerat:

Decretum.

ſiue Antonij mandato. His peractis decretum nocte perlectū

Templum Telluris.

eſt/ Antonium ſequenti die in Telluris templo/ haud longe ab

ipſius domo Senatū habitutū. nō enim in conſiliū: quod capitolio ſubiectū fuit accedere audebat/ gladiatoribus apud coniuratos cōmorantibus/ nec exercitū urbi inferre/ ne tumultū concitaret: quē Lepidus ſubinde intulit. Appropinquāte die quidam ex Senatoribus in telluris templum conuenere: Et Cinna prętor ueſtē adhuc exutus militarē: quā pridie: ueluti a tyrāno prębitā reiecerat/ una uenit. Hunc quidā ex Cęſaris militibus ira conciti/ ꝙ primus: q̄q̄ Cęſaris affinis/ maledicta in eum cōgeſſiſſet/ egre perferentes/ lapidibus inſecuti ſunt: & ad domū quandā fugientē comitati/ igne adhibito ſuccēdere tentabant: niſi ꝙ a Lepido exercitū ductante ſunt prohibiti. Id cōfidentię in primis ſignū/ Cęſaris rebus uidet̄ affuiſſe: & quod mercede ductis: cōiuratiſq; incuteret timorē. In Senatu uero perexigua quędā ſincerorū manus aderat. uiolentorū quoq;: & querulorū. Plures enī uario apparatu ad cōiuratos ſe cōtulerant: & primū fidedignos ſeipſos exiſtimātes: cū illis una adeſſe: & commorari: & a reis ad optimos tranſire lętabantur: Quod ab Antonio neutiq; ꝓhibitū fuit: ſatis fiſo/ eos minime uenturos eſſe quēadmodū non uenere quidē. Senatus ſcrutatione prępoſita: quidam: quod ab illis audacius admodū tentatū fuerat/ laudabant: uiros eos tyranni interfectores: & meritis honoribus donandos prędicabāt. Quidā honores dandos abnuebāt/ recuſantibus ipſis: nec ob id: quę egiſſent feciſſe ꝓfitentibus. ſatis eſſe illos ut benefactores collaudare. Alij laudationē eam omittendam eſſe. ſolū illis ignoſcendū iudicabāt. Non nulli circa huiuſmodi ſubdole ſe habebāt: ſatis animaduertentes/ ſi a Senatu a principio admiſſi eſſent/ ad reliqua poſt modicū/ facilorem illis affuturū aditum. Erant & qui cętetis ſinceriores/ hoc opus ut nefandum abhorrerent. ꝙ autem ab illuſtriū domibus: ſalui pręſtarent̄/ nequaq̄ prohibebāt. querebant̄ tamen/ ſi eos ut benefactores honoribus excolerent. Pleriq; e contrario dicebant: non conuenire: quibus ſalutē pręſtitiſſent inuidere/ ut tuti eſſe

Principium tumultus.

Scrutatio.

Quot diſcrepantes ſententias in Senatu aduerte.

Attende.

possent. Cū uero quispiam dixisset/ eorū laudē Cęsari calumniā afferte/ neutiq; concedendū putauerūt/ ut defunctus uiuis pręferret. Alio cōstanter admodū dicente/ ex duobus alterum eligendū esse/ aut Cęsarem scilicet tyrannū profiteri: aut hos uiros ex misericordia saluos facere. hoc solū reliqui admittentes/ sortes ad hęc tradendas postularunt/ ut de Cęsaris iureiurando inter se scrutarent/ sententiā q̄ sinceriſſime ab illis ferri posse/ nihil ad sortes necessitate latas intuentibus: neq; ut prius de seipsis sollicitis: atq; ferētibus/ defuncto Cęsare: sub quo nihil sponte egissent/ Pōpeio exempto rebus humanis: ac post Pompeiū infinitis alijs. Antonius eos contemplatus cū insidias astrueret/ in sermonum materiam haud inopem: & quę ambiguitatē auferret/ eos incidisse uidens: quod animo conceperat: domestico quodā pauore: ac sollicitudine illis aperit: & Senatorū multitudine cōspecta: qui partim ad urbanos magistratus atq; sacerdotia: partim ad prouinciarū: exercituūue pręfecturas a Cęsare in futurū creati fuerāt: quasi & ipse in expeditionē ad quinquenniū esset abiturus/ silentio p tubicinē indicto/ cōsulari potestate sic effatus est. Qui sortes de Cęsare denuo emittendas censent/ eos hęc intelligere necesse est/ Ipso scilicet imperante: & pręside iuste electo/ omnia ab eodē facta: & prębita/ illęsa permanere. Sin uiolentia: & tyrānide crassatū asserant/ corpus extra urbem insepultū abijciendū esse: eiusq; gesta omnia pro nihilo habēda. Est autē (ut cōiector) quęcūq; per omnē terram: mariaq; prouebūt nobis uendicare: & multa eorū/ nolentibus etiā nobis obtinere: quod post modicū ostendam. Quod autē ad nos solum pertinet/ quoniā de nobis solis id ipsum est: uobis ante omnia proponā/ ut in re perfacili/ difficilioq; imagināpossitis cernere. Nos quippe fere omnes partim sub Cęsare magistratū gessimus: partim adhuc gerimus ultra illos designati: partim ī futurū gerere electi sumus. Ad quinquenniū quippe/ ut scitis/ & urbani uobis magistratus: & anniuersarij ad prouinciaq;: aut exercituū curā distributi sunt. An hos sponte estis omissuri? hoc enī in potestate uestra est. Hęc igit uos ī primis

Sortes.

Fraus in tempore.

Oratio astuti: & mali uiri.

Confiscatio bonorum omnium.

diiudicare cenſeo: deinde reliqua perſpicere. Ita Antonius ingens/ nō pro Cęſare: uęꝝ ꝓ ſeipſis/ incendiū exuſcitans/ loqui deſijt. Illi ſubito uoce elata/ nullas alias ſortes depoſcētes in medium proſiliunt/ nihil prius a populo/ q̄ ut ipſis rata permanerēt quę cōceſſa fuerāt expoſtulāt: quibuſq; uel ętatis imbecillitas: aut aliud quippiā in electione nocuiſſet indulgerent. Horū in numero Dolobella aſcribi uidebaꝫ. cui minime licere exiſtimabant/ cum quintū ſupra uigeſimū ętatis annū duntaxat ageret: unica ex lege conceſſum ſibi inire conſulatū. Subita igiꝫ eorū quę pridie interagenda dixerat/ īmutatio ab illo facta eſt/ eodē cōuicijs multos inceſſente: qui cōiuratis honores afferre decreuiſſent: duceſq; ſuos accuſaſſent/ quo cōdecentē percuſſoribus ſalutē quererent. Alij porro Dolobellā: cęteroſq; ad ſpem magnam incitabāt: gratiā ob id a populo ſperantes/ ſi magiſtratus ſtatim declararet/ nō ex prędentiū īmutatione ulla: ſed ut legaliorem creationē fore oſtenderet: quę a monarcha ipſo eſſet edita: & quę ornamentū quoddā ipſis in monarchia: & democratia pariter afferret. Dū hęc illi loquerentꝫ/ quidā ex prętoribus ueſtes in cōtradicentiū deceptionē ultro exuunt/ ut demū cū cęteris illas aſſumentes/ iuſtiore impetu efferri uiderēt: neq; creationis huiuſmodi fuiſſe duces. Sic procedētibus rebus/ Antonius: Lepiduſq; e Senatu ſimul exeūt: & ſtatim nō nulli a lōge accurrentes eos uocitabāt. Cū ab alto cōſpecti eſſent: & uociferantiū quies uix tandē ſubſecuta foret/ quidā ex illis ſiue ſua ſponte: ſiue ab alijs inductus/ ne ſimilia patiantꝫ pręcauere eos admonet. Quo dicto Antonius/ exuta ueſte/ thoracē: quo erat indutus aperuit. Aſpicientes deinde uerbis irritans/ neminem ſine armis: ac ne conſules inquit/ tutos eſſe poſſe. Acclamantibus utraq; ex parte plurimis/ ad id facinus accurrēdū eſſe: multis ecōtra ad pacē prouocātibus/ his: qui de pace loquebantꝫ ita reſpondit. De hac igiꝫ perſcrutemur qualis futura ſit: & facta quemadmodū ſeruari poſſit. Inſcrutabilis quippe eius eſt ſecuritas/ quoniā neq; Cęſari ſacramenta quidē profuerunt: neq;

Principium omnis erroris.

Dolobella.

Antonij fallacię.

De pace contra Brutū.

execrationes. Ad illos uero: qui exire eũ ſuadebãt ſubinde cõ-
uerſus/ cõſiliũ eorũ cõmendauit: quaſi ſacratiora: & magis pia
pręeligerent. Et ipſe inquit in aciẽ uos educerẽ: primus uerbis
intonans/ niſi cõſul ſum: cui dictorũ/ magis q̃ iuſticię cura
imminet: Qui enim intus ſunt ita nobis ſuadẽt. In hunc modũ
Cęſar: quos hoſtes ex ciuibus ceperat/ ob urbis utilitatẽ ſaluare
ſtudens/ ab illis interfect9 eſt. Hęc Antonio ſenſim machinan-
te: qui factis opem afferre ſuadebant/ Lepidũ in auxiliũ ſimul
prouocãt. Lepido uero loqui incipiente: qui longius aberãt/ ut
i forũ deſcẽderet/ eũ hortabãt: ut omnibus ęque uox eius nota
eſſet. Quãobrem & ipſe ſubito proceſſit: ratus plebẽ ad ſe cõ-
uertere: & ad roſtra delatus/ ſuſpirare: flereq; ĩ multorũ ꝓſpe-
ctu cœpit. deinde ſic orſus eſt. Hoc in loco heri cũ Cęſare una
affui. Eodẽ ĩ loco uiciſſim defuncti necẽ cogor inquirere. Quid
igit̃ a me uultis? Acclamãtibus multis/ ut Cęſaris necẽ ulciſce-
ret̃/ ecõtra mercede cõductis reclamãtibus/ ut pacẽ urbi impen-
deret/ Hoc inquit cõſulemus. ſed qualẽ pacẽ dicitis: & quibus
firmatã ſacramẽtis? Nos quidẽ per patrios omnes/ iureiurando
Cęſari polliciti ſumus: deinde fefellimus: qui iuratorũ optimi
eſſe dicimur. deinde ad eos qui ulctionẽ poſtulabãt ſe cõuertẽs
Cęſar inquit a uobis ademptus eſt/ ſanctus re ipſa: & colendus
uir. Vrbẽ ne: & cęteros lędere uerebimur? Hęc itaq; primores
e uobis perſcrutent̃/ ſi pluribus uident̃. Exclamãtibus iterũ illis
ſolus perſcrutato/ Sic uolo inquit: & optimũ mihi etiam adeſt
iuſiurandũ: & ſoli quidẽ. Cęterũ nec mihi: nec uobis ſolis hoc
uelle ſufficiet: aut ſolis cõtradicere. Hęc & huiuſmodi machi-
nantẽ: qui mercede ducebãt̃/ liberalẽ intuentes/ laudare incipi-
unt: & ad ſacerdotiũ Cęſaris ineundũ adhortant̃. Quo audito
nõ nihil exhilaratus eſt: Et hoc inquit poſterius mihi memine-
ritis. nã indignus eſſe uideor. Magis adhuc cõfidentię ob ſacer-
dotiũ de pace/ aſſumẽtibus his: qui mercede ducebãt̃: & inſtan-
tius urgentibus/ Hoc impiũ: & iniquũ eſt inquit. faciã tamen
quę uolueritis: Et his dictis in Senatũ reuerſus eſt. In quo Do-
lobella per omne id tẽpus cõſulatus cauſa turpiſſime inſtiterat.

Simulata uerba Le-
pidi.

Cęſaris ſacerdotiũ.

Antonius: quę in populo fierēt opperiens/ eū risu eū intuebat. Diuerse quippe sentiebāt/ ut abunde ex aspectu licebat intueri: nec aliquid in populo feruentius actū apparebat. Cōiuratos itaq; ex necessitate saluare instituit: necessitatē occulens/ quasi in re difficili ex gratia eos pręseruaret. Quę igit a Cęsare facta erāt/ cōsilio firmare studēs: & cōsulta perficere/ silentio a tubicine iterū indicto/ sic orsus est. Ego quippe o uiri de ciuiū facinore/ cōsulentibus ī unū uobis/ nihil locutus sum. bis autē: qui de Cęsaris sorte ex aduerso ꝓ illis deposcebāt/ unicū ex operibus Cęsaris anteposui usq; nunc: quod uobis nō irrationabiliter tumultū attulit. Si enī magistratus deposuerimus/ facile cōfitebimur/ tot: & tales uiros indigne eos assumpsisse. Quę igit minus audistis/ perscrutemini nūc: & numero colligite urbes: nationes: reges: dynastas: & quęcūq; ut sic dixerim/ ab oriente ī occidentē/ Cęsar nobis uirtute: ac potentia subegit: legibus: clęmētia & benignitate firmauit. Horū nō nulla uos finere necesse est/ bis: qui ea sibi uendicarūt/ in omnia bellis: discidijsq; adimplere uultis: qui patrię maxime ęgrotāti ob facinora nuper gesta/ salutē afferre cupitis. Et hęc quidē: quę a difficillimis: & tremendis rebus lōge absunt omittemus. Illa uero: quę nō solū uobis ꝓpinqua: ueꝝ domestica ꝓ Italiā omnē sunt referā/ eorū: qui uictorię pręmia sumpserūt: quorū multitudo ingens est in armis/ sub eodē ordine a Cęsare instituta: & multa uicissim in urbe armatorū millia. quid eos acturos existimatis/ si quę accepere: aut quę ex ciuitatibus: ꝓuincijsq; auferre satagūt/ illis abstuleritis? Hęc quidē nox pręterita ꝓ imaginē uobis antepositit. Deprecātibus quippe uobis ꝓ bis: qui deliquerāt/ illi ex aduerso cōminantes accurrete. Corpus Cęsaris attractū: ac fœdatum: insepultū quoq; abiectū (Hęc enim ex legibus in tyrannos fieri solent) Circūspicite nūc: & cogitate: qui cū eo militabant/ Celtarū: & Britannorū: quę accepere/ stabilia ne sibi fore existiment/ illo: qui cōcesserat sic turpissime affecto? Quid populū ipsum facturū: quid Italos omnes creditis? Quantam in

Attende simultates.

Oratio fraudulenta Antonij.

uos cõcitaturos esse inuidiã/deoꝙ: hominũqꝫ/si imperiũ uestrũ ab oceano/ usqꝫ ad ignotas gẽtes ꝓpagatũ/ fœdaueritis? Nõ enĩ causa & reprehensione minus caueritis ob huiusmodi inconstantiã uestrã/ q̃ hi: qui consulem in consilio: factũ hominẽ/sacro in loco/ cõuocato Senatu/ in cõspectu deorũ occidentes/honore dignos arbitrant. Indignũ uero/illũ haberi uolũt: qui etiã apud hostes/ob uirtutẽ est dignissimus. Ab his igit ut fœdissimis: nec ĩ nobis existentibus/abstinere uos omnino cupio. Sententiã autẽ affero/ut ea: quę ꝓ Cęsarẽ facta: & cõsulta sũt stabilia permaneãt. Delinquẽtes uero laudibus extollere neutiqꝫ dignũ puto. Nõ enim sanctũ: nõ iustũ: aut cõsonans id quidẽ est si: quę a Cęsare acta sunt uelimus cõfirmari. At si ex misericordia eos saluare cupitis/ affiniũ: & amicorũ causa: idqꝫ ad eorum gratiã illi ipsi habituri sunt/ minime reprehẽdo. Hęc cũ increpatione: & impetu quodã grauitatis/differẽte Antonio/decretũ statim silentibus omnibus: & id approbantibus perlectũ est Nullas in morte Cęsaris controuersiarũ causas habendas esse: quęcũqꝫ ab eo facta essent: & cõsulta/ permanere. Ad utilitatẽ porro urbis: & eorũ qui salui futuri essent firmitatẽ/id a necessarijs eoꝙ extortũ est/ ut hoc etiã adderet. nõ ob iusticiã/ magis q̃ ob utilitatẽ/ea fore conseruanda. quod ab Antonio cõcessum est. Dũ hęc ab illis decernunt: quicũqꝫ sortientiũ duces aderãt: propriũ ꝑ ipsis decretũ cũ cõmuni adijciendũ postulãt: ut quę sorte collata: & data fuerãt/ ĩmota permanerẽt. Quod nec prohibuit Antonius/ Senatui trepidatione iniecta. Itaqꝫ id etiã cõcessum est. Secutũ est & aliud huic simile/ Senatoribus ad domos ꝑperantibus. Cęsar nempe apud Luciũ Pisonẽ testamentum deposuerat. Nõ nulli igit Senatũ a cõsilio redeuntẽ intuentes/suadere illi properant/ neqꝫ testamẽtũ publicandũ: neqꝫ corpus publice humandũ esse/ ne quid noui tumultus in urbe fieret. Senatoribus minime assentientibus/ ipsimet publicare uelle dixerũt: ut quod cõmuni cõsensu factũ esset/ populo minus uiriũ afferre posset/ tyrannidẽ rursus designantes. Ad quę permaxime exclamans Piso/ cõsules Senatũ adhuc pręsentem

Magna laus.

Consulis sententia.

Decreti publicatio.

Nota clausulam.

Attende alium tumultum.

Lucius Piso.

conuocare admonet.deinde ita fatur.Qui tyrannū unū intere/ Nota Piſonis uerba.
miſſe glorianť/ plures nobis pro uno effecti ſunt tyranni:qui a
me ſacrorum principē ſepeliri probibent: & teſtamentū effe/
renti minitanť: & ſubſtantiam eius/ ut tyranni inter ſe partiri
cupiunt:& ultra hęc: quę ab illo publice facta:& decreta ſunt:
rata eſſe ſtatuerunt. Quę uero a ſeipſo dereliquit/ minime ua/
lere aſſerunt. Quis iſte? non Brutus certe:aut Caſſius: ſed qui
illos ad hoc impulere facinus.Sepulchri igiť uos domini eritis: Audax uir.
Teſtamenti ego.Nec enī:qui fidei meę cōmendauit prius falli
ſinam/ q̄ quiſpiam ſpiritū mihi adimat. Tumultu:& indigna/
tione inter omnes ſubito coortis: & maxime ab bis:qui ſe ali/
quid ex teſtamento adepturos cogitabāt/uiſum eſt teſtamentū Teſtamentū Cęſaris.
ipſum in mediū afferre: & cōmuni impenſa corpus ſepelire:
Et ſuper bis conſiliū diſſolutū eſt. Brutus interim: & Caſſius
perceptis bis: quę geſta fuerant/ ad multitudinē miſere/ ut ad
eos ī capitoliū ueniret. Accurrentibus ſtatim plurimis/ Brutus Oratio Bruti uiri
ſic exorſus eſt.In hunc locū uobiſcum conuenimus o ciues:qui optimi.
heri in foro ſimul ueneramus/ non tanq̄ ad templū fugientes:
cū nihil deliquerimus: neq; tanq̄ ad prętrupta quędā: cum res
proprias curę ueſtrę mandauerimus.Cęterū Cinnę clade: qua
indigniſſime:& crudeliſſime affectus eſt/ ad id cōpulſi ſumus.
Senſimus quę ab hoſtibus pro iureiurando obijciunť nobis: &
ob id ſecuritatē nullā pacis afferentibus.Quę igiť ad ea reſpon/
dere uelimus/ uobis referemus o cines:cū quibus/ & alia: quę
ad populārē ſtatū pertinebant cōſulimus. Poſtq̄ e gallia Cęſar
cōtra patriā/hoſtilibus armis profectus eſt:& Pompeius in pri/ Pompeius popularis.
mis popularis inter uos/ea paſſus eſt:quę omnes norūt:& poſt
eum multitudo alia bonorū ciuiū: qui ī Libya:& Hiberia bel/
lo cōciderunt/haud imprudenter illum ueriti:qui tyrannidem
iam firmā poſſideret/ prętteritorū obliuionem a nobis exigenti
facile cōceſſimus: eamq; iureiurando confirmauimus. Verū cū
a nobis idē ex ſacramento exegerit/ nō prętentia ſolū patienter

ferre: ſed in futurum quoq; ſeruos eſſe uelle. quid egerunt: qui contra nos calũnias moliri ſtudent? Ego quippe romanos eos: qui uere romani ſunt/ mortẽ ſępius electuros reor/ q̃ ultroneã iureiurando ſubire ſeruitutem. Sin bucuſq; nihil ad ſeruitutẽ molitus eſt Cęſar/ nos peieraſſe cõfitemur utiq;. Sin uero neq; magiſtratus ĩ urbe: neq; prouinciarũ prębfecturas: & exercituũ: neq; ſacerdotia: ſortilegiaue: aut honores alios uobis contulit: neq; de quoq̃ prius cõſuluit Senatus: neq; populus quicq̃ confirmauit/ quin ĩ omnibus Cęſar ex mandato adeſſe uellet: neq; malis ſatiari unq̃ potuit: ſed Syllę ſimilis effectus eſt/ q̃q̃ ille de inimicis ulctus rempublicam uobis reddidit. Hic autẽ ad aliã expeditionẽ profecturus ad quinquenniũ/ ſuffragia uobis ſuſtulit. qualẽ huiuſmodi libertatem dicemus eſſe: cuius nec ſpes bucuſq; affulxit? Quid populo ptęſidentes Ceſetius quidẽ: & Maryllus? nonne ſacro muneri: intemeratoq; ptęfecti/ cũ contumelia repulſi ſunt? & lex una maiorum: & iuſiurandũ? neq; cauſam inquirere Tribunis adhuc exiſtentibus licuit. At Cęſar eos nulla indicta cauſa expulit. Vtri igitur ĩ ſacros deliquere? An Cęſar ipſe ſacer: & intemeratus: cui iſta non ſponte/ ſed ui coacti facere conceſſimus: pro quo prius q̃ in patriã rediret armatus/ tot: ac tales: & bonos quidem ciues neci dedimus? Tribunorũ quippe magiſtratũ/ num ſacrũ: intemeratumq; patres noſtri/ ĩ populari regimine/ nulla neceſſitate ducti/ eſſe uoluerunt? Idq; iureiurando perpetuo fore confirmarũt? Ad quem redditus imperij: rationeſq; deferunt? Quis nobis inuitis ęrarium aperuit? Quis intactos: & inuiolabiles pecuniarum theſauros rapuit: & alteri Tribuno prohibenti/ necẽ eſt cõminatus? Sed quale iuſiurandũ ad ſeruandam pacẽ iam tutũ erit inquiunt? Si quidẽ nemo tyrannus ſit/ nullo ſacramento neceſſe eſt: neq; patribus noſtris ullo tempore opus fuit. Sin uero alius tyrannus eſſe cupit/ nihil fidũ a romanis: aut iuſiurandũ ullum

Sylla.

Ceſetius.
Maryllus.

Confutatio iuriſiurandi.

expetat. Hęc enim in periculo adhuc cõſtituti ipſi dicimus: & pro patria cõtinue dicemus. Nam cum ſtabili adhuc dignitate frueremur apud Cęſarẽ/patriam honori noſtro prępoſuimus. Calumnientur igit̃: & in ſortionibus irritantes uos. Iam quidã ex incolentibus & incolatũ habituris hic adeſtis. Annuite mihi & ſignificate uos adeſſe. Annuentibus plurimis/ Eya inquit o uiri/ſic ĩ alijs facite: ſimul accedentes. Oportet quippe uos: quę cõuenientia ſunt perferentes: atq; facientes/ a patria uiciſſim: a qua pręmiſſi eſtis/ ęqua prędia ſuſcipere. Vos populus romanus Cęſari cõtra Britannos: Celtaſq; conceſſit. Aequũ eſt igit̃ uos ſtrenue agentes/bonorũ: & utilitatũ eſſe participes. At ille uos ſacramentis anteueniens/ q̃q̃ inuitos contra patriam armauit: & in optimos ciues/in Lybiam pariter dubitantes ire compulit. Si enĩ hęc duntaxat effeciſſetis/ forſitan & pro his lętaremini/ prędia ab illo petere. Sed cum nullus liuor: nullũ tempus: aut humana obliuio: quę in Celtas: & Britannos per uos facta ſunt/extinctura uideatur/pro his prędia expoſcere/ęquũ ducimus: quę priſcis militibus a populo dari cõſueuerant: qui domeſticis: & ĩmaculatis uiris/ nunq̃ tellurẽ eripere ſuſtinuit: neq; alijs aliena diſtribuit: neq; victoria potitus/ ęquũ retributionis opus ob hoſtium delicta arbitratus eſt/ uniuerſos agros ſibi uendicare. Cętetum partẽ illis abſtulit: eoſq; milites iuſſit incolere/ ueluti deuictorũ cuſtodes hoſtiũ. Et plerũq; nõ ſufficientibus agris: qui ſub haſta acquiſiti fuerãt/ ex cõmuni partẽ diuiſit: aut aliã illis precio coemit. Sic populus/ a cura uacuos incolatũ uos habere uoluit. Sylla uero: & Cęſar: qui in patriam cũ armis ueluti hoſtilẽ irruerũt/ ſuper ipſam cuſtodibus: ſatellitibuſq; indigẽtes/ neq; uos per prouincias diuiſere ullas: neq; tellurẽ uobis cõpararũt: nec bonorũ: quę in publicũ relata fuerant partem cõtulerũt: neq; honores his: quibus adempti fuerant/ ad eorũ ſolamen teddiderunt: cũ multa ex ęrario: multa

Optimus uir.

Cõfutatio in Antoniũ: & Cęſarem.

Lex prędatoria.

ex his: quę in publicū uenerant haberent. Verū Italię nihil delinquenti: aut quippiā inique agenti/ lege belli: ac prędatoria lege/agros: domos: sepulchra: tępla abstulere: quę ne alienigenis quidē hostibus ipsi tolleremus: sed decimā illis fructuū imposuimus. Sic uobis: quę nostrarū sunt gentiū partiti sūt/Eorū uidelicet: qui uos supra celtas/Cęsaris militię cōiunxerūt: pręmiserūtq: & multa ex uictoria uobis exoptarūt ꝓuenire. Vos autē sub signis militari ordine confertos collocarunt: neq; pacē assequi potētes: neq; intrepide degētes/eorū causa: qui e ꝓprijs

De Cęsare loquit.

expulsi fuerāt. Nāq; errabundus: & quęcūq; sibi uendicans/uos in multis obseruato tępore/ custodes habere meditatus est (Sic enim tyranni in primis cupiunt) nō autē tellurē uos assumere: quā aliunde prębere potuit: sed ut ī hostes cōtinue insidiantes: custodes uos fidos: & stabiles haberet: ac uicissim principat9 ab eo oppressi: & similia uobiscū iniuste perferētis. Beniuolentia nempe tyrannoꝝ ad satellites ex iniuriarū illatiōe fit: timoreq; perferendi: & banc quidē o dij īmortales cohabitationē uocāt: in qua gemitus eiusdē nationis hominū: & insultus ad eos: qui

Antoniū notat: & Lepidum.

nihil egere perpetrant. Verū illi nunc quidē consulto nationi nostrę inimicos uos pro sua utilitate reddidere. Nos autē: quos nunc urbi prędidētes/ex misericordia saluare uelle asserūt/eandem tellurē uobis in perpetuū firmauimus: firmamusq;: & testem horū deū facimus/& habetis: & habebitis: quę accepistis: neq; uobis quisq̄ eripiet. nō Brutus: nō Cassius: nō omnes: qui pro uestra libertate periculum adiuimus. Quod unicum in hac re querela dignū est. Sanemus nosipsos. Id enim conciliationē ad omnes uobis similes nationes afferet: & iocundū erit obsequentibus: quibus honorem ablatę telluris/ ex publico reddere intendimus: & ex primis quidem conferre uectigalibus/ ut non solum ex sorte uobis prębita certa teneatis: uerū sine in-

Finis orationis Bruti.

uidia incolere possitis. Hęc differente Bruto/ audientes omnes: & inter se una conferentes: ut iustissima comprobarunt:

& hos uiros intrepidos:& populi pręſertim amiciſſimos admirati/ ſumma beniuolentia cõplexi ſunt:& in ſequentẽ diẽ eorũ operã nauare pollicent̃.Cũ illuxiſſet/ conſules multitudinẽ ad concionẽ cõuocant: & quę illis uideant̃ intelligũt.In his Cicero uir diſertiſſimus/ de diſcordiarũ obliuione laudationẽ pering entẽ rettulit.Ita omnes exultantes/ Brutũ: Caſſiũq; e tẽplo auocant.Illi obſides interim ſibi mitti poſcũt: quibus Antonij & Lepidi filij pręmiſſi ſunt.Q̃ primum Brutus: & Caſſius in cõſpectũ uenere/ adeo plauſus ingens: & uociferatio exorta eſt ut cõſulibus nõ nulla dicere cupiẽtibus/ nemo aſſiſteret:ſed eos q̃primũ inter ſe cõciliari:amplectiq; iuberẽt.quod ab illis factũ eſt: ſtatimq; cõſulibus animus hebetari uiſus/ ſiue timore:ſiue inuidia/ ut uiros illos ĩ republica diuerſa ab ipſis ſentientes cõſpexere.Interea Cęſaris teſtamentũ tabulis quibuſdã affertur: quod multitudo recitari iuſſit. In eo Octauiꝰ ſororis ſuę nepos adoptiuus filius inuẽtus eſt. populo horti trãſtyberini prębiti. ſingulis romanoꝝ ciuibus:qui ĩ urbe aderant/quinq;:& octuaginta drachmę atticę collatę.Qua ex cauſa populus ad irã ſubito cõcitus eſt: cũ tyranni calũnia ſeductus/ uiri patrię ſuę amiciſſimi/teſtamentũ intueret̃.Miſerandũ porro uel in primis id uiſum eſt:cũ Decimũ brutũ ex eius percuſſoribus/inter ſecundos hęredes ſcriptũ cognouiſſet.Cõſuetudo nẽpe romanoꝝ in teſtamẽtis fuit/primis hęredibꝰ ſecũdos addere/ ut ſi primi hęreditatẽ nõ adiſſent nanciſcerent̃ ultimi.Ob id nõ mediocriter cũctoꝝ animi turbati ſunt:dirũ ac nefandũ exiſtimantes/Decimum in Cęſatẽ ultro cõſpiraſſe:qui ab illo filius eſſet nominatus.Piſone deinde Cęſaris corpus ĩ forũ deferẽte/ turba ingens ad cuſtodiã eius cũ armis aduolat:corpuſq; magna uociferatiõe & inſigni põpa ĩ roſtris collocãt.Subito itaq; beiulatus & ſuſpiria audiri:arma ab his:qui deferebãt cõcuti cœpere:nec multo poſt obliuionis ſecuta pœnitẽtia. Antonius ſic ſe habentes cõtemplatus/ neutiq; occaſionẽ negligendã ratus/ laudes Cęſaris dicere exorſus:ut cõſulẽ cõſulis: amicũ amici/ cognatũ ſibi cognati decet (Erat enĩ Cęſari iam ſanguine cõiũctus) ita rettulit

nauare

Cicero. Vide in Philippicis.

Obſides.

Teſtamentũ Cęſaris.

Octauius:qui poſtea Auguſtus.

Romanorum mos in teſtamentis.

Cęſaris corpus in roſtris.

Antonij oratio obliqua: que continuo ordine nō ſequit̃: de laudibus Cęſaris.

Non dignū arbitror o ciues tanti uiri cōmendationē in funere eius/ a me potius: qui unicus ſum/ q̃ ab uniuerſa patria eſſe referendā. Quęcūq; enim uirtuti Cęſaris: quē nos pariter amauimus/ Senatus: & poſt ipſū populus uiuenti adhuc/ ex decreto cōtulit/ ueſtrā: & nō Antonij uocē eſſe exiſtimans referam. Et hęc uultu mœſto: grauiq; recenſuit. Voce deinde ſingula indicans: & in his diutius inſiſtens: maxime in quibus ex decreto eum conſecratārat: cū diuinū ſcilicet: & intemeratū. patrē patrię & benefactorē: uel preſidentē: & qualem neminē unq̃ appellaſſent/ ī omnibus. Antonius uultū: manūq; ad Cęſaris corpus inferēs/ ſermonis impetu facinus aperuit. Ad ſinglos etiā oratione breui innuens/ miſericordia: indignatiōeq; repleta/ Hoc inquit decretū patris patrię: hoc pietatis teſtimonium. hic ſanctus: & intemeratus: & illęſibilis uir: & ad quē aliquis perfugeret: nō autē ab eo diffugeret quiſq̃. Vexę ille uobis facer & īmaculatus interēptus eſt/ nō tyranni in motē p uim honores capiens: quos nec unq̃ poſtulauit. Illiberrimi quippe nos: qui hęc indignis: & minime poſcētibus impendimus. Verū uos p nobis reſpōdete/ quare nō illiberi? O fideles ciues qui tali honore defunctū eſtis p̄ſecuti: Et his dictis/ iuſiurandū itexę recenſuit. Nos Cęſarē: & Cęſaris corpus totis uiribus cuſtodire pollicemur/ ſi quis inſidiabit̃: Extorrē eſſe/ ſi quis opē nō attulerit decernimus. In hoc maxime uocē: manūq; capitoliū uerſus erigēs Ego Iupiter patrię: cęteriq; dij inquit/ opē afferre paratus ſum: quemadmodū iureiurādo ſum pollicitus cū collegis meis: quę cognita ſunt inferre libeat: & inferri deprecor. Tumultu igit̃ a Seuatu ſuper hoc maxime: quod in eum publice dicebat̃ elato: pauliſper ſe refrigerās Antonius: & ad ſe rediens itexę fari cœpit. Vident̃ inquit o ciues: quę geſta ſūt/ nō hominū manu: ſed demonū potius opera eſſe facta: & quod adeſt/ magis q̃ quod factū eſt/ decet perſcrutari: cū maius periculū nobis allatura uideant̃ quę futura: q̃ quę ſūt preſentia/ ne ad priſtinas ſeditiōes reuertamur: & quicquid generoſi ī urbe reſidet cōterat̃ denuo. Premittamus igit̃ eum tanq̃ ſacrū in beatorū numerū: ſolitum

Viri ſeditioſi uerba: & libertatis inimici.

Iuſiurandum.

Attende forū Capitolio finitimū.

Tumultus.

Mitigat rem per timorem imminentium.

illi hymnū: & fletū decantantes. Hęc referens ueſtē a pectore
q̄ſi lymphaticus quidā abſcidit: ſeq̄ ea accingēs manuū dexte-
ritate/lectū ſub tentorio poſuit/ nūc abſcōdens: nō nunq̄ dete-
gens/ut deū cęleſtē primū uerſib⁹ cecinit:& ad fidē ex deo ge- Deificat Cęſar ab An-
niti manus protendit/cōcita uoce/bella: pugnas: victorias: gen- tonio.
teſq̄:quas idē patrię ſubegerat ediſſerēs:Spolia p̄terea quę de-
tulerat ſūma admiratiōe recenſens: & cōtinue exclamans. Hic
ſolus inuictus cōtra omnes:qui cū eo cōgreſſi ſūt. Tu ſolus pa-
trię/ per tercētos annos turpiter afflictę/attuliſti opem:& feras
gētes:quę ſolę ī Romā uenerāt:& incendiū urbi ſolę intulerāt Gallos intelligit.
ad genua tibi ſubieciſti. Multa alia demū deprecatus/ uocē ex
ſplendida uertit ī flebilē: & ut amicū indigniſſima perpeſſum
deflere cœpit:ac lamentari:palamq̄ exoptare ꝑ Cęſare animā
ꝑpriā cōmutare poſſe.Dein uehemētiſſime cōuerſus ī lachry-
mas/ Cęſaris corpus nudū protulit: ueſtē pilo impoſitā oſten-
tans/plagis laceratā undiq̄:& imperatoris ſui ſanguine fœdatā
Ad quę populus ueluti lugubri in turba lamentatus/ ex luctu ī
iram cōmotus eſt. Cum uero ad hos fletus/ & alij uiciſſim ritu
patrio/cū cantu referrent/uoluptate ductus/opera eius denuo:
cędemq̄ recenſebat/potiſſimū in his:in quibus Cęſar erumnas
ꝑprias deflere uidebat: aut quib⁹ ex hoſtibus beneficus fuiſſet Attende.
nominatim prędicabat: uel cum de percuſſoribus eius/ ueluti
admirans querebat.Men.ſeruaſſe/ut eſſent:qui me perderent.
Ad ea populus quaſi ī re admiranda angebat/ maxime:omnes
ſcilicet in cędē eius cōiuraſſe:qui ex Pompeiana ſeditione/De-
cimo excepto in poteſtatē eius uenerant:& ꝑ ſupplicijs/ad ma-
giſtratus:nationūq̄ prędecturas:& exercituū elati fuerāt.Deci-
mū p̄terea ab eo dignū habitū/ ut filius inſtitueret: ac hęres.
Sic furente turba/ cū ad manus ſeſe accingeret/ quidam ex Cę- Cęſaris imago ex cęra.
ſaris lecto imaginem eius extulit/ cęra fabricatam. nam corpus
ſupinū in lecto reſidens haud ab ullo cerni poterat.Imago autē
ex machina undequaq̄ uertebat: & tres ſupra uiginti plagas ꝑ Antonius in uniuerſa
uniuerſum corpus:uultumq̄ oſtendebat/ ferino ritu impreſſas oratione ſecutus eſt
atq̄ patentes.Hanc igit imaginē/ ut lugubrem intuens uulgus: morem fratrū ętatis
noſtrę de obſeruātia.

dolorē ulterius ferre nō potuit: uęꝫ in unū ſtatim cōiurauit: aę locū ī quo Cęſar ab ęmulis interēptus fuerat circūdedit: igneꝙ cōbuſſit: & percuſſores longe fugiētes inſecutus eſt. adeoꝙ intemperanter ex ira & dolore cōmotus eſt/ut tribunū Cinnā ex nominis parilitate deceptus/cū prętor: qui in Cęſarē orauerat Cinna diceret: eundē eſſe exiſtimās/nō expectato iudicio crudeliſſime necauerit: contrucidaueritꝙ/ut nulla pars ſepulchro potuerit inferri: ignē quoꝙ ad cremādas percuſſoꝝ domos cōportarit. uęꝫ reſiſtētibus ſtrenue illis: uiciniſꝙ rogātibus/ab incendio temperatū eſt: q̄q̄ populo arma in ſequentē diē afferre cōminātī. Qua ex cauſa percuſſores ſe occultantes ex urbe diffugere. Populus ad Cęſaris corpus denuo reuerſus/ ī capitoliū deferre/ueluti rem cōmendatiōe dignā: & cū dijs tumulare pariter cōtendit. Aduerſantibus demū ſacerdotibus in forū retulit: quo in loco uetera romanorū regū uiſebant monumenta. Et ligna: ſedeſꝙ: & quęcūꝙ in foro parata aderāt: aliaꝙ huiuſmodi intulere omnes: ac pompā uiciſſim abundantē inferentes/nō nulli coronas a ſeipſis: & donaria multa iniecere flāmę: & ꝑ noctē circa pyrā cōſtitere: quo ī loco primū ara erecta eſt: nūc templū Cęſaris ipſius reſidet: quod diuinis cōdignū celebrauere honoribus. Etenim hęres: & filius eius Octauius/ Cęſaris nomine aſſumpto: & ꝑ ueſtigia illius/ rempublicā diſponens/principatū qui nūc etiā permanet/ab illo radices aſſumētem/maiorē in modū auxit: & ut parentē ſūmis ꝓſequeret honoribus/parē dijs īmortalibus haberi uoluit: A quo primo nūc etiā Romani cuicūꝙ huic imperio aſſiſtenti/niſi tyrannus: aut indignus ſit huiuſmodi honores/ cū e uita ceſſerit ſolēt impartiri: qui prius illis pręſidentes/ne regis quidē appellatione dignos cenſuere. Sic Caius Cęſar extinctus eſt in die: quam idus Martias appellāt: & quā uates nō euaſuꝝ eū eſſe prędixerat: q̄q̄ ille irridēs circa aurorā/ adueniſſe idus diceret: uateſꝙ interitus nundū prętereriſſe reſpōderet. Is igit talibus: & a tanto uate prę/monitus indicijs: ſigniſꝙ alijs: quę a nobis pręmiſſa ſūnt irriſis:

Error in nomine.

Monumenta regū in foro.

Ara Cęſaris.

Idus Martias.

progreſſus interijt: annū ſextū ſupra quinquageſimum ętatis agēs: uir ad omnia felix: ac beatus: & qui pręclara multa geſſerat: Alexādro fere ad omnia cōſimilis. Ambo quippe ambitioſiſſimi omniū fuere ac bellicoſiſſimi: & ad quęcūq; cōcupita ineunda citatiſſimi: ad pericula impetuoſi: corporis etiā contemptores proprij: neq; militari diſciplina magis freti q̄ audacia & fortuna. Quoꝝ alter ꝑ inaquoſa plurima/ ad Hammonē ęſtatis tēporibus ꝓfectus eſt: & Pamphyliū ſinū/ enauigato mari feliciter excurrit: & pelagus fortuna cōtinente trāſmiſit: & in itinere inſtante hyeme/ per importuoſum mare ad Indos uſq; penetrauit: & ī oppugnatione oppidi per ſcalā primus aſcendit: & ī hoſtes e muro proſiluit ſolus/ tribus ſupra decē uulneribus corpore exceptis: & īuictus ſemper exiſtēs/ ſingulo ferme: aut duplici ope unūquodq; bellū ſuperauit: multa Europę barbara ſibi uendicans. Greęcos porro manu uicit: bellicoſiſſimā gentem: & libertatis cupidā: nec ulli prius q̄ Philippo: per ornatū ad belli preſidentiā: modicū quid parere aſſuetā. Aſiam ferme totam: ut ſic dixerim/ excurrit: Sic ut Alexandri fortunam: ac potentiam/ ex regionibus: quas adeptus eſt/ metiri poſſimus: qui cum reliquum orbis animo conciperet extinctus eſt. Cęſari autē Ionium mare hyeme media patuit: & nauigationi eius tranquillum ſe preſtitit. Heſperium etiam oceanū ſupra Britannos idem enauigauit: & cum nundum eorum promontoria eſſet expertus/ cedentes gubernatores naues appropinquare iuſſit. Ipſe uero ꝑ alios fluctus/ ſolus parua rate/ nocte per uim ꝓfectus/ gubernatori ut uela uentis traderet imponit: & ut maiorem in Cęſaris fortuna/ q̄ in mari ſpem apponeret edixit. Intra hoſtes ſępenumero proſiluit ſolus/ trepidantibus ceteris: & trecenties ipſe in celtas aciem inſtruxit: donec quatercentas nationes in poteſtatem ſibi ſubdidit: ſic Romanis formidabiles: ut ſacerdotū: ſeniorumq; lege/ de immunitate belli edita aſcriptum ſit: niſi celticum inſtaret bellū: incumbente eo/ ſacerdotes: ſenioreſq; in armis eſſe oportere. Cęſar circa Alexandriam depugnans: & in ponte ſolus derelictus: & oppreſſus undiq;:

Cōparatio inter Alexaudrū: & Cęſarem.

Pamphylius ſinus.

ſcalar

Greęci bellicoſiſſimi.
Philippus.
Aſia.

Mare Ionium.
Heſperius oceanus.
Britanni.

Lex immunitatis ſacerdotum: & ſeniorum.

Vir magni ſpiritus.

ueſtē purpureā abiecit: & in mare deſiluit: & ab hoſtibus perquiſitus in profundū enatauit diu latens: ſolā ex interuallo reſpirationē hauriens: donec amica appropinquāte naui manus extulit: & ſeipſū oſtentans ſaluatus eſt. Ciuilibus autē in bellis uel propter timorē: ut dicere ſolebat: uel propter dominādi libidinē illapſus/ ducibus in bello optimis uſus eſt. Exercitibus pręterea multis: & magnis/ nō barbarorū modo: ſed romanoꝝ occurrens: qui uirtute: & felicitate pręſtiterant/ omnes ſuperauit unico pręlio: aut duobus ad ſummū expertus hoſtes. Neq; tamen ī omnibus exercitu inuicto: quēadmodū Alexander eſt uſus. nam & apud celtas fœde deuicti Cotta: & Titurius prętores eius/ magnā ſuſtinuere cladē: Et in hiberia Petreius: & Affranius/ obſeſſorū in modū/ milites eius cōcluſerūt: & in Dyrrhachio: & libya aperte fugā meditati ſunt: Et in hiberia iterū Pōpeiū iuuenē extimuerūt. Cęſar quidē ipſe ītetritus ſemper fuit: & in fine cuiuſq; pręlij inuictus habitus. Romanorū potentiā terra: mariq; ab occidēte ad Euphratē uſq; pertinentem per uim pariter: clęmentiāq; ſubegit: multo quippe Sylla conſtantior: multoq; cōtinentior. Regē enī ſeipſū nolētibus oſtendit: & ſi appellatione eius abſtinuerit. Cū bella alia animo cōciperet/ uiciſſim & ipſe extinctus eſt. Affuit ambobus exercituū quoq; ſimilitudo. prōptiſſimi quippe utriq; affuere: ac beniuoli: & ī pręlijs feritate ſimillimi: Inobedientes ſępenumero ſuis imperatoribus: & ob aſſiduos labores ad ſeditionē proni: quos defunctos deplorauere: deſideraueręq; q̄ maxime: & deoꝝ honoribus dignos cenſuere. Vterq; etiam corporis robore: & pulchritudine pręcelluit. Vtriq; a Ioue genus: Ille quidē ab Aeaco & Hercule: hic ab Anchiſe & Venere duxit originem. Contentioſi aduerſus irritantes ambo: ad conciliandum uero perfaciles: & in captiuos pariter clęmentes habiti. ultra clementiam benefici quoq;: neq; aliud q̄ uincere affectantes. Hęc igitur in hunc modum congrua: & ſi diſpari uterq; potentia ad

Cotta.
Titurius.
Petreius.
Affranius.
Pompeius iunior.

Aeacus.
Hercules.
Anchiſes.
Venus.

principatū acceſſerit. Ille enim ex regno iam adaucto a Philippo: atq; exercito: hic ex priuato ordine/ nobili tamē: & illuſtri: pecuniarū deſtitutus copia/ ad gloriam emerſit. Signotū porro quę pereximia illis euenere/ uterq; contēptor: & uatibus eorū finē prędicētibus/ neuter ſuccenſuit. Signa utriſq; ſępenumero paria: & idem amboꝝ exitus. Vtriq; etenim bis infelicia affuere pronoſtica: ī quibus ambo a principio dubiū ſubiere periculum. Nā Alexander inter Oxidraces/ ſuper hoſtilem ante macedones prouectus murū/ cōfractis ſcalis in ſummo deſtitutus: ob audaciā ad hoſtes interius proſiluit: quo in loco errabūdus: pectus primū: deinde collū ſuperiori ex parte grauiter ſaucius cū iam concideret/ macedonibus portas ex timore proſternentibus/ ſaluatus eſt. Cęſar uero ī hiberia/ cū exercitus pauore trepidaret: in iuniorē Pompeiū ſumpturus arma: & pugnā inire uereret/ ī mediū proſilijt: & ducētis ſupra clypeū exceptis telis tam diu perſtitit: quoad ab exercitu accurrēte: & uerecūdia: timoreq; correpto tutatus eſt. Sic ipſis prima quidem pronoſtica periculū attulere mortis. Secunda uero mortē cōſumarunt. Pythagoras quondam uates/ Apollodorū: Alexandrū: Epheſtionēq; metuentē/ ſacrificio rite peracto/ ne metueret admonuit: ſtatim quippe ambos e medio abituros. Defūcto deinde Epheſtione/ ueritus Apollodorus/ ne quis inſidias regi ſtrueret/ uaticiniū illi prodidit. Ad quod ſubridens rex Pythagorā interrogauit/ quid id ſignū portenderet. Cū ille ultima ſignificare diceret/ denuo arridens/ Apollodorū ex beniuolentia: uatem uero ex cōfidentia laudauit. Cęſari uiciſſim cū ad ultimū in Senatū acceſſiſſet: ut a nobis paulo ante dictū eſt/ eadē obuenere ſigna: ad quę illę irridens/ ſimilia ſibi in hiberia eueniſſe dixit. Reſpondente uate/ & tunc quidem ipſum ī periculo fuiſſe: Et nunc quidē inquit/ propitiū nobis aderit: Aliquidq; ad fiduciā adijciens/ denuo ſacra fecit: donec retardantibus eum ſacrificijs: ſubiratus Senatū ingreſſus eſt: ibiq; interficitur. Simile & Alexandro contigit: cum ex Indis ī Babylonem cum exercitu

Signa.

Pronoſtica.

Oxidraces.

Nota imperatorum.

audaciam.

Pythagoras uates.

Apollodorus.

Epheſtio.

Indi.

Babylon.

Notabile de Chaldeis

rediret: & iam proximus urbi esset/ Chaldei admonuere ut ab ingressu se in prę̨senti contineret. Illo uero Iambū proferente: Quoniā optimus uates is est: qui bene meditat̃: secūdo monuere Chaldei/ ne ī occidentē se cōuertens/ cum exercitu ingredi uellet: cę̨terū ad orientē cōuerso aspectu/ circūeundo/ urbē caperet: quibus illum annuisse ferunt: & urbē circūire statuisse: sed ab interiacente palude prohibitū/ cum ira contēpsisse eos: & in occidentē conuerso aspectu/ introijsse urbē. Egressum deinde: & p Euphratē: & Pollacota flumen nauigantē: quod Euphratē suscipiens/ in paludes: stagnaq̨ diffundit̃: & assyriā tellurē fere nauigabilē ubiq̨ reddit/ cū fluuiū muro sepire destinasset: ob idq̨ nauigaret/ Chaldeoꝝ uerba irrisisse aiunt/ q̨ Babiloniā saluus ingressus esset: & egressus nauigaret. Cę̨terum euenit/ ut cū in urbē redijsset moreret̃. Simili contemptione & Cę̨sar uidet̃ usus. Vate quippe diem mortis illi prędicente/ q̨ Martias idus nō euaderet: cū dies illuxisset/ uatē irridens/ idus adesse dixit. Et in his similiter extinctus est. Pari modo prognostica quisq̨ sua contēpsisse dicit̃: nec tamē uatibus hę̨c ipsa referentibus succēsuisse: & ambos nihilominus sub uatū prędictione decessisse memorant. Fuere prę̨terea ad uirtutis disciplinā & patrij: & grę̨ci: & exteri simul sermonis studiosi ambo. Alexander quidē inter Indos potissimū Brachmanas: qui doctissimi habent̃ apud eos: quēadmodū apud Persas magi/ eorū sapientiā perscrutatus est. Cę̨sar uero ę̨gyptioꝝ ingenia/ cū ę̨gyptū peragrans Cleopatrā regno prę̨ficeret/ diligenter tentare studuit. Quoꝝ causa pleraq̨ inter romanos prudētissime direxit: & anni cursum nullo ordine fluentem ob intercalares menses: ad lunę quippe cursum metiri eum soliti/ ad solis cōuertit motum: ut ę̨gyptijs mos fuit. Contigit etiā ambobus neminem ex conspirantibus in eos euasisse: sed eoꝝ stirpi cōdignas impendisse pœnas: quemadmodū & Alexandro: qui Philippū occidere: Quod Cę̨sari uicissim/ ut contigit/ in sequentibus referemus libris.

Euphrates: & Pallacota fluuij.

Assyria.

Appiani Alexandrini ſophiſtę bellorũ ciuilium liber tertius incipit. Traductio. P. Candidi.

Caius igitur Cęſar plurimi apud Romanos in imperio dignus habitus/ in hunc modũ ab hoſtibus interfectus eſt: & a populo ſepultus. Quas autẽ percuſſores eius: & in primis clariſſimi pœnas dederint/ liber iſte: & inſequens uiciſſim explicant: qui ciuilia romanorũ bella deinceps ab illis geſta complectuntur. Senatus quidem Antonium ob Cęſaris funus ſuſpectum habebat: q; eius cauſa populus ad tumultũ concitatus: diſcordiarũ obliuionem ex decreto ſtatutam contempſiſſet: & ad percuſſorũ domos cum igne decurriſſet: quam ſuſpitionem idem unico opere in re. p. edito/ ad beniuolentiam conuertit. Erat Amatius quidã prioris Marij falſo filius: qui parentis cauſa populo fuerat acceptus. Is igitur ob hanc ſimulationem/ cũ Cęſaris affinis crederet: eius interitũ permoleſte ferens: aram ante pyram conſtituerat. collectaq; in unũ audaciorũ manu/ ijs qui effugerant tremendum ſe pręſtiterat. Horum non nulli urbe ceſſerant. Qui uero ſub Cęſare prouinciarũ curam ſibi aſſumpſerant/ ad eas ſe cõtulerant. Decimus quidẽ Brutus ad finitimã Italię celtarũ gentem. Trebonius in aſiam: quę circa Ioniam ſita eſt. Tullius cimber in Bithyniam. Caſſius uero & Marcus Brutus: quibus Senatus plurimũ fauebat: & ipſi ſub Cęſare ad prouinciarũ regimen in ſequenti anno electi dicebant̃/ ut Syrię Caſſius: Brutus Macedonię pręeſſet. Sed cũ urbani prętores adhuc eſſent: ex neceſſitate ſub mandato tenebant̃: ſortilegiſq; adulabant̃ maxime: & alijs quoſcunq; ſuſpicabãt̃/ ſuffragia ad ſe uendicantes uenundare: lege prohibente/ ne cui intra uigeſimũ annum prouincię

Antonius Senatui ſuſpectus.

Suſpitio ad beniuolentiã cõuerſa ab Antonio.

Amatius. De hoc meminit Cicero in philippicis.

Diſceſſus cõſpiratorũ ex urbe.

Decimus Brutus.

Trebonius.

Tullius Cimber.

Caſſius.

Marcus Brutus.

Sortilegi.

Lex.

adminiſtratio conferri poſſet. Cū his Amatius una cōferre: & inſidiari dicebaꝫ. Hac igiꝫ ratione motus Antonius/ueluti conſul ī eos inuectus/ Amatiū cepit: interfecitq;/ nullo iudicio exhibito audacter admodū. Quod opus tanq̄ arduū: iniquūq; Senatus admiratus eſt. percepta tamē utilitate diſſimulanter tulit ſatis cōſcius ſine huiuſmodi audacia: quę ad Brutū pertinebāt & Caſſiū neutiq; in tuto collocari potuiſſe. Cętęq; Amatij milites: & reliquus ad hos populus/ Amatij deſiderio: ac eoq; quę geſta fuerāt dolore correpti: quoniā permaxime Antonius ob illum populo acceptus ferebaꝫ: eo modo ſe ſperni cōquerētes: magnis clamoribus forū occupāt: Antoniū calumnijs inſequūtur: Magiſtratibus quoq; perſuadent/ut Amatij loco aram colluſtrantes/ſuper ipſam Cęſari q̄primum ſacra faciant. Expulſi deinde e foro a militibus/qui ab Antonio pręmiſſi fuerāt: maiori adhuc indignatione uoces emittebant: Non nulli Cęſaris imagines interempti proferebāt. Verū cū quidā illis prędixiſſet locū in quo Cęſaris imagines fierēt demonſtrare uelle/ ſtatim inſequunt: bisq; perſpectis ignē iniecerunt: quoad ab alijs ab Antonio miſſis/quidā reſiſtentes interfecti ſunt: alij deprehenſi ex ſeruorū numero cruci delegant. Qui uero ex liberis in unū aderant: ex edito quodā loco pręcipites truduntur: eoq; modo tumultus in populo ſedatur. Verū inſigne odiū ex magna populi beniuolentia in Antoniū ſubito exarſit. Qua ex re Senatus exhilaratus eſt: quaſi nemo ex his qui circa Brutū fuerant amplius trepidare poſſet. Cum autē Sextū Pompeiū magni Pompeij filiū: qui ab omnibus fere diligebaꝫ/ Antonius exhiberia acciri ſuaderet: quo in loco aduerſus Cęſaris prętores bellum gereret: Illiq; pro paternis bonis in publicū collatis uicies & quinquagies decēmille drachmas atticas impendi: maris quoq; prędidem inſtitui debere: quemadmodum & parens eius olim extitiſſet: rebuſq; ingruētibus Romanorū claſſe: ubicunq; ea eſſet/uti poſſe/ Senatus ſingula admiratus facile cōceſſit: Antoniūq; per uniuerſam diē laudibus immenſis extulit.

Imagines Cęſaris. ex cęra puto.

Sedatio tumultus.

Odiū in Antonium.

Verſutia Antonij.

Non enī quiſpiā Magno populariot : aut acceptior illis fuiſſe uidebaṫ. quamobrē deſiderabaṫ ab omnibus. Caſſius porro & Brutus qui ex pompeiana factione eſſe dicebāṫ: & tunc quidē in honore habiti/ ſalutē indubiā adipiſci putabāṫ: & eorū quę pegiſſent intentū obtinere: populare insuper ſtatū ad optatū duxiſſe exitū/ ſorte eorū iam in tuto collocata. Ob quę Cicero cōtinua oratione Antoniū palā cōmendauit. Senatus ob uulgi inſidias illū miſeratus/ ut cuſtodiā corpori adhiberet: & ex militibus: peregriniſq; idoneos ſibi deligeret indulſit. At is ſiue ad ſalutem hęc omnia referret: ſiue fortunā ueluti arridentem cōplecti cuperet/ aſſidue cuſtodias ſibi deligebat. Et iam ad ſex mille/ nō ex armatorū numero: quos facile in neceſſitatibus: & alibi habere putabaṫ: ſed ex turmarū ducibus electos ſibi aſciuerat: pręcipuos in armis: & bellicarū rerū experientia doctiſſimos: Ad hęc porro notiſſimos ex militia: quā ſub Cęſare geſſiſſent. Ex his ordinū principes ſummo ornatu dietim eligebat: eoſq; magno in honore penes ſe habebat: Illuſtriū quoq; cōſiliorū participes una deducebat. Senatus cū multitudinem eorū: & electionē ſuſpectā haberet/ Antonio cōſuluit ut cuſtodiam huiuſmodi/ inuidię plurimū obnoxiā diſſolueret: & ad ſufficientē numerū ac debitū referret: quod ille facere eſt polliciſus/ q̄ primū populi tumultus quieuiſſet. Sed cū ſtabilia fore decreuiſſet quę Ceſar cōſtituerat: eaq; in cōmentarijs a Cęſare relata penes ſe haberet: Cęſaris item ſcribam Faberiū nomine/ in omnibus fidum atq; obſequentē retineret/ ꝓpterea q; ex urbe proficiſcēs Cęſar/ hęc omnia apud Antoniū depoſuerat: ī quibus multa ad multorū gratiā cōſcripta erāt: quę urbibus: dynaſtis: & eoꝝ pręſidijs dono impēderat/ Ad ſingulos ea depoſcentes ſcribebat Antonius. hi uero ex huiuſmodi gratia deuincti Antonio fauebāt. In hūc modū pluresī Senatū introduxerat: reliquis ex ſenatorio ordine obſequētibus/ ne cuſtodię eius uiderent inuidere. Dū hęc ab Antonio Faberioq; agitant: Brutus & Caſſius nihil a populo aut exercitibus tutū intuētes:

Magnus Pompeius.

Cicero in philippicis meminit.

Antonij fraus.

Cęſar in cōmentarijs.

Faberius Cęſaris ſcriba.

Brutus: & Caſſius quid.

non ob Amatij insidias se ab ullius scelere īmunes arbitrati: nō Antonij dissimulationē: ac uarietatē: qui exercitū parasset/ ulterius ferētes: nō populi statū ullo opere firmari posse cogitantes: ueꝝ ob id ipsū Antoniū suspectū habētes/ Decimo cōfisi: qui tres in lateribus legiones paratas retinebat/ad Treboniū in Asiā: ad Tullliū uero in Bithyniā clanculū misere/ut pecunias secreto cumularent: exercitū insuper pararēt. Properabāt autē ut earū prouinciarū quas a Cęsare accepissent: cōpotes fierēt. Indecens enī uidebat nundū trāsacto tēpore/prętura: quā ī urbe gererēt omittere: quę suspitionē ineundi dominatus gētiū afferre posset. Malebāt ꝙ ob necessitatē medio tēpore priuatim degere/ q̄ in urbe esse prętores: cū nec timore carerēt: neꝙ conueniētia bis quę pro patria egissent exequi liceret. Sic se habentibus rebus/ Senatus cognita eorū uoluntate/ut de frumēto urbi inuehendo ab omnibus terrarū partibus/curā sumerent/illis imperat: quoad prouinciarū ab illis sumendaꝝ aduenisset tempus. Id enim meditabat/ne Brutus aut Cassius ex urbe uiderēt effugere/ Tanta illoꝝ Senatui cura: & uerecūdia inerat: cū eoꝝ causa percussores reliquos in tutelā suā suscepissēt. Bruto deinde & Cassio urbe egressis/ Antoniꝰ potestate adauctus: & iam monarchicus existens/ pręfecturas nationum: & exercitus sibi uendicabat: Syriāꝙ in primis habere cupiebat. Sed cū se suspectum esse animaduerteret/ maiori tamē suspitione detineri putabat si prouinciā illam postulasset. Nam Senatus Dolobellam consulē alterū/ secreto cōtra ipsum sibi asciuerat: quē continue Antonio aduersum cognouissēt. Dolobellā igit iuuenē & ambitiosum intuens Antonius/ Syriā Cassij loco: ac exercitum in Parthos pręparatū petere suasit/non a Senatu quidē: quod fieri minime putabat: sed a populo ꝓplatą lege. Qua de re lętatus ipse legē protulit. Increpante deinde illum Senatu/ ꝙ a Cęsare decreta dissoluere temptaret/ bellū contra Parthos sub Cęsare statutū/ minime īmutatū esse ait. Cassiū Syrię administratione dignū habitum: qui Cęsaris acta ī ptimis oppugnaret: Sortes

Decimus Brutus.
Trebonius.
Tullius Cimber.

Diligebant a Senatu Brutus: & Cassius.

Monarchicus Antonius.

Scandalosus uir iste.

Astutia.

Perpulchra Antonij responsio.

prętерea plurimis impenderet: qui uigesimū ętatis annū nun-
dum attigissent/se maxime erubescere: cum Dolobella esset/si
ad Syrię administratiōnē Cassio minus haberetur dignus. Ob
hęc Senatus Tribunū quendā Asprinam nomine/in creatione
pro duobus significantē/iussit illudere: sperans Antoniū ad id
quippiā allaturū esse/ consulē existentē: ac signoꝝ sacerdotē: &
iam discordem cū Dolobella habitū. Antonius sortione facta:
cū Asprina duo significare rettulisset: idq; nefastū esse diceret
(quippe mos fuit alios subinde eligere) iratus Asprinę men-
dacio/tribus/de Dolobella sententiā iussit efferre. In hūc modū
Dolobella Syrię pręficit: & belli cōtra Parthos prętor designa-
tur: ac exercitus uniuersi circa Macedoniā a Cęsare collecti. &
tunc quidē Dolobellę Antonius suffragari instituit. His in po-
pulo peractis/ Antonius Macedoniā a Senatu sibi postulauit:
arbitratus post Syriā Dolobellę traditā/ minime Senatum pro
Macedonia sibi aduersaturū esse: potissimū cū prętore esset de-
stita. Eam igit licet iuitus Antonio cōcessit/admiratiōe ductus:
quemadmodū exercitū in ea existentē Dolobellę esset traditu-
rus: quē tamē Dolobellā ante Antoniū habere lętabat. In tem-
pore uero: qui pro Cassio & Bruto aderāt/alias prouincias sibi
dari earū loco deposcebāt. Cyrenem igit: ac Cretam illis tradi-
dere. Vt alijs uisum est utrāq; Cassio: Bithyniā uero Bruto cō-
cessere. Quę igit agitabant huiusmodi fuisse constat. Octauius
autē Caij Cęsaris sororis nepos/ princeps equitū p annū apud
eū fuerat. exquo Cęsar hūc honorē ad amicos eius deferēs ple-
runq; ad annū illis cōseruauerat. Is cū adolescens adhuc esset/in
Apolloniā supra Ioniū/ ut litteris erudiret: & militię simul in-
structuret/ a Cęsare pręmissus fuit: & ut ī hostes profecturus ibi
moraret. Eo in loco equitū turmę ex Macedonia aduentantes
exercitabāt. Copiarū insuper prętores quidā/ quasi ad Cęsaris
affinē: atq; cognatū sępe cōmeabant. Ob id a plurimis cogni-
tus/exercitus quoq; beniuolentiā sibi comparauerat: cū omnes

Calumnia per con-
trarium.
Asprina Tribunus.
Significatio duorum
in una sorte.

Malus sermo. Vacat
credo.tribus.

Cyrene.
Creta.
Bithynia.

Octauij maximi Im-
peratoris exordia.

Octauij mora in
Apollonia.

ad ſe uenientes ſumma caritate liberalitateq; complecteretur.
Sextum igitur iam menſem ī Apollonia degenti: circa ueſpe-
Nuncius Octauio de morte Cęſaris. ram annunciatur Cęſarem in Senatu ab amiciſſimis ſuis: &
apud ipſum maxime potentibus interfectum eſſe. At cum de
Timor Octauij. reliquis nihil referretur timor: atq; ignorantia eum inuaſere:
uttum cõmune: aut Senatus: uel eorũ: qui peregerant id eſſet
opus: & an pluribus cauſam tribuiſſent: uel cuius id eſſet: & an
Amicorũ conſilium. multitudo cum illis conſpiraſſet. Pro quibus amici eidem talia
ab urbe pręmiſere. Laudare eos ut pro cuſtodia ſui corporis in
Macedoniam ad exercitum tranſiret: quo in loco cõmune id
opus non eſſe intelligens hoſtibus timorẽ incutere: & Cęſaris
necem ulciſci poſſet. Et affuere ex ducibus quidã: qui uenien-
Philippus Octauij uitricus. tem ad ſe tueri pollicerent. Mater uero: & Philippus eius ui-
tricus e roma ſcripſere ne ſe quippiam extolleret: neue confi-
Prudenter. attende. deret: memor eorũ quę Cęſar poſt deuictos hoſtes ab amiciſſi-
mis eius pertuliſſet priuatas conditiones ueluti periculoq; ma-
Motus Octauij ex Apollonia ut ad urbem remeet. gis expertes in pręſenti eligendas eſſe Romã ut ad eos prope-
raret ſuadere: a quibus cuſtodiret. His adductus Octauius ob
inſcitiam eorũ: quę poſt Cęſaris necem geſta fuerant cõplexis
exercituũ primoribus Ionium enauigauit: neutiq; ad Brundu-
ſium accedens. Nam cũ exercitui: qui illic aderat minime con-
fideret cuncta pręcauebat: & ad aliam non longe a Brunduſio
Lupium urbs. extra iter ſitam urbẽ appulit: cui Lupium nomen eſt. In banc
itaq; delatus morã protrahebat: ibidemq; de Cęſaris nece: tu-
multuq; populi: ac teſtamenti publicatione: eorũue quę decre-
ta fuerant diligenter ad eum ſcripta deferuntur: ex quibus ad-
huc magis admonebatur Cęſaris pręcauere hoſtes: cum filius
eius: atq; hęres eſſet nominatus: debortabaturq; ab his hęredi-
tatem adire. At ille Cęſaris ultionẽ non aſſumere erubeſcens:
Brunduſium. Brunduſium acceſſit: pręmiſſis tamen qui diligenter explora-
rent ne quis ex Cęſaris percuſſoribus in inſidijs lateret. Sed cũ
eo ī loco exercitus ueluti Cęſaris filio obuiã prodiſſet: libenſq;

ſuſcepiſſet/ lętatus ſacra peregit: ac ſubito Cęſar appellatus eſt: romanoꝝ more: qui adoptiuis filijs/ adoptantiū nomina ſolent imponere. quod ille non ſolum libens aſſumpſit: uerū eodem tempore paternū nomen penitus amiſit: & pro Octauio Octauij filio/ Cęſaris filium ſe: ac Cęſarem dici maluit: qua appellatione uſqꝝ in finem uſus eſt: ac ſubito ad ipſum omni ex parte ueluti ad Cęſaris filiū/ multitudo hominū affluxit: ex quibus alij Cęſaris amicitia ducebāt: alij qꝫ liberti: aut ſerui Cęſaris fuiſſent: non nulli/ qꝫ milites cū illis extitiſſent: Ac eorū quidam arma: & apparatus: aut pecunias in Macedoniā ferentes: quidā res alias: & aliarū prouinciarū redditus Brunduſium attulerāt. Ille igitur/ & gentiū multitudine ad eum confluentiū: & Cęſaris gloria: & omniū in eum beniuolentia confiſus/ romā uerſus iter arripit/ cōuenienti ſtipatus turba: & quę torrentis ī morem dietim augeret. Aperte igitur in Senatū uindicaturus/ ob gentium multitudinē: & ob id inſidias magis ueritus/ nupertime gentibus ſibi notis/ fere omnibus/ ſtipatus accedebat. Vex alia/ rum urbiū/ non ęque fauor illi aderat. Cęſaris tantū milites: & qui per ſortes diuiſi fuerant/ ex colonijs adoleſcentis beniuolentia confluxerant. Hi Cęſarem deplorare: Antoniū calumnijs inſectari cœperant: qui ſe e tanto uulgi odio/ minime eximeret. Si quis pręiret ſe Cęſarē ulciſci uelle prędicabant. Quos Cęſar laudibus ornatos: & in pręſenti quieſcere iuſſos a ſe dimiſit. Ad Terracinā deinde delato: qui locus per tercenta ſtadia diſtat a Roma/ nunciatū eſt: quēadmodū Brutus: & Caſſius/ ſublatis ipſis a conſulibus Macedonia: & Syria: & ad eorum ſolamen modicis quibuſdam prębitis/ Cyrenem: Cretamqꝫ ſuſcepiſſent: exules quidā reſtituti forent: Pompeius reuocatus: & ex Cęſaris codicibus non nulli in Senatū acciti: & alia plura ſubinde geſta. Cū in urbē itaqꝫ ueniſſet/ mater denuo: & Philippus: & quicunqꝫ neceſſarij eius aderant/ Senatus alienationē a Cęſare uerendā arbitrabant: Decretū prętetea/ ne de Cęſaris

Romanorū mos.

Octauius Cęſar appellatus.

Multitudo ad Cęſarē.

Attende.

Terracina.

Aduentus Octauij Cęſaris Romam.

nece queſtio haberet. Antonij ad hęc poteſtatē: & ſuſpitionē in eum formidabant: qui neq; ad aduentū Cęſaris filij obuiam prodiſſet: neq; aliquem ad eum pręmiſiſſet. quę omnia ſedate idē perferens/ ęquū eſſe inquit/ ſe ad Antoniū prius: tanq̄ iuuenē ad ętate prouectū: priuatū ad conſulem accedere debere: Senatū: quę cōuenientia forent procurare: decretū locū habuiſſe/ nemine Cęſaris boſtes perſequente. Sin aliquis perſequi confideret/ populum auxilio affuturū: Senatū uero: ut in lege: deos: ut ī iuſticia cauſę eius: & Antoniū uiciſſim allaturos opē Si uero ſortem eius: adoptionēq; ſpreuiſſet/ primū erga Cęſarē delinquere: populum etiā proprijs defraudare cōmodis. In fine demū profeſſus eſt/ non ſolum ſubire periculū pro hac re/ honeſtum eſſe: ueq; etiā obire mortē: quando quidē prę omnibus electus/ ad tam magna/ Cęſaris loco dignus habitus: indignus uideretur eo: qui ad pericula omnia ſemper fuiſſet promptiſſimus. Achillis demū uerbis quibus ille ad Thetidem uſus dicit: ī matrē cōuerſus inquit. Sed prius opto mori ſi nō fas eſt mihi uiuo/ Vlciſci ſortē cari morientis amici. Et hęc referens/ Achilli ex omnibus īmortalem laudem id uerbū attuliſſe ait: Sibi uero hoc opus potiſſimū allaturū eſſe. Non enī Cęſarem amicū: ſed patrē: non cōmilitonē: ſed imperatorē: non lege belli procumbentē: ſed in Senatu impie necatū. Pro quibus mater ex timore in lętitiam cōuerſa complexa eum dicit: & ſolū Cęſare dignū affirmaſſe. Compreſſo deinde ſermone/ ad ea: quę meditaret fauſte: feliciterq; acceleratę iuſſit/ Arte tamē potius: & tolerantia/ q̄ aperta audacia uti perſuaſit. Quod ille collaudans/ ita ſe facturū eſſe reſpōdit: Ac ueſpere quidē ſubito ad amicos deſtinat: & ut mane in foro cū multitudine adeſſe uelint/ unūquēq; cōuocat. Eo in loco cū Caium Antoniū Marci Antonij fratrē: qui prętura gerebat in urbe obuium forte habuiſſet/ ſe Cęſaris adoptionē ſuſcepiſſe ait. Mos quippe romanis fuit/ adoptiuos teſtimoniū exhibere prętoribus. quo publice deſcripto/ ſubito

Sapiens Octauius.

Attende.

Verſus Homeri: in quo Achilles queritur de morte Patrocli.

Nota.

Matris conſilium.

Caius Antonij Marci Antonij frater.

Romanorum mos.

ex foro ad Antoniũ cõſulem alterũ euadit. Ille Pompeianis in hortis/ a Cęſare dono quondã ſibi traditis/ tũc quidẽ uerſabat. Mora igit in longũ acta circa fores/ Cęſar Antonij alienationẽ per hęc ipſa facile deprehendit. Cum ingreſſus eſſet/ colloquia inter eos primũ: & blanditię cõuenientes affuere. Cũ uero de his: quę opportuna fuerãt differendũ eſſet/ Cęſar in hunc modum locutus eſt. Ego pater Antoni: patrẽ quidem te mihi eſſe beneficia Cęſaris in te collata teſtant: & tua in illũ gratia/ eorũ omniũ: quę pro illo operatus es/ equidẽ partẽ laudo: & gratias tibi uiciſſim pro ijs debere fateor: partẽ accuſo: & ſumma cõfidentia: in quibus me dolor adigit expromam. Cũ interficeret Cęſar minime affuiſti: percuſſoribus eius te ad portas diſtinentibus/ quoniã uel illum ſaluũ pręſtitiſſes: uel cũ illo una concidiſſes: quorũ alterutrũ futurũ eſſet/ honeſte tamen nõ affuiſti. Statuentibus nõ nullis eiſdẽ honores/ ut ĩ tyrannũ ſeuientibus: audaciſſime reſtitiſti: cuius rei gratias tibi ſcio deberi q̃pliſſimas. Cęterũ ſi uiros illos/ ut te perimerẽt cõſiliũ inijſſe intelligis/ nõ ut nos putamus ultorẽ Cęſaris futurũ: ſed ut ipſi aiunt tyrannidis eius ſucceſſorẽ. nõ utiq; tyranni occiſores eſſe poterunt/ quin & homicidę ſimul ſint. Quã ob rem itaq; ĩ capitoliũ cõfugere? an ueluti ad tẽplũ: ut peccatores ſupplices? aut ut in arcem hoſtes? Vnde igit ipſis actorũ obliuio: & cędis innocentia? Vtrũ a Senatu: aut a populo: aut ab eo: qui ſub illis interfectus eſt? Nam te inter plures inſpicere id oportuit/ cũ conſulſis. Vęq; alterutra conſulente te/ principatus eos abſoluit/ uindicante te tam inſigne facinus: & errantes una perdocente/ uenię tamẽ obſides ex ptoprijs ad percuſſores ĩ capitoliũ miſiſti. Eſto & hęc a corruptis/ per uim a te extorta eſſe. At cũ perlecto teſtamento: & cõmendatione: ut ęquũ fuit in funere a te acta: populus iam Cęſaris memoria firmatus/ ignem in percuſſores detuliſſet: & uicinorũ cauſa illis peperciſſet: armaq; ĩ ſequentẽ diem eſſet cõminatus/ cur auxiliũ nõ attuliſti? uel ut dux cum igne aut armis accurriſti: uel percuſſoribus mulctã inſcripſiſti

Initiũ contentionũ inter Cęſarem: & Antonium.

Cęſaris oratio ad Marcum Antonium peraſtuta: & audax.

Nota.

Sindicat Antonium Octauius.

Amatius.

Syria. Macedonia.
Dolobella.
Cyrene.
Creta.
Decimus Brutus.
Celtę.

Antonius ex genere Herculis.

ſi mulcta opus eſt ei: qui p ſe deferre poteſt? & Cęſaris amicus eſt/ & cōſul: & Antonius. Sed Amatius ex mādato interfectus eſt/ ob principatus poteſtatē: percuſſores quomodo effugere ſiuiſti? & ad ptouinciaꝝ adminiſtrationes/ nō nullos ſe tranſferre? quas iniuſte poſſident/ eo: qui cōceſſerat ab illis interfecto. Syriā quidē: & Macedoniā/ conſules rite decernētes/ tu ſcilicet ac Dolobella cōſtitutis rebus ab illis abſtuliſtis: pro quibus gratias uobis agerē/ ni ſtatim Cyrenē: & Cretā ex decreto illis dediſſetis: & fugitiuas ſtatuiſſetis ꝑuincias. Cōtinue aduerſū me ſatellites habetis: & Decimū celtas proximos tenentē/ uidere negligitis: & hunc cū alijs dominū ſub patre meo effectū. Sed hęc Senatū cognouiſſe dicet quiſpiā/ Tu tamē ex decreto cōfirmaſti: & in Senatu preſediſti: quo in loco potiſſimū congregatus eſt/ ut per te cōtradiceret. Actorū obliuionē illis cōcedere: ſalutē dare eſt: quod gratificātiū uidet̄ ſolū. Cętęꝝ ꝑuincias ex decreto iterū prębere: & pręmia cōferre/ Cęſari iniuriā inferentiū: & ſententiā tuā abolentiū dicet̄ eſſe. Ex quo igit̄ me paſſio ad hoc impulit/ ultra id: quod moderatio ętatis meę: & uerecundia erga te poſtulare uiſa eſt/ dicā liberius: ut ad amicū Cęſaris: & plurimū apud illū bonoris poteſtatiſq; aſſecutū: & fortaſſis futurū adoptiuū: ſi te ex herculeo ęneadē fieri malle cognouiſſet. Hęc enī res dubitationē illi attulit plurimam de ſucceſſore cogitāti. In futurū itaq; Antoni/ ſi qua deorū īmortaliū: ſi qua tibi Cęſaris reuerētia ineſt/ quippiā ex his quę facta ſunt uelis īmutare. potes enī ſi uelis. Sin autē ad reliqua/ ſaltē ī percuſſores cū populo: amiciſq; paternis opē afferas. At ſi uirorū aut Senatus reuerētia te detinet/ in his: quę neceſſaria mihi ſūt ne te aggraues. Scis enī quantū oneris domi mihi incumbat ad impēſam: quā pater populo iuſſit exponi: quę ſollicitudo amicorū adſit/ ne retardans ingratus uidear: ne ue qui ī colonijs diſtributi ſūt me opperiētes/ diutius ī urbe cogāt̄ ꝑmanere. Quęcunq; igit̄ in motte Cęſaris/ confeſtim apud te tanq̄ in tutū redacta ſunt ob domus periculū: donaria eius: & apparatū omnē

nos habere ſinito: & quęcunq; alia a nobis uelis aſſumi. ad di/ſtributionē uero aurū illud ꝑinſigne: quod ad bellorū uſū Cę/ſar cumulauerat/ abunde fuerit: ſi uſq; ad tercenta millia num/mum mihi impenderis. Reſidua diſtributionis eius: & ſi hoc cōfidere odioſum ſit/ a te fortaſſe: aut per te ex publicis mutuo ſumpſerim pecunijs: quoad reliquā ſubſtantiā uenūdare con/ceſſeris. Hęc loquente Cęſare/ Antonius ex cōfidentia eius: & audacia: quā pręter opinionē: & ętatē illi adeſſe uiderat obſtu/puit. Conturbatus igit᷑ huiuſmodi ſermonibus/ nō quantū ho/neſtati cōgruebat: potiſſimū ex pecuniaꝝ repetitione: inſolen/tius in hunc modū illi reſponſum reddidit. Si quidē o puer cū hęreditate: & cognomine imperiū tibi Cęſar reliquiſſet/ęquū fortaſſe foret/ te publicaꝝ rerū rationē poſcere: & me polliceri. Veꝝ romani principatū nulli ex hęreditate tradidere: neq; re/gibus. quib9 eiectis iureiurādo ſanxerūt/ neminē ulterius uelle ſuſcipere. quod pręcipue patri tuo obijciētes percuſſores eius: ob id eum interemiſſe aſſerunt/ regnantē: non autē imperantē amplius. Mihi quidē/ neq; reſpōſo circa publica opus eſt: ſimi/liq; ratiōe te releuo/ ne gratias ꝓ bis debere mihi aſſeras. Quic/quid enī id eſt/ nō tui gratia: ſed populi romani factū eſt/ uno opere dūtaxat excepto: quod pręcipuū: & maximū omniū/ in tuam: & Cęſaris beniuolentiam effectū dixerim. Si enim ego mihimet intrepidus: & nulla motus inuidia/ honores percuſ/ſoribus: & tyrannicidis decretos cōtempſiſſem/ tyrannus habi/tus fuiſſet Cęſar: cui neq; glorię quicquam: neq; honoris: aut actorū ſtabilitas ulla affuiſſet. non decreta: non hęredem: non ſubſtantiam ullam eſſet conſecutus: non corpus ſepulchro di/gnum habitum/ ne priuato quidem. Leges quippe tyranno/rum corpora inſepulta iubent abijci: memoriam omnem abo/leri: & ſi quid peculij illis adeſt/ in commune redigi. Quę ſin/gula ipſe ueritus pro Cęſare pugnaui/ ut immortali gloria: & publico potiret᷑ funere/ nō expers periculi: atq; inuidię: quę ab

Aurum Cęſaris.

Antonij reſponſio inſolentiſſima.

Leges in tyrannos.

hominibus promptiſſimis: & cęde craſſantibus mihi incubuit: & ut intellexiſſe potes in me cōſpirantibus/ad Senatum/patris tui imperiū iam grauiter ferentē. Veȝ ob hęc ſponte me periculis obieci: & quodcūq; pati prius prȩelegi/q̄ inſepultū Cęſarē: & infamia fœdatū intueri/optimū uiroȝ qui ſub illo fuere: & ī multis feliciſſimum: & prę omnibus honore digniſſimū a me habitū. His igitur proprijs periculis meis: quę Cęſaris prę-

Obijcit Antonius beneficia Octauio.

ſentia tibi ſunt illuſtria omnia/ accepiſti genus: nomen: dignitatē: ſubſtātiā: pro quibus iuſtius fuiſſet/te mihi gratias agere: q̄ quę ad Senatus ſedationē derelicta ſunt: uel in retributionē eorū: quę a me geſta fuerūt: uel ad alias opportunitates: ac rationes diſtributa reprehendere: maxime cū iunior ſis: ego ętate prouectior. Et hęc ꝑ ijs: quę dixiſti abunde ſint. Inſinuaſti prę-

In Cęſarem attende.

terea me principatū appetiſſe: quē nunq̄ cōcupiui: q̄q̄ non indignū arbitreris: & dolere exiſtimas/nō conſecutū fuiſſe Cęſaris adoptionē: profeſſus geuns Herculis mihi ſufficere. Pro neceſſitatibus autē tuis: in quib⁹ ais ex publico mutuari uelle/ſatis credere te ironia uti: niſi perſuaſum habere/te adhuc ignorare/ publica omnia a parente tuo inania eſſe derelicta: ex quo ad imperiū acceſſit. cū ad eū ęrarij loco deferrent: & ſubinde in ſubſtantia eius reperta ſint/q̄ primū illa inquirere decreuimus.

Irriſio.

Hoc minime impiū ī Cęſarē fuerit: defunctū iam humanis rebus: nec atteſtantē/id eſſe impiū: & ſi rationes uiuus exegerit. Cum autē priuatoȝ plurimi de unaquaq; eius facultate tecum decertabunt/ſatis intelliges/non ſine controuerſia/te eam poſ-

Difficilior queſtio.

ſidere. Pecuniarū uero: quas ad me tranſlatas eſſe aſſeris/ neq; copia ea eſt: quam exiſtimas: neq; nūc quidē penes me eſt: cū omnes ī magiſtratibus a potentijs/ Dolobella & fratribus meis duntaxat exceptis: ueluti tyranni diſtributę ſint: & ꝑ me tranſlatę ad eorum gratiam: quę a Cęſare decreta fuerant: & tu reliqua tecum feres/ſi rite ſapis/Indignantibus populi loco potius impendes. Illi populum ad colonias remittent/ ſi rite ſentient.

Irridet ſtudia Octauij.

Populus quippe: & tu gręcis imbutus diſciplinis optime ſcis

inſtabilis eſt: ut in mari unda fluctuans: hęc aduenit: illa reuertitur. Simili ratione populus e nobis ambitioſiores ad ſũmũ eleuans/ ad ima demũ abijcit. Horum plurimis indignatus Cęſar: cũ ad contumeliã referri crederet/ abſceſſit: patrẽ nomine ſępe inuocans. ac confeſtim omnẽ ſubſtantiã uenui ſubiecit: quantã ex hęreditate fuerat adeptus: populum ĩ auxiliũ eius ex hac liberalitate cõuertere feſtinans/ Antonij odio in eũ iam palã perſpecto & cognito: Senatu prętęrea publicarũ pecuniarũ inquiſitionẽ ex decreto ſtatuente. nam pleriq; nouũ Cęſarem uereri cœperãt/ ob paternã militũ: & populi in eum beniuolentiam. facultatibus inſuper plurimis illis adſiſtentibus: quas in largitionibus: & populi ambitione conferret/ neutiq; eundẽ in priuatorũ numero manſurũ cogitabant: neq; cũ Antonio ſocietatem initurum Cęſarem/ nouũ uirum: diuitijs & gloria abundantem: uerum inter ſe pariter certaturos fore/ quis ad Cęſaris imperium celerius eſſet euaſurus. Quidam ex his uoluptatem capiebant: q̃ſi huiuſmodi uiris ſibi ipſis impedimento futuris: & opibus Cęſaris: & pecuniarum inquiſitione diſſolutis/ ęrarium ſumma opulentia/ repletum iri uideretur. nam multa ex publicis penes Cęſarem poſſe reperiri. Inſtante uero ſpectaculo: quod pro Bruto prętore Caius Antonius Antonij frater eſſet prębiturus/ inter alia: quę ad prętură abſentis Bruti/ curioſe diſpoſita ſunt ab eo/ apparatus abunde affuit: ac donariorũ copia: Spes quoq; affulxit/ populum ſpectaculo placatũ/ Brutum reuocaturũ eſſe. Vex Cęſar alia ex parte populo ſubblandiens omne: quod ex uenditione cumulauerat argentũ/ cõtinuo ambitioſis per partes diuidebat/ ut pręuenientibus impenderent. Porro p oppida deuectus publice proclamari iuſſerat: qui minimo uenundarẽt/ cũ ob cauſas/ dubia: & incerta adhuc eſſent: tum propter Cęſaris ſtudium: quo omnem populũ ad beniuolentiam eius conuerterat: ac pietatem/ q; indigne hęc pati uideretur. Cum autem ad ipſius hęreditatem: ac facultates proprias

Cęſaris ſubſtantia uenui.

Attende uoluptatẽ.

Caius Antonius.

Sollicitudo Cęſaris.

Cauſę inter Senatũ: & Cęſarẽ de publico: & priuato.

Cohęredes Octauij.

quęcunq; apud Octauium patrem: aut alicubi sibi adessent: & matris uniuersa: & Philippi uendidisset: & a Pedio: & Pinario hęreditatis partem requisisset/ singillatim omnia uendere proposuit: tanq̃ Cęsaris substantiã. hisq; non abunde sufficientibus ob effusiones/ populus nõ iam a Caio Cęsare: sed ab ipso largitionẽ fieri existimans/ ex indulgẽtia cœpit misereri: & admirari similia agentẽ: & in hunc modum contendentem. Iam enim clarum erat/ non multo post eundẽ Antonij contumeliã despecturũ esse. quod in Bruti spectaculis splendide ęditis intueri licuit. Nam mercenarijs quibusdã acclamantibus/ Brutũ: & Cassium reuocandos esse/ cum residuũ theatri ob pietatẽ assentiri uideret/ accurrere plurimi: qui spectacula cõpescerent: donec postulationẽ eoꝝ penitus extinguerent. Brutus uero: & Cassius/ cũ eorũ spes a Cęsare ĩ spectaculis effusas intelligerẽt: ĩ Syriã: & Macedoniã/ ueluti ipsis ante Antoniũ: Dolobellãq; decretas/ p uim proficisci statuũt. Quibus intellectis Dolobella cõfestim in Syriã: & ex ea in Asiã/ q̃si pecunias his in locis coacturus accelerat. Antonius uero ĩ futurũ potentia sibi necesse esse existimans/ exercitũ: qui ĩ Macedonia fuerat/ uirtute pręcipuũ: magnitudine copiarũ amplissimũ: Sex quippe legiones inerant: & alia multitudo sagittariorũ: ac leuis armaturę: exercitatorũq; cũ illo adiuncta: equitatus plurimus: apparatus prętereà iuxta exercitũ insignis: & qui Dolobellã secuturus uidebat/ in Syriã: & ad Parthos sese cõferentẽ/ cũ Cęsar ĩ Parthos eo usurus diceret/ ad se q̃primũ trãsferre statuit: & ubi q̃maxime ad Ionij transitũ esset ꝓpinquus in Italiã traducere. Interea subito fama aduolat Getas cognito Cęsaris interitu Macedoniã ingressos depopulari. Quãobrẽ Antonius exercitũ a Senatu petijt/ ueluti in Getas expeditionẽ paraturus. Nam in ipsos ante Parthos a Cęsare institutus fuerat: ut in Parthos sensim ꝓfecturus. Senatus tumore ꝓcepto: qui scrutarẽt emisit. Antonius timorẽ: suspitionẽq; ob hęc emanatã/ dissoluere festinans

Principium motus Bruti.

Illustris in Macedonia exercitus.

Transitus a Dyrrhachio.

Famam nota.

decreto ſanxit/ſe nulla ex cauſa profecturū/ſi dictator crearet: neq; decreturum ſe: aut aſſumpturū ullo modo dictaturā/ſi illi prębberetur. Si quid hoȳ quis ſpernentē uiſeret/ab obuio quoq; uelle trucidari. Ac p hunc modū audientes maxime deliniens: & his qui Dolobellę fauebant/ per largitionem ſibi aſcitis/ exercitus in Macedonia exiſtentis prętor: & imperator cōſtituit. Qui cū ea: quę cōcupiſſet foret adeptus/ Caium frattē magna celeritate ut decretū ferret/ ad exercitum emittit. Exploratores interim rumoris pręmiſſi reuertunt: Getaſq; ī Macedonia neq̃ quaq̃ ſe uidiſſe referūt. Addidere tamē/ ſiue uere: ſiue ab Antonio perdocti/trepidare omnes/ne Getarum copię aduentantes Macedoniā excurrerent. Hęc dum Romę gerunt/Caſſius: Brutuſq; exercitus: & pecunias quotidie parabant. Trebonius Aſię pręfectus ciuitates muro ſepiebat: & uenientē ad ſe Dolobellam/ Pergamo: & Smyrna nō admiſerat. ſolum cōmeatū ueluti conſuli extra mœnia parauerat. Aggrediente eodem cū ira urbes: nihilq; perficiēte/ Trebonius ī Epheſo ſuſcipi mandauit: & ad Epheſum euntem/ quoſdā ex interuallo ſubſequi iuſſit. Hi nocte ingruente Dolobellā recedentē intuentes: nec ulterius quicq̃ ſuſpicati/ paucos ex ſuis: qui illum ſequerentur reliquere. Ipſi uero ad Smyrnā rediere. Dolobella eos: qui derelicti fuerant p inſidias adeptus interfecit omnes: & nocte adhuc inſtante/ Smyrnā uerſus greſſum mouet: quā incuſtoditā offendens per ſcalas occupat. Trebonius ī lecto a militibus deprehēſus/ ſe ad Dolobellā deduci ſupplicat: ſponte ſe illos eſſe ſecuturū. Huic turmę ductor eū intuens/ Eia tu ſequere inquit caput interim nobis derelinquens. nō enim te: ſed caput tuum afferre nobis iniunctū eſt. Quo dicto caput illi ſubito abſcidit. Orta luce Dolobella/ Trebonij caput prętorio in ſolio: quo iudicare ſolitus erat/ iuſſit affigi. Exercitus ira commotus: & ſupplex turba omnis ob necē Cęſaris: cuius Trebonius particeps fuiſſe dicebatur/ eo q; defuncto eo/ Antonium ad Senatus fores

Fictio Antonij.

Trebonius.

Pergamum.

Smyrna.

Epheſus.

Stratagema.

Facete.

Trebonij mors: de qua conquerit Pollio in epiſtolis.

uerbis tenuisset/ in reliquũ corpus eius crudeliter excanduit. Caput sphęrę in morem instrato lapidi/cũ risu ad inuicem diu prouolutum: donec contritũ: effusumq; est. Et hic primus ex percussorũ numero huiusmodi pœnas dedisse dicitur. Antonius interea exercitum ex Macedonia in Italiam trãsferre meditatus/omni alia occasione destitutus a Senatu petijt/ut celtaq; prouinciã intra alpes residentẽ: quã Decimus Brutus detinebat Macedonię loco/sibi ascriberet: & mente repetẽs/Cęsarem ex celtis prodeuntem/Pompeium superasse: quasi exercitũ nõ in Italiam: sed in Celtas postularet. Senatus celtarum gentem ueluti arcem in se prępararí metuens/cõturbari cœpit: & insidias eius tum primũ intelligere: & iam Macedoniã illi tribuisse pœnitebat. Priuatim itaq; potẽtiores ad Decimũ pręmittit: & ut prouinciam firmiter teneat hortatur: exercitum alium ac pecunias parare suadet/ ut uenienti Antonio possit obsistere: Adeo enim eum uerebãtur & odio habebant. Antonius econtra Senatus loco celtas a populo ex lege petere instituit quemadmodum Cęsarem prouinciam eam in primis obtinuisse meminerat: & Syriam Dolobellam occupasse. Ad Senatus uero trepidationem exercitũ: qui in Macedonia erat/ Brundusium Caium fratrem per Ionium transferre admonet. Et hic quidẽ quę Antonius expeteret facturus uidebatur. Forte spectacula instabant: quę Critonius ędilis exhibiturus erat. Inter que Cęsar aureum solium: & coronã aureã patri preparauerat: quemadmodũ illi in theatris omnibus apponere decreuerãt. Cõquerente itaq; Critonio neutiq; admissurũ esse se/ ut Cęsar adimpensas eius coleret/ Cęsar eũ ad Antoniũ/ tanq̃ ad cõsulẽ confestim attrahit. Antonio uero dicẽte ad Senatũ esse deferendũ: subiratus Cęsar/ ego soliũ hoc inquit: quoad decretũ tuũ extiterit apponam. Ad quę conturbatus Antonius/ ut apponeret inhibuit: uetuitq; subinde ĩ spectaculis: quod indecentius uisũ est: quę Cesar ipse fecerat apponi/repetitis a patre ĩ Venerem

Celtarum gens.

Spectacula.
Critonius ędilis.

Attende.

genitricẽ: cui & templũ pater ī foro: & forũ ulterius addiderat. Tunc igit uehementius odiũ & aperte quidẽ ab omnibus in Antoniũ exarsit: quasi non solũ cũ Cęsare pręsente contenderet: uęq in priorẽ ingrate cõtumelijs insurgeret. Ipse autẽ Cęsar multitudine ueluti custodia stipatus/populũ: & qui sub patre beneficia acceperant: uel sub illo militauerant: circumibat: inuidioseq deprecabat ne se talia ac tanta sustinentem ultro despicerẽt: uęq Cęsari eorũ imperatori atq benefactori contra Antoniũ auxiliũ afferrent tuerent seipsos: quibus nihil tutũ eorũ quę a Cęsare habuissent futurũ esset/nisi quę ab illo decreta fuerãt/stabilia firmaq manerẽt. Ad omnia pręterea urbis loca editiora cõscendens in Antoniũ clamabat his uerbis. Cęsari ꝓpter me ne irascaris: ne ue iniuriã inferas Antoni benefactori tuo: & in maximis tibi affecto. Mihi quantũuis iniuriã infer: & facultatũ eius cõpesce rapinã: quoad ciues distributionem debitã sint consecuti. Reliqua omnia tibi habeto. abunde etenim mihi fuerit: q̃q̃ indigenti/si paternã assequar gloriã: & distributionẽ populo sinas impendi. Quibus ex uerbis iam in Antoniũ emissę uoces palam innotuerãt. Cõminante uero illo acerbissime: & minis in publicũ elatis/ adhuc magis omnes accurrebãt. Quamobrem militię primores: qui ad Antonij custodiã delecti fuerãt: ac sub Cęsare primo militauerãt/ ab Antonio summo in honore habiti/ ut ab iniuria abstineret hortabant/eorũ intuitu: ac sui ipsius: qui sub Cęsare una meruissẽt: totq ingentia cõmoda ab eo suscepissẽt. Quę mente repetens Antonius/ cũ uera fateret: & deferentes ad eum erubesceret: & Cęsare ad fauorẽ populi ob celticas res promerendum indigeret/ tandẽ acquiescere cœpit: & ea confiteri: q̃si pręter mentem eius gesta essent. uęq ob adolescentis animũ: tam superbe elati/acta recenseret: qui nihil pudoris aut reuerentię erga duces: & quidem antiquiores habuisset: cuius causa solito magis reprehensione in eum esset usus. Cęterũ eorũ gratia: qui hęc deposcerent/ab ira temperare uelle: & ad pristinã eius naturã:

Vide superius.

Odium apertũ inter Antoniũ: & Cęsarẽ.

Grauis querela Cęsaris iunioris.

Irritat populum.

Vincitur rumore Antonius.

Antonius & Cęſar in amicitiam reducuũt a militibus.

cõſuetudinēq; redire: ſi & ille ab huiuſmodi inſolentia deſiſteret. Hęc duces lęto animo audiētes/ ī unū ambos cõiunxere: & inter ſe cõqueſtos in amicitiā reduxere denuo: ac ſtatim lex de celtis perſcripta eſt: Senatu abhorrēte: & iam pręmeditante/ ſi eū cõſuleret Antonius/ prohibere uelle. Sin abſq; Senatuſ conſulto ad populū deferret/ Tribunos econtra/ ut illi prohiberēt opponere. Fuere inſuper qui gentē illā omnino liberam a prętore iudicarēt: adeo celtas ſibi propinquos formidabāt. Antonius ecõtra palam ꝓclamabat/ ſi eam ꝓuinciā Decimo permitterēt: qui Cęſarē interemiſſet: ſibi uero minime cõfiderēt: qui ꝓuinciā eam acquirentē: & ad genua eius proſternētē neutiq; occidiſſet: aperte iam omnia ī omnes effundēs: q̃ſi Cęſaris necē exoptaſſent. Cū comiciorū adeſſet dies/ Senatus tribuū multitudinē ad concionē acciri cogitabat. Illi uero nocte adhuc inſtante: circa forū tabernaculis appoſitis/ ſpiculatoriā cõuocant cohortē a ſigno prodeuntē. Qua ex re cõturbata populatis concio/ Antonio ob Cęſarē fauere inſtituit: circa tabernacula aſſidentē atq; deprecantē. Verebat eteni permaxime ne Decimus prouincię opportuniſſimę: & exercitui in ea exiſtenti imperaret: qui patris percuſſor extitiſſet: & ob id ad Antonij gratiā cū eo cõciliati una uenerat. nam & ipſe aliquid ab Antonio uiciſſim ſuſcipe ſperabat. Corruptis autē ab Antonio ob pecunias Tribunis: & ſubinde cõticētibus/ lex promulgat: & exercitus ad Antoniū pręſtita cõdecenti cauſa ꝑ Ioniū accedit. Defuncto deinde quodā ex Tribunis/ in creatione alterius Cęſar Flaminio plurimū fauit: qua ex cauſa ratus populus eundē tribuniciam affectare dignitatē: ſed ob adoleſcentiā minime petere/ in comicijs Tribunū declarare inſtituit. Vez Senatus incremēto eius inuidens/ timore correptꝰ eſt/ ne ſi Tribunus crearet: percuſſores patris ad populū ī iudiciū uocaret. Antonius amicitiā cū Cęſare ī primis cõturbatā haud multifaciens: ſiue ad Senatꝰ gratiā: ſiue ad leniēdos animos/ ob legē recēs ī celtas ędităm: ſiue ꝑfectionis cauſa id eſſet meditatus/ ueluti cõſul decretū edidit.

Scandaloſus hic uir.

Lex de celtis.

Flaminius.

Alia nouitas Antonij

Nemini Cęsarē pręter legē insurgere debere: nec ex seipso potentię magnitudine uti posse. Quę cū Cęsari ingrata essent: & in populū huiusmodi scriptio indigna uideret/ multitudo subirasci cœpit: & i suffragijs cōtentione uti statuit: ita ut trepidaret Antonius: ac decretū abolendū cęteris Tribunis tanq̄ sufficientibus omitteret. Cęsar ex aduerso ut aperte circumuentus: plures ad colonias a patre deductas ire iubet: & quę patiat' nota facere: ac cuiusq̄ mentē scrutari imperat. Misit & ad Antonij exercitū nō nullos cōmeatū deferētes: qui cęteris sese immiscerent: & hortantibus i primis se cōcrederēt: in turba quoq̄ libellos clanculū eijcerēt. Hic igit' i his uersabat'. Ordinū interim primores ab Antonio tēporis cōmoditate percepta: in hūc modū fari incipiūt. Nos quidē Antonij: & quicunq̄ alij tecum cū Cęsare meruimus: & imperiū illi simul cōstituimus: & in hāc usq̄ diē ad illius obsequia uitam duximus/ pari odio & insidijs percussores eius/ in nos uti: & Senatū illis obsequentē esse nō ambigimus. Populo uero eos expellente/ fiduciā assumpsimus cū Cęsarē non omnino amicis destitutū: aut obliuioni traditū: aut gratia carentē cerneremus. Securitatē tamē omnē i futurū: in te uno collocauimus: utpote Cęsaris amico: & post illū prę cunctis ad militiā edocto: & nūc nobis imperante: idoneoq̄ ad omnia q̄ maxime. Insurgētibus autē nobis inimicis: & audacter in Syriā Macedoniāq̄ crassantibus: pecunias porro & exercitū in nos colligētibus: ac Senatu Decimū cōtra te pręparāte: & te curas omnes in Cęsaris noui dissensione cōsumente/ nō inepte formidamus: ne in futurū: quale nullum in pręsenti affuit/ hęc inter uos dissensio bellū afferat: & facultatē inimicis cōtra nos quę uoluerint agendi/ facile cōcedat. Quę omnia cū ipse animaduertas/ te pręcamur: ut p tua i Cęsarē gratia: & nostri caritate: qui nihil querela dignū i te egim9: & ultra hęc utilitatis tuę causa: quoad licet: & Cęsari dūtaxat abunde sit: i pcussores depugnanti opē pręstes. Quę res te ab omni cura uacuū in īperio cōstituet: & nos p te. & nobisipsis trepidātes/ i tutū collocabit.

Decretum.

Oratio primorū exercitus ad Antoniū.

Attende.

Oratio Antonij fallacijs referta omnibus.

His a primoribus ordinū relatis: Antonius in hunc modū reddidit. Quāta beniuolētia & ſtudio erga Cęſarē ſemper fuerim: cū ad omnes eius neceſſitates in periculis prę cęteris me obiecerim: clare cognouiſtis: qui una militantes his quę geſta ſunt pręſentes affuiſtis. Quantū uero & ipſe caritatis ac promptitudinis erga me uſq; in finē cōſeruarit: non neceſſe mihi arbitror teſtari. Hęc enim utraq; intuentes eius percuſſores: me cū illo interficere meditati ſunt: quaſi me ſuperſtite/ neutiq; quę animo conceperant/ in tuto collocari crederent. Q2 ſi quis eos ab

Contra Brutum.

hac ſententia deterrere conatus eſt: nō beniuolentia aut cura ſalutis meę id egit: ſed honeſtate potius/ne multis inimicos ſuos inſectari uoluiſſe: non autem tyrannum occidiſſe uiderentur. Quis igitur me Cęſarem amplius negligere exiſtimat: benefactorem meum? & hoſtes prę illo in honore habiturum eſſe? & necem illis ſponte indulgere: qui mihi inſidiantur: quemadmodū hic nouus Cęſar opinatur? Vnde igit ipſis nectis obliuio: & prouinciaꝝ cura? Hęc enī mihi ꝑ Senatu obijcere conatur. Quemadmodū id euenerit audite. Cęſare inopine interfecto in Senatu: timor omnes inuaſerat: potiſſimū tamen me: ob Ceſaris amicitiā: & facti huius ignorantiā. non enim coniurationē intellexeram: nec quot ad eam conſpirarent audieram. Populus quippe tumultum concitarat. percuſſores cum gladia-

Accuſat Senatum.

toribus capitolium ingreſſi ianuas occluſerant. Senatus cū illis aderat: ut nunc etiā uerſatur clarius: & honores percuſſoribus ueluti tyrannicidis inſtituerat. Q2 ſi tyrannus habitus fuiſſet Cęſar: nobis quoq; indilate fuiſſet pereundum/ueluti tyranni amicis. Sic mihi a tumultu cura: & timore prępedito/ratio nulla aderat. Impoſſibile quippe nō timere. Id animo ſcrutantes facile cernetis. Vna quidē ex parte audacia incredibili opus erat:

Notabilis caſus.

ex altera diſſimulatione mirabili. Hoc igitur ex omnibus primū erat: reliqua deinde congruebant. honores ſcilicet his uiris decretos abolere: Quod ex meipſo facere inſtituens/ Senatui

& percussoribus me opposui: & fortissime operatus sum: audacia frętus eximia: periculo me solum obijciens: & nos Cęsaris amicos ī tuto esse existimans/si idem minime tyrannus haberetur. Simili itaq; pauore & hostes & Senatū detinente: ne si tyrannus non haberet Cęsar/homicidij causa & ipsi tenerent: & ob id contendentibus cedere uisum est: & obliuionem necis honorū loco illis contribuere: ut quantū necesse mihi esset ab illis sumerem. Et hęc sunt quāta & qualia/neq; cognomen Cęsaris aboleri sinere: quo uno maxime delectatus sum: neq; substantiā eius in publicū deferri: neq; adoptionē: qua nūc potissime iste exultat dissolui permittere: neq; decreta eius in irritum euadere. Corpus sepeliri regie: & honores iampridē illi deditos immortalitati cōsecrari: & omnia deniq; ab illo facta/ illesa conseruare: filiūq; eius: & nos una: amicos: prętores: militesq; in salute tuta consistere: & in gloriosa uita pro turpi commendari. Hęc ne uobis minima: aut parua p necis obliuione a Senatu exegisse uideor? aut Senatum sine obliuione daturum fuisse arbitramini? Quam sincere illis tradere pro his rebus condignum arbitror: & cū ueritate percussorum animis ignoscere ob Cęsaris immortalem gloriā: & nostri salutem ac tutelam: Quę tamen non ea uolūtate sum executus: sed ut causam in contrariū euerterem: ex quo Senatū in ijs: quę utilia primū fuerant induxi: & ut percussores in quiete consisterēt adhortatus sum: & obliuionē nō decreto: aut statuto (nō enim licuit) sed insigni populi ambitiōe dissolui: Cęsaris corpus sepulchri occasione in forū efferens: & uulnerū eius multitudinē detegens. Vestem prętera sanguine madentē & lacerā ostentans: ac uirtutē eius: beniuolentiāq; ad populum/miseranda oratione ī mediū recensens: deflensq;/ut occisum deum insuper appellans. Hęc omnia mea opera & uerba sunt: quibus irritatus populus: assumpto igne/cum obliuione ad percussorū domos se conuertit: eosq; ex urbe tandem expulit. Et hęc quemadmodū aduersante Senatu: & grauiter ferente acta sint/ confestim

Cęsares usq; in ętatem nostram.

Incipit detegere scelera sua Antonius.

Attende.

ipſe oſtendit. nam me ambitus primū accuſauit: percuſſoribus
prouincias habere conceſſit: Bruto & Caſſio Syriam ſcilicet &
Macedoniā: quę magnis exercitibus repletę fuerāt: & ne ante
ſtatutū tempus accelerare uiderent/ occaſionē ſtumēti in urbē
cōuebendi eis detulit. Quāobrē maior adhuc me pauor tenuit:
cū nullū priuatū exercitū haberē: & cōtra tot armatos ipſi iner-
mes proderemur. Collega ad hęc ſuſpectus mihi aderat: & di-
Dolobella. ſcors cōtinue. nam Cęſari inſidias ſtruxiſſe ferebat: & i die ne-
cis ut in urbe adeſſet ſtatuiſſe. Quibus ex rebus uehemēter ad-
dubitans: & hoſtes exarmare feſtinans: & ab illis arma ad nos
Amatius: qui Marij tranſferre/ Amatiū occidi: Pompeiū reuocandū eſſe cenſui: ut
filius dicebatur. his adductus Senatus/ denuo ſe ad me cōuerteret. Nec ꝓpterea
illi cōſiſus/ Dolobellę Syriā petere ſuaſi: non a Senatu: ſed a po
pulo prolata lege: petentiq; operā & opem pręſtiti/ ut percuſ-
Aſtutiſſimus uir. ſoribus ex amico hoſtis fieret: & Senatoribus turpe uideretur
poſt Dolobellę conceſſionē/ pro Macedonia mihi obſiſtere. nō
enim aliter prouinciā eam mihi tradidiſſent: neq; ulterius ex-
ercitū in ea exiſtentē cōceſſiſſent: ni prius Dolobellę eum per-
miſiſſent: ueluti in Syriā & Parthos profecturo: neq; uiciſſim
Caſſius. Caſſio & Bruto Macedoniā & Syriā eripuiſſent/ ſi nullas alias
Brutus. prouincias ad ſecuritatē eorū prębuiſſent. neceſſe quidem erat
pro illis alias tradere: Sed quales/ ꝓ quibus dederint cogitate?
exercitu uacuas/ Cyrenem ſcilicet & Cretā: quas hoſtes ueluti
inutiles eis futuras cōtempſerunt: & ī eas quas abſtulimus/ per
uim ingredi conant. In hunc modum exercitus ab hoſtibus ad
Dolobellā tranſlatus eſt: artibus & machinationibus: & aliarū
Attende. prouinciarū traditionibus. Sic enī nullis apparētibus armis/ le-
gibus operari neceſſe fuit. His igit̄ geſtis: & hoſtibus exercitū
aliū congregātibus/ opus mihi erat exercitu: & copijs in Mace-
donia exiſtētibus: nec in hoc occaſionē ullā prędebam. Inte-
Occaſio immediata. rim fama percrebuit/ Getas Macedoniā ingreſſos depopulari.
Diffidente Senatu: & exploratores ad hęc prędittēte/ de dicta-
toris magiſtratu ſententiam attuli/ non licere mihi poſcere: aut
decreto conſtituere: aut oblatum magiſtratum mihi aſſumere.

Qua ex re maxime allecti: exercitum mihi cõceſſere. Ac tunc quidẽ/me primũ hoſtibus parem eſſe credidi: non his manifeſtis & cognitis/ut hic Cęſar arbitrat: uęq; alijs pluribus: ac longe potentioribus: & adhuc minime apparẽtibus. Quibus a me pfectis alius ex percuſſoribus ĩ lateribus adhuc hęrebat/ Decimus Brutus: prouinciã nactus opportunã: & copijs ingentibus refertã. quẽ ego audaciorẽ contẽplatus/ celtas ab eo eripui/ Senatus honeſtate adhibita: cũ Macedoniã tradere uelle pollicerer exercitu nudã: atq; deſtitutã. Ceteq; conquerẽte Senatu: & inſidias iam palã metuente (Scitis enĩ quot: & quanta a multis Decimo perſcripta ſint: qui cõſules etiã in me cõcitare ꝓperabant) ego audacius adhuc prouinciã eam/Senatus loco a populo per legẽ petere diſpoſui: exercitũ a Macedonia Brunduſiũ adducens: quaſi eo ad opportunitates uſurus: quo dijs iuuantibus utemur: ut neceſſitates aduocabunt. Sic ex magno timore nos pridẽ detinente/ad ſecuritatẽ pertranſiuimus: & audaciam in hoſtes maximã: quibus deficientibus/deſijt etiã multorũ ad eos ſtudiũ. Conſiderate igit̃/quanta illis adſit pœnitentia eorũ quę decreuere: quantus labor mihi affuerit: Celtas alij traditos adimere: Scitis quę Decimo ſcribentes: & quãta/ ut cõſules in me cõcitarent ſuadentes/pro celtis cõtra me decernere. Veq; cũ dijs patrijs/& pia mente: & a nobis recte factis: quoq; gratia uictoriã Cęſar eſt adeptus/illi ſuccurremus: corporibus una aſſiſtentes: & animis afferẽtes opem. Hęc a me geſta cõmilitones adhuc ſecreta eſſe uolueram. quẽadmodũ autẽ acta ſint uobis rettuli: quos ego & opere & uerbo in omnibus participes eſſe uolui. Alijs igit̃ e uobis ſi quis ignorarit dicitote/ Cęſare excepto: qui ad omnia erga nos eſt ingratiſſimus. Hęc referẽte Antonio/primoribus exercitus clare innotuit/eundẽ omnia ex uehementi in percuſſores odio/ in Senatu peregiſſe: decreuereq; cũ Cęſare/iterũ eũ cõciliare. Perſuaſis itaq; ambobus: denuo in capitolio una cõuenere. Non multo poſt Antonius non nullos ex cuſtodibus corporis ſui/ad amicos attrabit: ueluti miniſtros

Decimus Brutus.

Brunduſium.

Error.

Aſtutus uerborũ artifex.

Finis orationis Antonij.

Secunda pax inter Cęſarem & Antonium.

Aliã nota ſeditionẽ.

a Cęſare in eum per inſidias inſtructos/ ſiue calumnię cauſa id ageret: ſiue re ipſa adductus: ſiue a Cęſare ad exercitũ eius prę/miſſos cognouiſſet. & id facinus ad aggreſſionem corporis ſui

Tumultus ab Anto/nio erigitur.

meditatũ referens/ ſubito ĩ populo tumultũ cõcitauit: ita ut in/dignatio ſimul ſequeret̃. Pauci quippe: quibus ratio maior in/erat/ id opus Cęſari conferre lętabant̃. Antoniũ quidẽ lędentẽ facile ſuperare poſſe: qui percuſſoribꝰ tremẽdus eſſet. Defun/cto uero eo/ audacius ĩ omnes illos inſurrecturos eſſe: qui a Se/

Attende hiſtoriam.

natu iuuarent̃. Sic enĩ prudentiores exiſtimabãt. Pleriq; autem inſpiciẽtes/ qualia p ſingulos dies Cęſar/ cõtumelijs: & diſpen/dijs affectus pateret̃/ non ab re calumnias huiuſmodi fieri arbi/trabant̃: neq; ęquũ porro aut tolerabile exiſtimabãt/ Antoniũ cõſulatu perfruentẽ/ inſidijs ab illo peti. Cęſar igit̃ ad ſic ſe ha/bentes cũ ira & furore aduolans clamabat/ inſidias ab Antonio ſibi inferri/ ob amicitiã: quã ĩ populo habere eũ ſolũ exiſtima/

Audax Octauius.

bat. Amplius Antonij fores percurrẽs: eadẽ magnis clamoribꝰ intonabat: deos teſtes inuocãs: execrationes omnes efferens/ ut ad iudiciũ accederet prouocabat. Nemine uero prodeunte/ ab amicis inquit tuis iudicari poſtulo. & his dictis intra domũ pro greſſus ęſt. Prohibitus ſubinde/ iureiurando conqueri cœpit: & qui circa fores erant inſectari/ q; Antoniũ redargui ab eo pro/hiberẽt. Diſcedens demũ ĩ populo teſtatus eſt/ ſi quid mali pa/teret̃/ ab Antonio ſibi dolo infligi. Quibus cũ inuidia ĩ publi/

Aduerte gemitum.

cũ elatis/ multitudo ingemuit: & quędã illi prioris opinionis pœnitentia acceſſit. Erant & qui tunc ambigentes/ neutiq; fidẽ utriq; impenderẽt. Simulationẽ alij ĩ his quę fierẽt/ adeſſe exi/ſtimarẽt: & ob ea quę ĩ templo una ſtatuiſſent: hęc inter ſe ad/

Suſpitiones.

uerſus hoſtes machinatos eſſe crederẽt. Nõ nulli Antoniũ hęc ipſa meditatũ fuiſſe cogitabant: ad occaſionẽ cuſtodię maioris ineundę: aut quo Cęſari ſuffragia adimeret. Cũ deinde Cęſari a quibuſdã occulte pręmiſſis/ nunciatũ eſſet/ exercitum: qui in Brunduſio erat: nec non eos qui in colonias deducti fuerãt/ ira in Antoniũ efferri/ q; Cęſaris interitũ negligeret: ipſos in uin/dictam paratos eſſe/ ſi quid licuiſſet: Antonium autem ob hęc

Brunduſiū ueniſſe/ ueritus Cęſar/ ne cū exercitu rediens Antonius/eū omni cuſtodia deſtitutū caperet/pecunijs aſſumptis in Campaniā ꝓceſſit/ciuitatibus: quę ſub patre cōditę olim fuerant/ut militiā ſecum inirent perſuadens: ut Celatiam primū deinde Silium: quę utraq; ex parte Capuę finitimę aderāt/ſibi adiungerēt. Sic unicuiq; drachmas pollicitus quingētas/ ad decē millia hominū in unū coegit: neq; ſufficienter armis inſtructa: neq; in legiones aut cohortes diſtributa: ſed ut ad corporis cuſtodiā/ſub uno uexillo allecta. Qui uero ī urbe aderant/ Antoniū cū exercitu redeuntē metuentes: cū Cęſar alio aduētare diceret/ in duplo formidabāt. Quidā igit ut in Antonium inſurrecturi/ Cęſari ſe cōiunxerāt: Nō nulli conciliationes inter eos iampridem ī capitolio factas mente repetentes/ hęc omnia ad ſimulationē quandā referebant: & retributionem Antonio poteſtatis eſſe: Cęſari in percuſſores ultionis exiſtimabant. Sic ipſis trepidantibus Carnutius quidā Tribunus: qui Antonio aduerſabat: & ob id Cęſari amicus fuerat/Cęſari occurrit: Cuius perſpecta mente/populo clarius annunciat/Cęſarē: ut Antonij hoſtē aduentare/neceſſe eſſe ipſis ambigentibus/ꝑ Antonij tyrannide/Cęſari ſe cōiuugere: cū exercitū aliū in pręſenti nullū habeat. Hęc effatus Cęſarem ante urbē ī templo Martis cōmorantē: quod per quinq; & decē ſtadia haud longe aberat: ingredi iubet. Cū ingreſſus eſſet/ ī templo Pollucis Caſtoriſq; cōſedit. Templū uero circūdedere milites palam gladijs accincti. Primus Carnutius ī Antoniū fari cœpit Ille patris ſui memoriā cunctis ſubijcit: & que ab Antonio idem patiat ediſſerit: qua ex cauſa coactus fuerit exercitū pro eius cuſtodia ī unū comparare: cū ad omnia patrię obſequi: & inſeruire promptus ſit: & nunc in Antoniū paratus. Hęc loquente eo: & iam concionē diſſoluente/exercitus ī oppoſitū pro reconciliatione Antonij & Cęſaris pręmiſſus aduentat: uel ad ſolam duntaxat Cęſaris cuſtodiā: & in percuſſores apparatus. Quāobrem indigne

Celatia.
Silium.
Capua.
Duplex timor.
Carnutius Tribunus Antonio aduerſus.
Templum Martis.
Templum Caſtoris & Pollucis.

ferre uiſi milites/hęc in Antonium dici: qui eoꝝ imperator eſ-
ſet: & conſul ſimul exiſteret. At illi ad eorū domos/quaſi arma
Viles populi. ſumpturi demitti poſtulant. Non enī alijs q̄ proprijs armis in-
digere: quod uere dixiſſe uidebant. Cęſar interim magna du-
bitatione afficiebat: ī cōtrariū ac putabat rem euaſiſſe intuens.
Sperans itaq; eos ſuaſione/potius q̄ ui ſuperare poſſe/occaſioni
ſtatim ceſſit: & hos quidē ad ſumenda arma: quoſdā ſimplici-
ter ad propria redire iuſſit: ac mœrorē contegens reditū lauda-
Attende. uit omnibus: nouis quoq; donis inſigniuit: & adhuc liberalius
uelle facere eſt pollicitus: & ad occurrētia/ eoꝝ opera in primis
uti: ueluti paternis amicis/potius q̄ militib9 ſibi obnoxijs. Hęc
dicens mille duntaxat: aut ter mille ex decē millibus/ut mane-
rent a cęteris diuiſit. Diſſidentibus autē illis ob numeꝝ/reliqui
tūc quidē abiere. Laborū deinde agricolationis memores: uti-
litatū q; militię: pollicitationū ad hęc Cęſaris: & ſuaſionis eius
ad quęcū q; libuiſſet: munerū quoq; quę accepiſſent; ī futurū q;
ſuſcepturos ſe ſperarent: ut populorū inexpertorū mos eſt: eos
pœnitere cœpit: & ex occaſione ad honeſtatē cōuerſi/ ſe armis
inſtruxere: & ad eum rediere denuo. Ille nouis pecunijs aſſum-
Rauena. ptis/Rauenā: & finitima quęq; peragrabat. Alijs inſuper alios
Arritium. ad militiam adijciens/ Arritium ire iuſſit. Antonio interim ex
quinq; legionibus: quę ī Macedonia fuerāt/ quattuor Brundu-
ſium omnino peruenere. & hę quidē conquerentes/q; Cęſaris
necem minime ulciſci pergeret/nulla laudatione habita/ad tri-
bunal ire ſuadent: ueluti de ea re q̄primū ad eos orationē habi-
Oratio Antonij. turus eſſet. Eam taciturnitatē permoleſte ferens Antonius/ ne-
quaq̄ irā cohibere potuit: ueꝝ ingratitudinē eorū improbauit:
q; a Parthis ad quos delecti fuerāt/ in Italiā acciti eſſent: nec ul-
lum teſtimoniū caritatis huius reddidiſſent. Queſtus eſt inſu-
In Cęſarem. per/ q; uiros a iuuene proteruo: quē Cęſarē appellāt/ad diſſen-
ſionē eorū miſſos/ad ſe nō adduxiſſent: ſed ipſe eos ſolus inue-
niſſet. Exercitum uero ad prouinciam ex decreto ſibi traditam:

celtatū gentem uberē: & beatā ducere: & ſingulis ibi aſſiſtentibus/drachmas centū elargiri ſtatuiſſe. Eam uocem milites/ut puſillanimem/irridere cœpetūt. Cū turbaret ille/adhuc magis tumultuari: & diſcurrere perſeuerabant. Quāobrem exurgens hoc ſolū iratus protulit. Sub imperio regi cōdiſcite. Deinde ſeditioſiores a Tribuno quodā depoſcens (Mos enim Romanis in eoꝝ exercitibus olim fuit/Singillatim ꝑ numerū quoſq; deſcribere) lege militari ſortitus eſt: neq; decimum quenq;: ſed partē eorū interfecit: ratus hunc in modū ob paucitatē eos deterrere. At illi minime cōterriti/maiori adhuc odio: atq; ira ferebant. Quę intuentes: qui a Cęſare ad ſeditionē pręmiſſi fuerant/libellos plurimos in Antonij exercitū emittūt: & pro eius auaritia crudelitate: ac Cęſaris primi memoria/ad Cęſaris noui opem/dona: ac liberalitatē milites inuitāt. Eos Antonius ſūma diligentia perſcrutari nixus/ ſi quis occuluiſſet/ pœnā cōminatus eſt. Veꝝ cū neminē deprehenderet/maiori adhuc exęſtuabat ira: quaſi ab exercitu omni tegerent. Intellectis deinde his quę ī colonijs: ac Romę a Cęſare dietim fierēt/ animo cōmotus exercitū denuo his uerbis allocutus eſt. Conturbarer equidem ob ea: quę militari neceſſitate geſta ſunt o uiri/paucis quibuſdā pluriū loco per legē interfectis: ipſis clare intelligentibus/neq; crudelem: neq; puſillanimem eſſe Antoniū/ niſi q̄ peccatis: & ſupplicijs iam abunde ſatiata/ a me diſceſſit inuidia. Centum quippe drachmas/ non dono uobis tradere (nec enī id Antonij fortunę cōgruū (ſed ueluti primę inter nos congreſſionis profeſſionē quandā/ nō donū exhibere uolui: ac ſic lege patria: & militari/in his: & ī cęteris mihi benefidere ſupereſſe uobis. Sic Antonius elocutus eſt. Nihil muneri tamē addidit/ne imperator ab exercitu uinci uideret. Illi ſiue pœnitētia: ſiue timore ducti id ipſum ſuſceperūt. Ex his ordinū primores/ uel ſeditionis ira: uel alia ſuſpitiōe motus permutauit. Reliquos uero: & quęcunq; alia ad opportunitates ſuas tranſtulit: & exercitū ꝑ partes

Irriſio in Antonium.

Romanorum mos in exercitibus.

Fraudes.

Antonij breuis oratio.

Attende.

Ariminum.

Martia legio.

Quarta legio.

Alba.

Tybur.

Nota.

Celticę prouincię initium.

iuxta mare/ Ariminū properare iussit. Ipse ex omnibus desumpta cohorte militari eorū: qui corporibus: & obsequio pręcellerēt/ Romā profectus est: ut exinde Ariminū uicissim gradere/ret. Ingressus est autē superbe admodū: cohortē ante urbē statuens: & qui circa se fuerant succinctos ducens: & noctu circa domū ad custodiā armatos cōtinens: Insignia etiā illis tribuit: aderantq; ueluti ī castris custodię p uices positę. Coacto in unū Senatu/ ut de his: quę Cęsar egerat/ ad eū quererēt/ ab ingressu statī intelligit/ ex quattuor legionibus/ eam: quę Martia appellabat ex itinere ad Cęsarē iuisse. Ipsi porro ingressum cohibenti: & addubitanti plurimū/ denuo annunciat/ legionē eam quę quarta dicebat/ Martię in morē/ ad Cęsarē uicissim transiuisse. Quibus uehementer territus/ Senatū quidē ingressus est: q̄si ob alia eum conuocasset: ac pauca prędatus subito ad portas transijt/ ut ab illis Albam profectus: deficientes quosq; reuocaret. Reiectus deinde a muris iterū retrocessit: & ad reliquas legiones misit: quingētas drachmas unicuiq; dare pollicitus. Ipse cū his: qui aderant Tybur usq; progredit: apparatū habens his qui in hostes tendunt cōsuetū. Iam enī bellū clare imminebat: Decimo celtas nequaq̄ deponente. Eo igit ī loco assistenti/ Senatus fere omnis: ac plurimi equitū cū honore accessere. Ex populo quoq; pars nō cōtemnenda: eumq; iusiurandū a militibus qui aderant sumentē offendentes: & ex his: qui pridem cū illo militauerāt/ multos accurrentes (magnū quippe id erat) sponte & ipsi iusiurandū prędstitere: neutiq; fidem: & beniuolentiā quā erga Antoniū habuerāt omissuros esse: ita/ ut nō nulli trepidarent: qui paulo ante ī concione noui Cęsaris/ Antoniū calumnijs insecuti fuerāt. Sic ille splendide admodum Ariminū prędmissus est: quo ī loco celticę prouincię initiū adesse nosci t. Fuitq; illi exercitus/ exceptis nouiter delectis legionū triū/ nuper e Macedonia ad eū profectarū. Iam enī illi residuū aduenerat. Cōmilitabāt prędterea non nulli ex ueteranis: qui tyronibus in duplo potiores habebantur. Sic Antonio bellicosissimorum

uitorū legiones quattuor adhęsisse referūt: & quantū auxiliatorū subsequi consuetū est. custodum pręterea corporis: & noctiter electorū illi affuisse constat. Lepidus uero quattuor ī hiberia legiones habens: Asinius Pollio duas: & Plancus in altera Celtarū prouincia tres/ Antonij partes electuri uidebantur. Cęsarem autem duę similiter legiones delectoꝝ sequebantur: quę ab Antonio ad ipsum transierāt. Tyronū item una. duę ex primis cū eo militātibus: nec hę numero perfectę: aut armis instructę omnes: sed ex nouiter delectis suppletę fuerāt. Omnes igit' Albę in unū congregās ad Senatū misit. Ille uero ut in re ambigua/ iterū ad Antoniū deflexit oculos. Ac tum quidā affuere: qui Antoniū pręponerēt: permoleste ferentes/q; non ad Senatū: sed ad Cęsarē legiones diuertissent. Simul deinde Cęsarem: easq; laudantes pollicēt'/nō multo post/quid facto opus esset/ex decreto uelle statuere: cum primū noui magistratus ad agenda processissent. Iam enī clarū erat eorū ope aduersus Antoniū uti uelle. cūq; exercitu proprio carerent: neq; sine auctoritate consulū deligere liceret/ omnia ad nouos magistratus referre cupere. Cęsari exercitus: fecures: uirgasq; ex ordine paratas: ut imperatori aduersū militanti: & belli duci pręferri suadebat/ipsis sub imperatore cōtinue degere assuetis. Ille honore collaudato/ rem ad Senatū deferri admonet. Cūq; ad eum turmatim aduolarent/ultro inhibuit: oratores etiā cōpescuit: quasi Senatus ea per se esset consulturus/ potissimū inquit/ cū uestrā promptitudinē hęsitationē meā intellexerit. Quibus uix tum facile repressis: ducibus pręterea suspitionis se insimulari conquerētibus/ita rettulit. Senatū nō beniuolentia eius: sed Antonij timore in eū inclinaturū esse: exercitus etiā inopia adductū quoad nos inquit Antoniū confecerimus: & percussores amici & cognati eoꝝ: qui in Senatu sunt uires cōparauerint. Quę ego animaduertens/ Senatui obsequi optimū existimo: neq; simulationē prius aperire eorū: p quib9 imperiū nobis/ sub cōtumelię

Lepidus.
Asinius Pollio.
Plancus.

Attende uarietatem.

Perplexus sermo.

aut uiolentię infamia queat adimere. Obſequentibus certe nobis/ fortaſſe id ipſum facile concedet: timore ductus/ ne id per uim nobis uendicem⁹. Talia effatus/ legiones duas: quę ab Antonio ad ipſum pertranſierāt/ inuicem certantes contemplatus eſt: ſpacio inter ſe diſtantes: & omnia belli opera/ nullo reſpectu habito/ ſola excepta nece peragentes. Quo ſpectaculo lętatus: & huic occaſioni perlibenter ſeſe inferens/ alias quingentas drachmas unicuiq; elargitus eſt: & ſi qua belli neceſſitas interim ingrueret/ victoribus quinq; mille eſt pollicitus. Sic Cęſar munerum liberalitate mercenarios ſibi uendicabat. Et hęc quidem in Italia agitabantur. In celtis uero Decimū Antonius in Macedoniam tranſire ſuadebat/ ut populo obſequeretur: & ſibi ipſi uiciſſim parceret. Ille econuerſo/ litteras a Senatu perornate ſibi ſcriptas ad eum emittebat: quaſi per populum ſibi cederet/ nō magis honeſtum foret/ q̃ Antonio per Senatū. Antonio diem prędinitam ſtatuente: qua ut in hoſtem uti poſſet: longiorem ſibi Decimus diffiniri petit/ ne celerius Senatui hoſtis fieret. Antonius facile eo ſuperato/ cum in campo adhuc eſſet/ ad ciuitates ire properat: a quibus admiſſus eſt. Veritus igitur Decimus ne ab omniū prohiberetur introitu/ litteras a Senatu redditas ſibi fingit: quę illum cū exercitu Romā propere euocent. Eo modo in Italiam conuerſus ire pergit. Recipientibus illum cunctis ueluti redeuntem/ uſq; Mutinam progreſſus eſt urbem feliciſſimam: ac ſtatim portas occludi imperat. Mutinenſium omnia ad uictum neceſſaria in medium afferri: iumenta ad currus debita/ immolari: & ſale condiri iubet/ ne forte obſidio ī longum traheretur: eoq; modo Antonium operiri pergit. Copię illi aderant haud contemnendę: gladiatorū manus ingens: armatorū legiones tres: ex quibus una nuper militantium: & inexercitatorū fuerat: duę fideliſſimę: quę prius cū eo ſtipendia meruerant. Antonius cum ira ī eum delatus Mutinę urbem muro: foſſaq; prędinxit: ſicut Decimus obſidione

Deluditur ab utraq; parte Senatus.

Pulchrū ſpectaculū.

Hic Cęſaris hiſtoria ab auctore dimittit.

Stratagema.

Mutina.

Mutinę: ac Decimi obſidio ab Antonio.

premeretur. Interim in roma conſules anniuerſarij: menſis ini-
tio creati Ircius: & Panſa/ Senatū ſubito ad ſacra: & in ipſo tem-
plo contra Antonium conuocant. Cicero nempe: & amici eius
eundem a Senatu hoſtem iudicari/ his potiſſimū ex cauſis ue-
hementius urgebant/ q̄ Celtatū prouinciam Senatu inuito ad
patrię oppugnationem per uim armis inuaſiſſet: & exercitum
in Getas illi aſcriptum in Italiam deduceret. Adijciebantur ad
hęc/ q̄ aliam cum Cęſare diſſenſionem inijſſet palam in urbe:
tot primoribus exercitus ſtipatus: & domū ueluti arcem quan-
dam armis ſigniſq̄ pręmuniens/ ad cętera ipſis ſuperbior/q̄ an-
nua poteſtas ferret uideretur. Lucius autem Piſo: qui Antonij
peregre exiſtentis partes tuebatur/ uir inter romanos apprime
inſignis: & quicunq̄ alij ob ipſum: uel propter Antonium: aut
propriā ſententiam illi adhęſerant/ Antonium i iudicium uo-
cari depoſcebant: Non enim ex patrię moribus congruere aie-
bant/ hominē inauditū iudicari: neq̄ condecens/ eum: qui beri
conſul extitiſſet/ cū laudem mereret/ in ſequentē diem conui-
cio perſequi. Alij uero: & Cicero ī primis aduerſus hęc uerbis
nitebant. Senatores autē: quibus hęc ſentētia haudquaq̄ grata
fuerat: rem uſq̄ in noctē produci depoſcebant. Illuceſcente die
ob eam cauſam in Senatū cōuenerūt. quo ī loco inſtante Cice-
rone: eiuſq̄ ſequacibus Antonius hoſtis eſſet iudicatus/ niſi q̄
Saluius Tribunus rem in ſequentē diem differendam cenſuit.
Inter cęteros nempe magiſtratus/ prę omnibus potentiſſimus
ad prohibendū eſt Tribunus. Quāobrem Ciceroniani omnes
cōtumelijs uehementius in illū inuecti ſunt: & populum ſub-
inde diſcurrentes in eum concitabant: Saluium quoq̄ ad illum
prouocabant. At is interritus/ quocunq̄ in loco pręſto aderat:
donec a Senatu eſt prohibitus/ uerito/ ne populū in memoriā
Antonij excitum in diuerſum conturbaret: cum minime igno-
raret/ uirum illum ante accuſationem plurimum illuſtrem ex-
titiſſe: nec quia populus celtarum prouinciam illi tradidiſſet:

Menſis Ianuarius.

Ircius: Panſa: & Ci-
cero conſules.

Quēadmodū Anto-
nius hoſtis iudicat̄.

Initium lege.

Lucius Piſo.

Saluius Tribunus.

Tribunus ad ꝓhiben-
dum potentiſſimus.

ſed ꝓ percuſſorũ uenia: & ſalute ſuccenſebat. maxime ꝙ pro-
poſita iniuriarũ obliuione/ populum in eum concitaſſet. Eam
ob cauſam & ipſe Cęſaris opera in illum utebatur. Quę Cęſar
haud ignorans/ ſe Antonium q̃ primũ oppugnare prędicabat.
Sortes. Hac ratione Senatus Antonio ſubiratus eſt. Sortibus itaq; pro-
poſitis: ut primũ a Tribuno cõceſſũ eſt/ Decimũ laudibus pro-
ſequendũ ſtatuunt: qui e celtarũ prouincia Antonio minime
ceſſiſſet. Conſulibus porro/ Itcio: & Panſę Cęſarẽ una militare
cũ his: quas haberet copijs edicunt: ſtatuam illi ex auro appo-
nendã fore: ſententiã inter cõſulares afferre poſſe: conſulatum
petere per decẽ ante annos/ q̃ ex lege liceat indulgent. Legioni-
bus quę ab Antonio ad eũ tranſiuiſſent/ tantundẽ a populo im-
pendi debere: quantum uictoribus Cęſar promiſiſſet. Et hęc ex
Antonius hoſtis iudi- decreto ſtatuentes receſſere. Cũ uero Antoniũ/ re ipſa: ut appa-
catus. ruit/ hoſtẽ iudicatũ: ac Tribunũ in ſequentẽ diem nihil aduer-
ſantẽ intueri datum eſt/ Antonij mater: & uxor: filiuſq; adole-
Sollicitudinẽ attende ſcentior adhuc: alijq; neceſſarij: & amici per uniuerſam noctẽ
noctturnam. potentiorũ domos percurtere: illiſq; ſupplicare: per diem uero
in Senatũ uenientes/ cunctos moleſtia afficere: & ad eorũ pedes
cũ fletu & beiulatibus ſe proſternere nõ ceſſabant: nigra ueſte
ante fores acclamantes. Quibus illi exciti ob clamorẽ: aſpectũq;
ac rei nouitatem tam inopine factam/ flecti: mitigariq; cœpere.
Huius rei cauſa pauefactus Cicero/ Senatũ in hũc modũ allocu
Ciceronis oratio. tus eſt. Quę circa Antoniũ cognoſcenda fuerãt patres cõſcripti
beri abunde percepta ſunt a uobis. Quibus enĩ hoſtes eius ho-
norauimus/ biſipſis eundẽ hoſtẽ iudicauimus. Saluiũ uero ſolũ
impedimentũ quoddã obiectũ nobis: uel inter omnes omnino
prudentiorẽ iudicare neceſſe eſt: uel amicitia cõmotũ: uel prę-
ſentiũ potius retũ ignorãtia hęc efficere. Ex quo turpiſſimũ no
bis iudico/ ſi omnes unico homine: & hoc quidẽ Saluio indo-
ctiores habeamur: aut rei publicę beniuolentia ſuperior nobis
ſit: qui preſentium ignorantia maxime laboret. Mihi quidem

consulibus ante ipsum: ac prętoribus: Tribunisq; collegis eius fides uidet adhibenda: cęterisq; Senatoribus: qui tot in hoc ordine: & dignitate & numero/p ętatē quoq; & experientiā/longe Saluio/ Antoniū magis norunt. Est enim in iudicijs publicis & causis/id plurimū: quod iustū est. Vęq; si denuo causas intelligere necesse est/ breuiter expediam: & quę principaliora sūt memorię subijciā. Defūcto Cęsare pecunias publicas sibi uendicauit Antonius. Macedonię deinde administrationē a nobis sumens/in celtas sine consensu nostro profectus est: exercitum contra Getas sibi traditū/eorū loco in Italiā contra nos inuexit. Hęc utraq; ī nos ad insidias expostulans/ cū adipisci nō posset: p seipsum nactus est. Cohortē regiā in Brundusio ad custodiā suā delegauit: ita ut ipsum palam ferro accincti intra urbē circūstarent homines: & noctu sublatis signis custodirent. Eduxit deinde a Brundusio exercitū aliū ad omnia promptiorē in urbem/cū ad ea aspiraret: quę Cęsar concupisset. uęq; a nouo Cęsare cū exercitu alio pręuentus: ac timore correptus/ad Celtaq; prouinciā se cōuertit: ueluti cōmodiorē ī nos habiturus aditū: quoniā Cęsar eo ex loco & ipse contra nos inuectus/ nobis imperauit. Exercitū pręterea ad hęc terrefaciens/ut ad omnē iniusticiā: & crudelitatē eius adhęreret/ sorte delectos morte mulctauit: cū nec seditionē excitassent: nō custodiā: aut ordinē in bello reliquissent: Quibus etiā militaris lex sic se habentibus: punitionē quandā solet diffinire: Et bis pauci maximis solū in periculis: & casibus/necessitate usi sūt. Hic autē ad uocē: & risū ciues ad mortē deduci imperat: mortē inquā nō deprebēsorū: sed electorum potius. Itaq; qui potuere ab eo discesserūt: quos ueluti benemeritos hesterna die donis exornauimus. Quibus autē discedere nō licuit/ hi sunt: qui timore ducti cū illo latrocinant: & hostiū in modum prouinciā nostrā inuadunt: & exercitum nostrū: ac ducem obsident: Et cui uos/ut in prouincia celtarum moraretur perscripsistis/ eum Antonius exire iubet. Vtrū igit nos Antoniū hostē iudicauimus: an Antonius ipse

Criminum obiectio.

Attende.

Cęsar e Celtis in romanos mouit.

Elegans confutatio.

hoſtiliter nos aggredit? & Tribunus noſter hęc adhuc uidetur ignorare: quoad Decimo deuicto prouincia tam ingens: & nobis finitima: & ultra prouinciā Decimi exercitus/cōtra ſpes noſtras Antonio acceſſerit. Tunc quidē/ ut uidet/ Tribunus eum hoſtē iudicabit: cū nobis potentior longe extiterit. Hęc cū peroraſſet Cicero/ amici eius tumultu excito/ neminē in contrariū dicere ſinebāt: donec Piſone aſſurgente/ reliquus Senatus/ eius reuerentia cōmotus ſilentiū tenuit: unaq; Ciceronis amici ſiluere. Tunc Piſo ita fari orſus eſt. Lex quidem patres cōſcripti reum audire admonet. Audite itaq;: & p eo reſpōdentē iudicate. Potentiſſimū quippe ad perorandū Ciceronē adeſſe poſtulo: qui pręſente Antonio accuſare non audet: abſente uero eo crimina nō ceſſat afferre. Ego maxima ex omnibus: & quę ambigua ſunt facile tranſiliens/ breuibus ea falſa eſſe oſtendā. Pecunias Antoniū publicas/ poſt Cęſaris necē ſibi uēdicaſſe dicit:

Piſo.

Subdola Piſonis oratio.

Lex furti.

lege furē eū/ non hoſtē decernēte: & pœnā illi damni ſtatuēte. Cū Brutus Cęſarē interemiſſet: & in populo de his palam cōqueſtus eſſet: quoniam Cęſar pecunias abſtuliſſet publicas: & ęrariū nobis inane reliquiſſet/ Antonius paulo poſt eas inquiri debere ſtatuit: uobis ſententiam eius approbātibus: & publice id ipſum proclamari facientibus. pręmium quoq; his: qui indicaſſent/ decimam omnium pollicentibus. Itaq; ſi quis Antonium de his accuſare pergit/ ī duplo eaſdem uobis perſoluemus. Et hęc de pecunijs abunde dicta ſint. Celtarum autem prouinciam minime nos Antonio decreuimus: uerum populus ex lege ſibi contulit/ Cicerone aſſidente: quo more & alia plerunq; alijs tradidit: & hanc ipſam prouinciam olim Cęſari conceſſit. Pars itaq; legis habebitur/ Antoniū prouinciam ſibi aſcriptam depoſcere: ac Decimo non parenti inferre bellum: & exercitum nundum aduerſus Getas motum: in celtis cōtra eum: qui ſibi obſiſtat inferre. Verum Cicero Decimum nequaquam hoſtem eſſe exiſtimat: qui contra legem armis obluctatur. Antonium uero hoſtem eſſe putat: qui pro lege bellum gerat.

Sin legē eam damnat/ eos uiciſſim: qui legē tulere condemnet neceſſe eſt. qui tamen debottandi fuerāt: non autē cōtumelijs inſectandi: neq; prouinciā Decimo cōmittendā eſſe/ conſulere debuit: quē populus ob Cęſaris necē expuliſſet: Antonio uero nō cōmittendā eſſe: cui populus eā tradidiſſet. Nō enī bene cōſulētis/ eſt aduerſus populū uelle cōtendere/ bis maxime tēporib9 dubijs atq; periculoſis: neq; obliuioni tradere: quod ad populū ī primis ptinet/ amicos: hoſteſq; diſcernere. Solus quippe ex priſcis legibus populus ipſe imperator eſt/ belli: paciſq; tractandę: quorū nihil populus nobis edixit: aut impoſuit/ prędicto aſſiſtente. Cętez nō nullos ex militibus occidit Antonius: cū imperator eſſet: & a nobis ex decreto cōſtitutus. Nullus certe imperator huiuſmodi iudiciū ſubiſſe noſcit. Non enī utile nobis leges putauere/ imperatorē militibus in iudicio eſſe obnoxiū: nec inſuper ęquū fore/ ſi quod in bello cōſtitutū eſt/ id ab ullo negligat. ob quę etiam: qui uicere/ nōnunq̄ interempti ſūt. nec ī eos: qui ſuppliciū ſumpſere quiſq̄ inuectus eſt: nec in prędenti cognatus quiſpiā aut neceſſarius: ſed Cicero ſolū queritur: & necem eorū improbans honorū loco: qui interfectoribus impendi ſolent: Antoniū cōmunē hoſtem decerni iubet. Antonij uero: quēadmodū exercitus nullo ordine turbatus ſit: & imperatorē ſuū cōtempſerit/ ſatis indicant duę legiones: quę ab eo perfugere: quas uos cum eodem militare decreuiſtis/ nūc prętet militarem legem ab eo tranſfugę/ nō ad uos: ſed ad Cęſarem uenere: quod Cicero ſimul commendauit: & ex publico mercedem heri dari perſuaſit/ ne uos id exemplū aliquando conturbaret. Ita Ciceronem ad inſaniam propria perduxit inimicitia. Antonium etiam tyrannidis accuſat/ q̄ milites ſupplicio affecerit: qui continue inſidias meditati ſunt. qui uero exercitum curant/ puniri non conſueuerunt. nec alium Antonio poſt Cęſarem principatum ueluti tyrannicum potuit obijcere. Itaq; de ſingulis hunc in modum interrogare eum libet. Quem ueluti tyrannus inauditum occidit Antonius: qui nunc

Nota.

Populus imperat.

Leges.

Cicero.

Confutatio in Ciceronem.

inauditus in periculo cõſtitutus eſt? quẽ ciuitate expulit? quẽ ex nobis cõdemnauit? uel adeo in ſingulos potens/ non omnibus ſtruxit inſidias? Quando hęc o Cicero fecit Antonius? an cũ actorũ obliuionẽ cõfirmauit? uel cũ neminẽ nece ꝓſecutus eſt? uel cũ publicas pecunias inquirendas eſſe cenſuit? uel cum Pompeiũ/Pompei illius ueſtri filiũ reuocari in patriam: & ex publico ſubſtantiã illi ſolui perſuaſit? uel cũ fictũ illum Mariũ

Fictus Marius.

inuadens/ cęteris inſidias ſtruentem interemit? & ab omnibus uobis eſt collaudatus? (Hęc ſolum ꝓpter uos minime reprehendit Cicero) uel cũ de dictatoris magiſtratu aliquẽ referre: aut decernere ꝓhibuit? uel aduerſum obnitentes morte mulctandos cenſuit? Hęc ſunt: quę per duos menſes in re publica egit Antonius: cum ſolus poſt Cęſarem urbi pręfuiſſet: cum modo percuſſores populus inquireret: modo uos futuroꝝ cura perureret: Quo tẽpore ſi iniquus extitiſſet Antonius/ nullum cõmodius ad agendũ fuiſſet habiturus. Veꝝ nunq̃ in cõtrariũ imperio uſus eſt: an nõ ſolus tunc imperio pręfuit: cum Dolobella in Syriã profectus eſſet? Num exercitũ i urbe paratũ habuit a uobis traditum? Num urbis cuſtodiã per noctẽ tenuit? Num eã cuſtodiã ob hoſtiũ egit inſidias? Nũ occaſionẽ necis Cęſaris amici eius: & benefactoris habuit: ac populo pergrati? Num aliã domũ inuenire potuit: cũ hoſtiũ uereret inſidias? quorũ neminẽ occidit: neminem urbe expulit. quinimmo illis quantũ ex honeſtate licuit indulſit: & prouincias eiſdem datas nulla motus inuidia cõceſſit. Hęc maxima patres cõſcripti: & dubia i Antoniũ a Cicerone collata crimina perſpicite: exquo ad accuſationem diuinationes quoq; adiungit/ q̃ Antonius exercitum in urbem fuerit adducturus: ſed metu Cęſaris exercitus urbem pręoccupantis abſceſſerit. Quomodo igitur/ ſi hoc ſolum cogitare uiri nobis inimici proprium exiſtimandum eſt eum: qui uenerit: & nullo ſigno dato cõtra nos caſtra metatus ſit non putat hoſtem? Quomodo igit̃ pertranſiuit Antonius?

Diuinationes.

Confutatio ſubdola.

non ad nos acceſſit? Nunquid triginta millia in armis parata ducens/ ter mille extimuit: quos inermes nullo ordine circa ſe Cęſar habuit? ad Cęſaris conciliationem duntaxat aſſiſtentes: Qui cū primū bello decernendū eſſe cognouere: educentē eū reliquerunt. Sin autē cū triginta millibus accedere ueritus eſt: quemadmodū mille comitatus ad nos uenit? cum quibus Tybur/quot ex noſtris miſimus? quot nullo adacti ſacramēto/iuſiurandū illi obtulimus. Quanta Cicero preconia in laudē conſulatus ab eo geſti cōſumauit? Quēadmodū ergo Antonius/ſi hęc intellexit/pignora: quę Senatus in cōſpectu cōſtituta ſunt: nobis dereliquit? matrē ſcilicet: & uxorē: & adoleſcentē filiū: q nūc deflent: illachrymātq; & nō ea quę ab Antonio in re. p. geſta ſunt: ſed potentiā inimicorū eius reformidāt. Hęc apud uos proferenda duxi patres cōſcripti: ueluti exemplū quoddā Antonij defenſiōis: Ciceroniſq; mutatiōis. Bene intelligētibus autē/ hanc ſuaſionē in primis afferā: ut neq; in populū: neq; in Antoniū quicq̄ inique moliri audeāt: neq; cōmunibus ī rebus inimicitias: periculaq; cōferre ęgrotāte re. p. & celeriter ijs: qui opem afferāt indigente: & qui prius poteſtatē cōſtituāt ī urbe: q̄ quę ab extra ſūt tumultū inferāt: quouſq; ī eam inſurgētibus abunde liceat obſiſtere: & quos libuerit iudicare: & quod a uobis iudicatū fuerit perficere poſſitis. Quomō igit hęc erunt/dicet quiſpiā? Si Antoniū ad occaſionē: aut gratiā populi/celticā ſinemus habere ꝓuinciā/ Decimū cū trib⁹ quas habet legionibus huc euocabimus: & uenientē in Macedoniā mittemus/legiones retinentes: & duas quę ab Antonio receſſere/pariter nobis uēdicabim⁹: quēadmodū dicit Cicero: & has a Cęſare ī urbem acerſemus. Sic qnq; legionibus nobis aſſiſtētibus: cui uiſū fuerit ex decreto cōfirmabimus: ad nullius hominis ſpes inbiantes. Et hęc a me ſine īuidia aut ambitiōe audiētib⁹ dicta ſūt. Pro bis uero: qui inconſiderate: ac temere ob domeſticas inimicitias: aut cōtentiōes ī nos tumultū excitāt/iudices dēcor ut neq; celeres nimis ſint: neq; p̄cipites ī uiros magnos: & exercituū duces prępotētes quicq̄ agere: ne ue īuitos ī bellū attrahāt:

Attende rationem.

Verba ſanctiſſima.

Piſonis ſententia.

Contra Ciceronem.

Marcius Coriolanus.

ſed Marcij Coriolani: eorumq; quę a Ceſare nuper geſta ſunt uelint reminiſci: quē exercitū uiciſſim adducentem: & fœdera uobiſcū facta protēdentē: pręcipitāter admodū hoſtē iudicātes re ipſa hoſtem fore coegiſtis. Parcite populo qui paulo ante in percuſſores Cęſaris inuectus eſt: neq; ad cōtumeliā eius, puincias gentiū his impendere uelitis: nec Decimū laudibus extollere/q; populi legē deſpexerit: Antoniū hoſtē iudicare: quoniā celtas a populo ſuſcepit: In quibus bene cōſulentes neceſſe eſt pro bis quę fefellerūt adhibere animū: cōſules uero ac Tribunos plures periclitātibus rebus publicis apponere. Sic Piſo pro

Finis orationis.

Antonio elocutus eſt/cōuicijs ſimul: & pauore eos incitās: quē aperte cauſam fuiſſe aſſerūt/q; Antonius hoſtis minime iudicatus ſit: non tamen ut celticę pręeſſet obtinere potuit. nam id ipſum percuſſorū cognati atq; amici timore ducti prohibuere: ne depoſito bello in percuſſores aliquando inſurgeret/ Cęſari cōciliatus. Quāobrem Cęſarē Antoniūq; inuicē cōtendere illis placuit. Antoniū quoq; Macedoniā aſſumere celtarū loco decreuere. Cętera alia mandata ſeu temere: ſeu cōſulto Ciceroni perſcribenda: ac legatis tradenda cōmiſere. Ille ſentētia prolata in hūc modū ſcripſiſſe dicit. Antoniū cōfeſtim Mutina diſcedere: Decimo celticā cōcedere prouinciā: quę intra Rubiconē amnem: qui Italiā a celtis diffinit ſita eſt. Data eſt dies ad hęc

Mandata.

Rubicon fluuius.

pręfinita: ī qua Senatus omnia ad ſe referret. Sic ambitioſe admodū ac minus uere mandata Ciceto uidet conſcripſiſſe: non

In Ciceronem.

ulla quidē inimicitia: quę tanta illi cū Antonio ſuberat. Vęq; fortuna quadā ut apparet publica ad mutationem impellente:

Fortuna.

Ciceroniq; inſidias iam abinde pręſtruente: cum iam Trebonij reliquijs allatis: contumelię in eum illatę/ certior Senatus: haud difficultet Dolobellā hoſtem iudicaſſet/ legati ad Antonium miſſi/ cum ob mandatorum alienationem uehementer erubeſcerent/ nihil locuti ſunt: uerū Antonio mandata tradiderunt. Antonius ira concitus: multa in Senatum: multa etiam

Antonius iratus.

in Ciceronem protulit: potiſſimū ſe admirati dicens q; Ceſarem; qui principatum maxime adauxerat/tyrannum ac regem

putauiſſet: Ciceronē uero nō putarēt: quē Cęſar bello cepiſſet nec tamē occidiſſet. Is autē percuſſores amicis eius prętuliſſet: & Decimū olim Cęſari amicū/odio inſectatus eſſet: nunc autē necis eius participē diligeret: & illi qui poſt Cęſarē a nullo celtas ſuſcepiſſet/ope aſſiſteret: Sibi uero qui a populo eam ꝓuinciā cepiſſet/inferret bellū. Legionibus etiā quę ab eo trāſfugiſſent: honores tribuendos eſſe decreuiſſet: His autē: quę cū eo reſtitiſſent/minime decerneret: & militiā nō ſolū apud eū: ſed in urbe corrupiſſet: Percuſſoribus porro obliuionē conceſſiſſet actorū: quā ego inquit cōfirmaui: & ob id duos inſignes uiros Antoniū ſcilicet ac Dolobellā hoſtes iudicādos eſſe cēſet/quoniā quę nobis data & cōceſſa ſūt habemus. Hęc enī uere cauſa eſt. Nam ſi a celtis inquit abeam: neq; hoſtis neq; monarchicus dicar amplius. Hęc autē teſtor/me obliuionē haudquaq̄ gratā ſoluturū eſſe. Huiuſmodi plurima effatus Antonius: reſponſum decreto in hūc modū prębuit. Senatui ueluti patrię ī omnibus ſe obſecuturū eſſe: Ciceroni uero: qui mandata perſcripſiſſet ita retulit. Populus mihi celtas ex lege tradidit: ego Decimū legi nō parentē a celtis amouebo: & necis cauſas repetam ab omnibus/ut & Senatus hoc odiū aliquādo euomat: quo Ciceronis cauſa repletus eſt: qui Decimo auxiliat'. Hęc Antonius cū dixiſſet/ſubito reſcripſit: ac Senatus ſtatim eū hoſtē iudicauit: omnēq; cū eo exercitū/niſi ab illo diſceſſiſſet. Macedonię & Illyrici nationibus & utriuſq; exercitibus Marcū Brutū pręſidere uoluit: donec rempublicā meliorē in ſtatū conuertiſſet. Ille igit' proptio iam fultus exercitu: ab Apuleio etiā partē acceperat. Naues ad hęc longas onerariaſq; ī unū cōduxerat: pecunias uſq; ad ſex & decem millia talentorū ſummā coegerat. armorū quoq; ingentē numerū: quę ī Demetriade a Caio Cęſare iampridē cumulata īuenerat: quibus omnibus ut ad patrię utilitatem uteret'/Senatus ex decreto cōfirmarat. Caſſio etiam Syria a Senatu tradita: mandatūq; ut Dolobellę inferret bellū. Alijs quicunq; prouincias aut Romanorum exercitus ab Ionio mari uſq; ī orientē cōtinerēt: edictū ut Bruto Caſſioq; parerēt.

Sagax Antonij reſponſio in Senatū: & Ciceronem.

Antonius hoſtis iudicatur.

Marcus Brutus.

Apuleius.

Bellū in Dolobellam.

Itaq; qui circa Cassium fuerāt: celeri impetu in bellū prodiere.

Cęsaris historia resumitur.

Quę singula Cęsar animaduertens magna trepidatiōe fluctuabat animo. Gestorū nempe obliuionē condecentiā quandā humanitatis in eos arbitrabat: ac cognatorū misericordiā erga uiros: qui simili honore tenerēt. & has breues ad tempus dignitates illis traditas: ad eorū securitatē pertinere. Sic decimo celtas eos confirmasse: ut Antonio notam tyrannidis inuterent.

Octauij suspitio.

Attende.

Qua simulatione & ipsum in Antoniū educerēt. Dolobellam hostem iudicatū q; ex percussoribus unū occidisset: Bruto: & Cassio prouincias ad populosiores nationes datas esse: Exercitus plurimos summa celeritate illis additos: Pecunias insuper collatas esse: & ducū qui ultra Ioniū mare incolūt: duces eos & principes effectos: Et ea omnia ad pompeianarū partiū incrementū clare pertinere: Cęsaris partes ad nihilū deduci. Huiusmodi itaq; artē quę in eum ueluti adolescentē fabricaret animaduertens/ imaginē quandā: & insidias ipsis apponentibus: & ueluti ducem in Antoniū declarantibus/ ut re ipsa exercitū ab illo eriperēt/ suspectā habuit. Consulibus nempe una militantibus: nihil duce aduersum cōtendēte opus esse: Solis honores ab Antonio ereptos ex decreto uendicantibus: Se autem nulla gloria militatu; apud eos. Postremo bellū omne in infamiam eius decisurū esse/ Senatum sua opera aduersum Antoniū uti uelle: quoad uires eius cōtriuisset. Hęc intra se meditatus nulli patefecit: uerū sacris pro imperio sibi tradito rite peractis/ his uerbis exercitū allocutus est. Hęc enim mihi a uobis nō modo nunc cōmilitones: sed ex quo imperiū mihi tradidistis/ collata sunt. nam & Senatus uestri gratia hęc ipsa cōtulit/ ut intelligatis me horū causa ad gratias uobis reddēdas esse obnoxiū: quas si dijs bene iuuātibus felicitet agemus: abunde referam. Sic ille exercitū propriū confirmans eduxit agmen. Consulum alter Pansa per Italiam exercitū cogebat. Ircius autē copias cū Cęsare partitus est: & ut a Senatu secreto illi iniunctum fuerat/ in partiendo legiones duas ab illo pecijt: quę ab Antonio ad eum

Sagax Cęsar.

Breuis ad exercitum Octauij oratio.

Pansa.

Ircius.

transſugerant: ſatis conſcius ex omni exercitu has potiores eſſe in bello. Quę uniuerſa Cęſar facillime cõceſſit. Diſtributis inuicem copijs in hiberna ſimul cõceſſere. Finiente hyeme Decimus iam fame laborabat. Ircius & Cęſar Mutinã propius caſtra mouent/ ne deficientẽ Decimi exercitũ Antonius ſibi uendicaret. Vrbe diligẽtius cuſtodita ab Antonio/ Panſę milites nequaq̃ cũ illo iniere bellũ/ impatorẽ expectantes. Equitũ pugnę frequẽter inter eos fiebãt: & q̃q̃ multitudine equitũ antecelleret Antonius/ campi tamen difficultas: qui interlabente fluuio foſſis prępediebat/ auaritiã multitudinis eoꝝ defraudabat. Hęc igit̃ circa Mutinã agitabant̃. Romę uero cũ cõſules abeſſent Cicero ad ambitionẽ gerebat omnia. Nam cõciones aſſidue aduocabat: Arma etiã/ opificibus ſine precio coactis prępparabat: Pecunias ĩ unũ cumulabat: & grauiora onera Antonij neceſſarijs atq; amicis imponebat: quę illi calumniam euitantes prompte cõferebant: donec Publius Ventidius qui cũ Cęſare una militabat Antonij amiciſſimus/ Ciceronis acerbitatẽ haud ferendã ratus/ ad Cęſaris colonias profectus eſt/ ueluti notior apud omnes: ac duas ad Antoniũ legiones eduxit: Ciceronẽ quoq; ĩ urbe cõprehẽdere tẽptauit. Ac tũc ſtatim tumultus ingens exortus eſt: ita ut multi uxores & filios trepidatione moti ex urbe educerẽt: & Cicero ex urbe una aufugeret. Quę Ventidius intelligens ad Antoniũ cõuertit iter. Intercluſus deinde a Cęſare & Ircio in Picenũ ſe cõtulit: & legionem aliã in unũ cõgregans euentũ rei intentus expectabat. At uero qui circa Cęſarẽ fuerant/ Panſam cũ exercitu appropinquare ſentientes/ Carſuleiũ ad illũ mittũt: qui prętoriã Cęſaris cohortẽ: ac legionẽ Martiã deduceret/ quo illi p anguſta tranſeunti afferret opẽ. Antonius anguſtias locoꝝ haud multifaciens: q̃ſi nihil ãplius q̃ ab acceſſu eos eſſet ꝓhibiturus: & pugnę ductus deſiderio/ cũ equitatu anteiret/ per campũ paluſtrem: & foſſis prępeditũ duas ex pręſtantioribus legiones ĩ occulto collocat uerſus iter: quod anguſtum & manu factum utraq; ex parte/ arundinibus circũſeptũ

Decimi fames.
Mutinę obſidio.

Fluuius credo Panarus.
Equites ad prędam mittebantur.
Conſulibus abſentibus/ rome quid.
In Ciceronẽ attende.

Publius Ventidius Antonij amiciſſimus.

Ingens tumultus: ac trepidatio.
Ciceronis fuga ex urbe.

Attende.
Carſuleius.

Antonius.
Credo per apenninũ in tranſitu prope Bononiam.

Iter manu factum.

Insidię.

Locū puto: ubi nunc Castrum francum.

Carsuleij sulspitio.

Stratagema.

Notabile prędium.

Aduerte animum.

Verecundiam: ac honorem attende.

Magnanimi uiri.

Pulchra historia.

aderat. Carsuleius cū legione martia/ angustijs locorū per noctem superatis/ orta luce martialibus solis: ac cohortib9 quinq; comitatus/ iter manu factū: quod hostibus uacuū inspiciebatur ingressus est: Dumq; paludē utraq; ex parte perscrutat (arundinum quippe strepitus sulspitionem illi intecerat) statim clypeos: galeasq; per arundines emicare uidet: & prętoria Antonij cohors ipsis subito a fronte astitit. Martiales omni ex parte circūuenti: nec ullo ex loco decurrere potētes/ eos: qui aderant nouiter electos nullā laboris partē subire admonēt: utpote qui illos ob inexperientiā minime perturbare uellent: ac prętorię Antonij prętoriā Cęsaris cohortē oppossuere. Ipsi ī duas diuisī acies/ utranq; legionē aggressi sunt: Et uni quidem parti Pansa prędidebat: alteri uero Carsuleius. Cumq; binę paludes ī minerent/ bina inter eos resultabāt prędia: & in arctis cōstituti neutiq; se discernere poterant. Et circa transitum prętorię cohortes bellum aliud inter se gerebāt. Mens quippe Antonij militibus fuit ex martialibus ueluti transfugis: & ipsorū ꝓditoribus uindictā sumere. Martialibus autē ob sulspitionē: qua iampridē in Brundusio corrupti fuerāt/ se de ipsis ulcisci uelle: & cū uicissim; quod fortissimū foret/ utraq; in acie adesse noscerēt/ facile eo opere bellum diffiniri posse putabāt. Illis porro uerecundia aderat/ si duę legiones ab una uincerēt. His uero cōtentio quędam honoris/ si una duntaxat ambas oppressisset. In hūc modū acriter inter se pugnabāt: ita magis ac cōtentiōe mutua crassantes/ q̄ odio imperatorū: cū id opus propriū esse existimarent. ob experientiā uero rei militaris/ neq; clamorē ędidere: quasi non mutuo se percuterent: neq; ī certamine quisq̄ emisit uocē/ siue uincens: siue uictus. Cūq; trāsitus nullos haberēt: aut excursus: inter paludes: fossasq; cuneatim consistebant: neq; alter alterū propellere potentes/ ensibus ueluti ī agone cōplexi depugnabant. nulli ictus frustra emissi: uel uulnera: mortes: sulspiriaq; pro uoce resonabāt: cū qui cecidisset cōfestim leuaret: & alter eius loco opponeret: nullisq; suasionibus: aut adhortationibus

opus eſſet: ſed quiſq; ab experientia ſibi eſſet imperator. Cum uero diu multūq; laboraſſent: ut ī luctationibus mos eſt/ ad reſpirandū permodicū/ ſibi mutuo auxilia prębebāt: nec ulla interiecta mora ad pugnā denuo: bellūq; redibant. Pauor ingens obijciebat nuper electis ad bellū aduentantibus/ huiuſmodi facinora: quę tanto ordine ac ſilentio fierēt intuentibus. Cunctis itaq; in hunc modū ſupra naturā humanā laborantibus/ cohors Cęſaris prętoria ad unum conſciſa eſt. Martiales quicunq; ſub Carſuleio depugnabāt/ potiſſimū ſibi aduerſos propulerūt/ nō turpiter: uez ſenſim pugna decedētes. At qui ſub Panſa fuerāt eundē pene modū cōſeruabāt: ſuſtinebantq; fere ab utraq; parte ęqualiter: donec ſagitta per ilia cōfoſſus conſul Bononiā delatus eſt. Tum uero: qui cū illo ſteterant/ primū pedē retulere: demū terga uertentes arripuere fugā. Quod intuētes ij: qui nuper uenerāt/ nullo ordine in fugā abeunt: magnoq; clamore ad uallum ſe proripiūt: tunc quidē a Torquato quęſtore prępara-
tum: cū perſeuerāte adhuc pugna neceſſariū fore exiſtimauiſſet. Ad eū igit nuper electi magno impetu uettere greſſū/ Itali Martialibus in unū mixti. Cetez eadē natio ad tantā uirtutem plurimū ob exercitationē inter ſe differt. Martiales ob ruborē minime uallum ingreſſi ſunt: uez in cōſpectu eius cōſtiterūt: defeſſiq; impetū ſi quis inſurgeret/ ad extremū belli finē perferre uidebant. Antonius a martialibus ueluti bellicoſiſſimis ſe cōtinuit. His uero: qui nuper uenerāt inſurgens magna ſtrage eos perculit. Ircius Mutinę percepta clade: per ſexaginta ſtadia longe diſtans/ cū reliqua quę ab Antonio legione fugerat: curſu in eum ferebat. Iam ſol ad occaſum uergebat: & Antonij milites uictoria potiti/ cū cantu in caſtra ferebant: quibus inordinate prodeuntibus/ Ircius inopinus affuit: integra legione & inuicta cōſtipatus. Illi igit ex neceſſitate cōfeſtim ī ordines ſeſe referūt: ac multa & ſplendida rei militaris opera ędiderūt. Cętерū q̄q̄ potentes/ labore oppreſſi proſternunt: quoz tamē maior pars/ Ircij manu cōfecta eſt: licet eos minime inſequeretur.

Vere Lucanus inquit. Mutineq; labores.

Cędes prętorię cohortis Cęſaris.

Vulneratur Panſa.

Fuga exercitus Panſę.

Vallum.
Torquatus quęſtor.

Quantū confert exercitatio.

Strages ab Antonio.
Ircij uirtus.

Militibus Antonij per lęticiam inordinate prodeuntibus: Ircius inopine eos aggreditur.

Profligatur Antonius ab Ircio.

Celtarũ forum. credo sit locus: qui Centi dicitur.

Cędem nota.

Iterata Mutinę obsidio.

Attende consilium.

Initur denuo pugna.

Cęsaris uictoria.

Mors Ircij consulis.

Vęq paluſtriũ locorũ metu/insurgente nocte seipsos dissoluerũt. Ex his paludes magna ex parte refertę sũt armis scilicet cadaueribus: & semiſpirãtibus adhuc uiris: uulneribusq; oppressis. Qui uero integri superfuere/ contempto labore/ equis discurrentes: quoscunq; ex Antonij exercitu inuenerãt/ nocte tota in unũ colligentes/ quosdã eorũ loco: alios cum ipsis ĩ equis statuere: & qui a tergo insequebant circũcurrere: & sibi auxiliari: salutiq; proprię adesse monuere. Sic Antonio feliciter pugnanti/ uirtus omnis superueniente Ircio confracta est. Manſit itaq; iuxta campum ĩ uilla quadã/ nullo circũseptus uallo: quę celtarũ forũ: seu uilla nũcupat. Cecidere prima ĩ pugna/ad dimidiã fere partẽ ex utroq; exercitu. Prętoria Cęsaris cohors integra cõcisa est. Ex Itcij militibus pauci interiere. Sequenti die Mutinam cũ copijs rediere omnes. Erat animus Antonio post acceptã tam insignẽ stragem/ nil ulterius integris moliri uiribus: neq; ad se insurgentibus obuiã prodire: sed solis equitibus cõtinue eos per diẽ aggredi: donec Decimus extrema fame fatigatus/ se ultro traderet. Ircius uero: & Cęsar ob id maxime in pugnã prodire auebant. Insurgentibus ipsis/cũ Antonius se in castris cõtineret/ ad aduersam Mutinę partẽ: quę ob asperitatẽ loci minus custodiebat/ se ambo transtulere/ ut totis conatibus per uim ingrederent urbem. Tum uero Antonius solis equitibus ad pugnã processit. Repellentibus illũ hostibus/equitum pariter auxilio: ac reliquo accedente exercitu ad ea: quę concupierãt loca/ ueritus Antonius ne urbe potirẽt/duas legiones in pręliũ educit. Illi gauisi cõfestim reuertunt: pugnamq; ineunt. Cętęq Antonio legionẽ aliã ab exercitibus alijs ciente/cũ uelut i ĩ re subita: & longe distracta moraret/Cęsar uictoriã adeptus est. Ircius in Antonij exercitũ ulterius progressus/dũ ad prętoria castra depugnaret/tandẽ confossus in bello cecidit. Eius corpus mira celeritate pręueniens Cęsar ab hostibus eripuit: exercitũq; cõtinuit: quoad paulo post Antoniũ repelleret. Noctem itaq; in castris peruigilem duxere ambo. Antonius hac secunda

proſtratus clade/ confeſtim amicos ī cōſiliū cōuocat. His prima ſententia utendū uidebat/ ut Mutinā obſidione premeret: nec pugnā ulterius iniret: cladem ambobus eſſe parem: Irciū interijſſe: Panſam ex uulnere periclitari adhuc: Ipſos equitibus longe pręcellere: Mutinā ad extremā decidiſſe famem: ac ſtatim in deditionē peruenturā eſſe. Hęc ab amicis Antonio conſulebant: & erāt quę proponebant optima: ueꝝ deo aliquo mentē eius cōturbāte/ timore correptus eſt/ ne Cęſar quēadmodū anteacta die urbē aggreſſus introiret: aut ipſum uallo: foſſaq; pręcluderet/ operariorū copia abundans: Qua in re equitatū parū utilem ſibi arbitrabatur eſſe. Deſpicient me inquit Lepidus: ac Plancus bello ſuperatū. Sin ex Mutina diſcedā/ Ventidius confeſtim ad nos ueniet: tres ex Piceno legiones ducens. Lepidus inſuper: & Plancus fortiſſime nobiſcū depugnabūt. His dictis nō utiq; ī periculis timidus: ac cōtemnēdus uir ſubito ſurrexit: & ad alpes celeri curſu ſe proripuit. Decimo ab obſidione liberato: timor Cęſarē inuaſit. Conſulibus nempe e medio ſublatis/ eū uelut hoſtē formidabat. Pontes igit fluminis ante diem diſiecit omnes. Ille caduceatoribus ad Cęſarē pręmiſſis/ ſalutis ſuę auctorē teſtatus eſt: petijtq; quoniā fluuiū ī medio haberet ad colloquiū accedere una uellet. Ex quo teſtimonio ciuiū profiteret ſe fortunę iniquitate ad cōſpirandū in Cęſarē prolapſū eſſe: alijs ipſum inducentibus. Cęſare poſtulationibus eius cū ira reſpōdente: & gratiā: quā illi ſe debere Decimus aiebat reſpuente/ Nō enī inquit Decimū ſaluaturus huc acceſſi: ſed oppugnaturus Antoniū: cū quo cōciliari non impiū mihi fuerit. Decimi uero in conſpectū aut ad colloquiū uenire/ minime ab ingenio pati poſſem. Saluet ille ſe: quoad his: qui ī ciuitate ſūt uidet ęquū. Cū ad Decimū relata eſſent (ſtabat enī non longe a fluuio) Cęſarē uocare cœpit: & ut Senatus litteras inſpicere uellet deprecari: qui celcicę adminiſtrationē ſibi cōceſſiſſet: uetuitq; abſentibus conſulibus pertranſire amnem: & in alienam

Conſiliū amicorum Antonij poſt acceptā ſecundā cladē.

Timor Antonij.

Lepidus.
Plancus.
Ventidius.

Decimus ab obſidione liberatus.
Cęſaris timor.
Stratagema.
Caduceatores attēde Bruti ad Cęſarem.

Irata Cęſaris reſponſio caduceatoribus Bruti.

prouinciā excurrere: aut ī Antoniū conferre ſigna. ſe enim ad eum perſequendū abunde eſſe. Illū itaq; ad tantā audaciā a Senatu concitū/cū ſine mandato intercipere adhuc poſſet omiſit: & ad Panſam Bononiā uerſus iter capiens/ Senatui de omnib9 quę geſta erant ex ordine perſcripſit. Idem & a Panſa factū eſt. Eas litteras Cicero romę in populo ueluti a conſule ſcriptas recitauit: Cęſaris uero ī Senatu duntaxat publicari iuſſit. Supplicationes ob res in Antoniū geſtas quinquaginta dierum/anniuerſarias Senatus habendas cenſuit: quot nec unq̄ bello celtico aut alijs in prelijs decreuere romani. Conſulū exercitus Decimo cōceſſus: q̄q̄ ſuperſtite adhuc Panſa/ cęterū deſperata ſalute eius: imperatorēq; in Antoniū ſolū decreuere. Vota etiā publice ſuſcepta ſunt/ ſi Antoniū Decimus opprimeret: tanto in Antoniū odio: & inſolentia ferebant omnes. Confirmata porro duabus legionibus prędia: quę ab Antonio perfugerāt: ſingulis uidelicet militibus: quę pollicitę olim fuerant ex publico drachmę quinq; mille: q̄ſi victoribus: conceſſumq; ſolennibus diebus corona florida uti poſſe. In decretis uero/ nihil de Cęſare relatū eſt: neq; nomen omnino additū: Sic ſtatim cōtemptui habitus eſt: ueluti debellato penitus Antonio. Scriptū prętea Lepido: & Planco: Aſinioq; Pollioni/ ut cū Antonio proximi forent/ cum illo depugnarent. Hęc igitur Romę agitabant. Panſa interim ex uulnere morti proximus/ Cęſarē ſibi aſſidentem his uerbis allocutus eſt. Ego parenti tuo non ſecus ac mihi amicus fui: Cui cū interficeret opē minime afferre potui: neq; pluribus aduerſari licuit: quibus & tu prudentiſſime obſecutus es: & ſi exercitū haberes. Veriti itaq; illi te: ac Antoniū ad Cęſaris ſententiā procliuem: cōtentioſumq;/ amborū diſſenſione lętati ſunt: q̄ſi in unū periclitantiū uires ꝓprias. Cū autē te exercitus dominū intuerent/ modicis quibuſdā honoribus: honeſtiſq; ſimulatione uſi/ ueluti adoleſcentē decipere temptarunt. Demū honore adauctū: clarioremq; cernentes/ cū magiſtratū ſub exercitu tibi traditū minime admitteres turbati ſunt: & te

Bononia.

Attende litteras ad Senatū Cęſaris: & Panſę.

Supplicationes.

Fit imperator ī Antoniū ſolū Decimus.

Vota. lege a Senatu.

Confirmatio prędiorū legiōibus: quę ab Antonio ꝓfugerāt.

Corona florida ſolennibus diebus.

Cęſar contemptui habitus.

Aſinius Pollio.

Egreditur parumper hiſtoriā Appianus.

Oratio Panſę ad Octauium Cęſarem.

Quid agit adoleſcētia.

nobiſcū ad pręliū prętorē ſtatuetūt/ut duas legiones: quę cęteris exercitatiores apud te fuerāt/ ipſi eriperemus: ſatis fiſi ſi ex uobis unus uinceret': reliquū infirmiorē: ac unicū tandē futurū eſſe: Eoq; modo Cęſaris potentiā bello profligātes/ Pompeij in maius adaucturos fore. Hoc illis totius ſentētię fere caput. Ego & Ircius: quod mādatū nobis erat adimpleuimus: quoad reprimeremus Antoniū ſuſpitione laborantē. Hunc igit' bello ſuperatū/ ut tibi reconcilies/ optimū putamus eſſe: ueluti ex Cęſaris beniuolentia hanc gratiā tibi reddituri: quod unicum felicitati tuę maxime conducere in futurū arbitramur. Hęc quidē paulo ante conſulere haud ęquū fuit. Nunc autē ſuperato Antonio: defuncto Ircio: & me ab humanis diſcedente/ in tempore prolatū eſt/ nō ut gratiā morienti exhibeas: ſed ut felici ſorte procreatus: ut hęc opera oſtendūt: quę ad utilitatē tuā pertinēt/ intelligas: & meam: Ircijq; pręelectionē pariter: ac neceſſitatē nō ignores. Exercitū igit': quē nobis prębuiſti: & quē optima occaſione licet reddere/ tibi tradimus. Nuper uero electos ſi quidē aſſumens cōtinere poſſes/ & hos tibi traderemus. ſed cū magna moleſtia Senatū ob id uideant' affecturi: & eorū principes cuſtodes nobis dati ſint: quę res inuidiā in te gigneret: & ultra id quod neceſſe eſſet/ in maius te extolleret/ Torquato quęſtori prius aſſignabimus. His dictis cū eos Torquato tradidiſſet/ ceſſit e uita: quos ille: ut a Senatu mandatū fuerat/ Decimo cōceſſit. Ircij: ac Panſę funereis adornata donis Cęſar romam ut humarent' corpora deferri iuſſit. Eadē tępeſtate circa Syriā: ac Macedoniā res hunc in modū fere ſe habebāt. Caius Cęſar cū per Syriā proficiſceret' legionē ī ea dereliquit: iam tum in Parthos meditatus bellū. Huius cura Cecilio Baſſo mandata fuerat. Iulius autē Sextus adoleſcēs adhuc Cęſaris affinis: atq; cognatus: legionis dignitatē: & nomē obtinebat: quā ut ī delicijs uacantē hinc inde fœdiſſime ducebat. Qua de re cum Baſſus quereret': contumelijs eū adorſus eſt: & poſtremū omniū illū appellans:

Suſpecta locutio.

Attende conſilium.

Sors felix.

Mors Panſę.

Quę in Syria: & Macedonia geſta ſunt.

Caius Cęſar.

Cecilius Baſſus.

Sextus Iulius Cęſaris affinis.

Contumelię Sexti Iulij in Baſſum.

cū tardius pareret/quoſdā eum cōpellentes duci iuſſit. Tumultu ędito/ cum ad plagas uentū eſſet/exercitus contumeliā egre ferens/Iuliū gladijs cōfecit. Quod facinus pœnitentia cōfeſtim inſecuta eſt: & timor Cęſaris. Iure igit̄ iurādo ſancientes/niſi ſi qua fides: aut uenia illis prębereturſ ad mortē uſq; depugnare uelle: & ad id Baſſum inducentes/aliā collegere legionē: cuius auxilio bellū gererent. Sic a quibuſdā de Baſſo relatū eſt. Alij ferunt Libonem Pompeianę militię participem: qui poſt cladem in Tyro priuatus degebat/ quoſdā ex legione corrupiſſe: qui Sextum interimerent: ſeq; Baſſo traderent. Vtcunq; fuerit Sextum certe Mulcum: qui tribus cum legionibus a Cęſare ad eos mittebatur/ fortiſſime oppugnarunt: quoad Mulcus Minucium Criſpum: qui Bithynię pręerat in auxilium uocauit. Is tribus alijs comitatus legionibus/ opem allaturus acceſſerat. Cūq; iam Baſſum obſideret/Caſſius celeritate uſus/ duas Baſſi legiones prius ſibi aſciuit: & quę Baſſum obſidebant/quorundam amicitia traditas/ ſimul intercepit: qui illi ut proconſuli ultro paruere. Iam enim ut prędiximus a Senatu decretū erat ut omnes Bruto: Caſſioq; parerent. Albinus ad hęc nuper a Dolobella miſſus in Aegyptum/ quattuor legiones e prouincia ducebat: quas e Pompeij clade: Craſſiq; diſperſas/Cleopatra ſub Cęſare collectas retinebat. Hunc igitur nihil ſuſpicantem/Caſſius in Palęſtina adortus/ legiones ſibi tradere coegit: quattuor legionibus aduerſus octo depugnare ueritū. Sic Caſſius mirum in modū duodecem legionum imperator confeſtim effectus eſt: ac Dolobellā cū duabus ex Aſia progreſſum: & in Laodiciam ob amicitiā receptū/ ipſe aſſiſtens obſidebat. Qua re percepta Senatus ſumma lętitia elatus eſt. At uero in Macedonia Caius Antonius Marci Antonij frater cum Bruto diſſidens/ bellū agitabat: legionē unā ex ciuibus ſecum agens: & Brutū acie inferior obſeruabat. Brutus ecōtra/ſimulata fuga inſidias illi ſtruebat: nihilq; cōgreſſū hoſtiū euitans moliebat.

Mors Sexti Iulij.
Pœnitentia facinus inſecuta.
Iuſiurandū attende.
Libo.
Sextus Mulcus.
Minucius Criſpus.
Caſſius.
Albinus.
Dolobella.
Cleopatra.
Caſſius duodecem legionum imperator.
Laodicia urbs.
Obſidio Dolobellę a Caſſio.
Senatus lętitia.
Caius Antonius Marci Antonij frater.
Attende acie inferiorem.
Stratagema.

quinimmo ꝑprijs militibus/ut hostes alloquerẽt:& amplecterent edixerat. Recusantibus ipsis: neq; huiusmodi experimẽtũ admittentibus/ex insidijs tutos permisit abire. Ad alia deinde itinera prouectus/subito ĩ crepidine quadã emicuit: neq; tamẽ eos aggressus est: ueꝝ summa hilaritate suscepit. Illi ut ciuibus mansuetissimũ: & ea sapientię: & caritatis opinione: quę ferebat ꝓditũ intuentes/uicissim cõplexi sunt: & ad eũ se cõuertere omnes. Caius etiã se illi tradidit: fuitq; magno in honore apud eum: donec exercitũ eius plerunq; corrumpens/cum reprehensus non desisteret/tandem interfectus est. Sic Bruto ultra priorẽ exercitũ/sex legiones accessere. Qui in Macedoniam transgressus/duas alias legiones in unũ collegit/Italorum more depugnãtes. Hęc in Syria: Macedoniaq; gerebant. In italia uero/Cęsar Decimũ eius loco in Antoniũ imperatorẽ electũ esse permoleste ferens: ac iram cõtegens/triumphũ pro ijs que gessisset postulabat. Spretus itaq; a Senatu/q̃ digniora ętate sua cõcupisceret/ timore correptus est/ ne profligato Antonio magis adhuc ab eo cõtemneret: & colloquiũ cũ Antonio efflagitare cœpit/monitis Pansę/ cũ uita excederet mente repetitis. Quoscunq; igit ex Antonij exercitu captos apud se/ siue duces: siue milites humane perttractabat. Suis quoq; concesserat/ si quis ad Antoniũ mittere optaret: quasi erga illum minime irato esset animo. Ventidio prętera Antonij beniuolo: atq; amico: qui tres legiones deducebat/cũ propius castra metatus timorem iniecisset/ nihil hostile molitus est: sed ut secum cõuenire posset: uel ad Antoniũ cũ exercitu tute redire facile permisit: & simul cũ eo cõqueri mãdauit/ q̃ inscitia ductus utilitatem cõmunem posthaberet. Quibus perceptis Ventidius ad Antoniũ peruenit. Interea Cęsar Decium quendã ex Antonij primoribus/circa Mutinã olim captũ/in honore penes se habebat: Huic cũ ad Antoniũ/ si uellet redire cõcessisset: Ille uero mentẽ eius erga Antoniũ exploraret/ multa signa bene intelligentibus ad eum

Bruti mansuetudo.

Mors Caij Antonij.

Resumit historiam Appianus.
Cęsaris indignatio.
Origo insequentium malorum.
Spretus a Senatu Cęsar.
Aetas quid agit.
Cęsaris timor.
Quęrit Cęsar reconciliare se Antonio.
Ventidius Antonio amicus.

Ventidius.
Antonius.
Cęsar.
Decius.

mississe ait: ita ut ignorantibus/ne pluribus quidem esset opus.

Lepidus. Hęc Antonio Cęsar innuit. Lepido autē: & Asinio/quid ī eoꝝ
Asinius. contumeliā: percussorūq; elationē actum esset/ ad eorū timorē
adhuc clarius exposuit: monuitq; ne ad pompeianę partis gra/
tiam/ipsī Cęsaris beniuoli/paria Antonio singulatim perferre
uellēt: quę ille ob ignorantiā: ac suspitionē timore ductus per/
Attende consilium. tulisset. Laudauit itaq;/ut honestatis causa Senatui parerēt. Cę/
terū ad propriā securitatē: quoad illis fas esset/una cōspirarent:
Exprobrarēt hęc Antonio: & ut sub se militantes imitari uellet
admonerēt: qui neq; se dissoluerēt: aut a militię labore requie/
scerent/ ne hostibus eorū fierent obnoxij: sed in unū coniuncti
in alienis habitare cū potentia prius cuperēt/ q̄ priuatim in pa/
trijs eoꝝ degere. Hęc a Cęsare: Asinio: Lepidoq; annūciata sūt.

Dissenteria credo. Interim Decimi uetus exercitus fame confectus morbo labora/
bat. nam militibus uentres profluebāt: ita ut nouus imperator
nullo bello iniri posset. Huic Plancus domestico stipatus exer/
citu/ propius accessit. Decimus autē ad Senatū misit annūcians
Antoniū errabundū/ nihil aliud q̄ uenationi operā impēdere.
Prępарata demū classe/ Pompeiani hęc ipsa intelligentes admi/
ratione elati sunt. libertatē patriā nunc ab illis uendicari cōcla/
Sacrificia. mabant: ac sacrificia priuatim ab omnibus fiebant. Creationes
Decem uirorū crea/ p̄terea decē uiroꝝ/ ad punitionē Antonij magistratus institutę.
tiones lege. cur. Ea autē figura quędā erat abolitionis eorū: quę Cęsar decreuis/
set. Antonius quippe nulla a se: aut parua quędā: ueꝝ uniuersa
ex cōmentarijs Cęsaris ędiderat. Quod clare intelligens Sena/
tus/ no nulla eoꝝ ex occasione dissoluerat. nam omnia cōfestim
Perscripta a decē uiris demoliri/ haud facile sperabat. Hęc igit decē uiri perscripsere.
Si quis quippiam ī cōsulatu suscepisset Antonij/ cōfestim pro/
fiteri & annūciari debere. Cōminatiōes etiā nō parētibus adhi/
bitę. Decimū porro pompeiani/ in reliquū anni tēpus Pansę lo
Pompeianorum sua/ co: & Ircij consulatū postulare suaserūt. Itidem & Cęsar pro se
siones ad Decimū. petijt/ nō ad Senatū: sed ad Ciceronē priuatim mittens: ipsūq;
Cęsaris petitio consu/ adhortatus est/ ut una cum eo cōsulatū gereret: ut is scilicet: qui
latus a Cicerone nō
a Senatu.

ad principatū ordinādū/ cęteris antiquior eſſet: & expertior: ſe cōſulis nomine duntaxat cōtentū eſſe: quo honeſtius arma deponeret: quorū cauſa a principio triumphū poſtulaſſet. Quib9 ex rebus/ob ambitionē elatus Cicero/faſſus eſt/ pręſentire ſe inducias inter duces: qui foris erant machinari: conſuluitq; ęquū fore/ut huic uiro obſequerent: qui iniurijs affectus plurimis: etiā magni exercitus eſſet imperator: eumq; pręter ętatē ī urbe cōſulem potius admittendū eſſe/q̄ in armis iratum experiri/ ne quid pręter Senat9 utilitatē moliri poſſet: Optimūq; ſibi uideri aliquē ex antiquioribus/utpote prudentē: q̄ſi illius adoleſcētię magiſtrū adhiberi. Quibus ex uerbis Senatus/illius ambitione perſpecta/ridere cœpit. Percuſſoq; uero cognati: & amici ueriti ne Cęſar cōſul effectus/ſuppliciū ab illis ſumeret/ dilationibus in creatione factis/ uarijs de cauſis ex lege rem protrahebant. Antonius interim alpes ſupergreſſus eſt/ Culeone ex Lepidi ducibus: qui cuſtodię pręerat/ ut ſibi cederet perſuaſo. Cū deinde ad fluuiū acceſſiſſet: quo ī loco Lepidus exercitū tenebat: non uallo: aut foſſa ſuos circūſeptit: quaſi amico propius caſtra metaretur. Oratores itaq; inter eos crebro commeabant/ cum Antonius amicitiam erga illum: gratiaſq; multiformes memorię ſubijceret: Cęſaris quoq; reliquos amicos ſingulatim poſt eum ad concordiam uenturos edoceret. Lepido uero Senatum formidante: qui Antonium ab eo oppuguari mandauiſſet: q̄q̄ ille ſe inuitum ad id compelli diceret/ Lepidi exercitus Antonij dignitatem ueritus: & nuncios hinc inde commeantes crebro intuens/ſimplicitatem porro militum eius admiratus/clam primo cum illis admiſceri: deinde palam ueluti cum ciuibus: ac commilitonibus uerſari cœpit. Tribunis id ipſum prohibentibus/ſpretis illorū mandatis/fluuiū: quo facilius in unū cōuenirent/ nauibus utrinq; additis/ponte iunxerūt. At legio: quę decima appellabat̄/olim ab Antonio regi ſolita: quę in caſtris erāt ad obſequium illius prępararuit. Id pręſentiens Latereſius/ uir ex his: qui a Senatu aderant illuſtris/ Lepido rem omnē aperit.

Adhortationes Cęſaris ad Ciceronem.

Ciceronis utile conſilium: ut inſequētia oſtendent. Vide.

Dilationes creationis conſulatus Octauij.

Proſequit̄ Antonij hiſtoriā Appianus.

Culeo Lepidi dux.

Perpropria hiſtoria.

Timor Lepidi.

Legio decima.

Latereſius.

Verũ illo minus fidei dictis eius adhibente/ exercitũ in multas partes diuidere: & ueluti aliqua ex neceſſitate emittere ſuadet: ut uel proditionis eorũ: uel fidei experimẽtũ caperet. Lepidus copias ī tres partes diuidens/nocte milites egredi iubet/ut queſtorũ: qui proximi adeſſe dicebantur/cuſtodię aſſiſterẽt. Illi poſtrema uigilia egreſſi/ quaſi ad iter arma capientes: quę munitiora caſtrorũ fuerãt inuadũt: portaſq; Antonio reſerãt. Ipſe cõcito curſu/ad Lepidi tabernaculũ recta peruenit/cuncto Lepidi exercitu illũ permittente: & pacẽ: miſericordiamq; a Lepido erga infelices ciues depoſcente. Lepidus ut ex lecto prodierat/diſcinctus adhuc illis occurrit: & eoꝝ petitioni obſequi uelle annuens/ Antoniũ cõplexus eſt: neceſſitatẽq; ſuã excuſauit.

Proditur Lepidus a ſuis.

Conciliatio Antonij cum Lepido.

Sunt qui eũ procidiſſe corã Antonio exiſtiment/ omnis operis & audacię expertẽ: quod nec ab omnibus ſcriptoribus admiſſũ eſt: neq; mihi ipſi probabile uidet̃ eſſe. nihil enī hoſtile ī Antoniũ peregerat: cuius timore duceret̃. Sic Antonius denuo ad ſũmũ potentię euectus eſt: formidabiliſq; adhuc magis hoſtibus apparuit. Exercitũ quidẽ habuit: quẽ ex Mutina ſuſtulerat & cũ eo equitatũ ſplendidiſſimũ: Tres pręterea legiones cum Ventidio ad iter repperit: & Lepidus ſimul ad bellũ ſocius acceſſerat/ſeptem legiones ī armis paratas agens: multitudinẽq; aliã: & apparatũ exercitui haud imparem. In quibus omnibus Lepidi nomen pręerat. Antonius uero cuncta diſponebat. His Romę nunciatis admirabilis quędam: & ſubita animorũ mutatio inſecuta eſt: alijs ex ea: qua prius tenebantur audacia collapſis ad timorẽ: alijs a timore ad confidentiã elatis/uehementius etiam decem uirorum proſcriptiones: & mandata cũ contumelia explodebantur: & conſulum creationes inſtantius fiebant. Senatores quid agerent incerti ne in unum Cęſar: Antoniuſq; conſpirarent formidabant. Clam itaq; ad Brutũ: & Caſſium a ſeipſis/ Luciũ: & Panſam ueluti ad ſpectacula in gręciã proficiſcentes miſerant: poſcentes/ut quoad liceret ſtatim illis auxiliũ afferrẽt: acerſirentq; e libya ex tribus legionibus duas:

Formidabilior Antonius.

Mutatio reipublicę.

Senatorum timor.

Lucius.

Panſa alius.

quas Sextius agebat: & tertiã Cornificio ab eo dari poſtulatẽt: alterius Libyę prętori: & qui Senatui obſequebat. Sed cum & hos Caio Cęſari cõmilitaſſe intelligerẽt: & omnia illius ſuſpecta haberẽt/ob rerũ ambiguitatẽ ad hoc conſiliũ delati ſunt. Vt quia nouũ Cęſarẽ in primis uererent/ne ſe cũ Antonio cõiungeret/ prętorẽ eũ denuo in Antoniũ ſatis indecẽter cũ Decimo crearũt. Vez Cęſar aſſiduis cõtumelijs/ eius exercitũ ira ſublatum intuens/ in eos concitabat/q; prius q̃ e prima quinq; mille drachmas ſibi pollicitas aſſumeret/ ad ſecũdã truderet expeditionẽ: docuitq; ut ad Senatũ mittẽtes/id milites expoſcerẽt. Illi uero turmarũ duces pręmiſere. Quibus Senatus cũ ad hęc inſtructos ueniſſe ſciret/quid intenderet/p legatos alios uelle innuere reſpõdit: miſitq; quos ipſe uiciſſim inſtruxiſſet. His mãdatũ erat/ut duas legiones: quę ab Antonio receſſerãt priuatim a Ceſare cõuenirẽt: edocerentq; ne ĩ uno duntaxat ſpem apponerẽt: ſed Senatũ: qui poteſtatẽ ĩmortalẽ haberet ſolus/ potius ſequi uellent. Accederẽt itaq; ad Decimũ: quo ĩ loco pecunias ipſis allatas inuenirẽt: & hęc ſimulantes dicere/ etiam dimidiũ muneris ad eos attuliſſe. Decẽ prętetea uiros ad diſtributionẽ creauerunt: quibus nec undecimum addidere Cęſarem. Legati legiones ſeparatim a Cęſare alloqui non auſi/ infecto negocio reuerſi ſunt. Tum Cęſar ad exercitum uerba facturus/ non interpoſitis aliorũ uocibus: ſed p ſe ipſe loqui ſtatuit. Congregatis itaq; in unũ omnibus in mediũ progreſſus/quas a Senatu contumelias: iniuriaſq; pertuliſſet/ ex ordine diſſeruit. Inſultũ porro in Cęſarianos omnes ab illo factũ: cũ ſingulatim eos opprimere ſtuderet/ palã rettulit: monuitq; ut ſibi ipſis pręcauerent concitatis in ducẽ/ ex ſorte iudicatũ hoſtẽ: & ab alijs ad alia cõpulſis bella/ ut uel funditus interirẽt: uel ad inuicẽ cõtenderent. nam pręliũ apud Mutinã cõmune omnibus/ duabus ſolũ legionibus attributũ eſſe ut eas ad ſeditionẽ: rixamq; cõcitarẽt. Noſtis quippe inquit: ob quę Antonius nuper debellatus eſt:

Cornificius.

Contra conſilium.

Exercitu ira ſublato Cęſar quid.

Turmarum duces ad Senatum.

Senatus reſponſio per legatos.

Fallacia.

Aliorũ decẽ uirorum creationẽ attẽde cur.

Pulchrã & ppropriã lege hiſtoriam.

Legatorũ reditus ad Senatum infecta re.

Octauij ipſius ad exercitum contra Senatum uerba.

Calumnia.

qualiaq; in urbe Pompeiani subinde moliti sint contra nō nullos: qui munera a Cęsare sumpserūt. Quid igit' tutū uobis futurū creditis eorū: quę ab illo suscepistis/ agrorū scilicet: pecuniarū: aut salutis meę/ percussorū cognatis: atq; amicis ī Senatu dominantibus? Ego finē qui mihi obuenerit/ ultro admittam. Optimū quippe pro parente depugnantē pati. pro uobis uero tot: talibusq; uiris/ mei: & parentis gratia periclitātibus ī unū: non mediocriter timeo. Me siquidē ab omni ambitione uacuū esse scitis: ex quo ducē a signis uobis statuentibus nō admisetim. Vnū autē nunc solū uideo uobis: mihiq; salutare. si cōsul

Astute Cęsar.

uestra ope declaratus sim. Quę enī a parēte meo uobis prębita fuere/ firma pmanebūt. Colonias quę adhuc debent' uobis/ assequemini: & pręmia uicissim nanciscemini integra. Ego percussores ī causam agens/ alia uobiscū dissoluam bella. Quibus dictis exercitus promptissime uocē extulit. Tunc igit' turmarū duces iterū ad Senatū mittendos statuere: qui consulatū Cęsari dandū postularēt. Senatu ętatem eius accusante/ illi quę edocti fuerāt exponūt. Coruinū iampridē ętate iuniorē gessisse consulatū. Debinc Scipiones/ primū: ac secundū/ cū uterq; adolescens adhuc esset/ multa patrię adeptos esse. Ad nouiora deinde progressi/ Pompeiū magnū Dolobellāq; protulere. Ipsi etiā Cęsari per decennīū ante tēpus cōcessum esse/ ut consulatū peteret. Hęc ducibus confidentissime referētibus/ nō sustinentes quidā ex Senatoq; numero/ turmarū duces tanta audacia inniti: obstrepere illis cœperunt/ quasi prętet militarē modum: honestatemq; loquerentur. Quę cum intellexisset exercitus/ maiore adhuc ira flagrare cœpit: seq; ad urbem deduci conclamauit: ueluti Cęsaris filium singulari alia electione facturum consulem. Multis deinde laudibus superiorem Cęsarem ornare pergit. Quem cum Cęsar tanto impetu efferri uideret/ confestim ab ipsa congregatione octo peditum legiones: equitatusq; sufficientem numerum: & quęcunq; alia opportuna legionibus:

Finis uerboq; Cęsaris.

Turmarū duces iterū ad Senatum missi.

Postulationes: ac replicationes attende.

Aetas denuo quid agit.

Coruinus: & Scipiones Cęsare iuniores cōsulatum gessere.

Pompeius magnus.

Dolobella.

Cęsari per decennīū ante tēpus concessū ut cōsulatū peteret.

Quorundā Senatorū impatientiam lege.

Cęsaris astutia.

ad iter mouet. Superatoq; Rubicone fluuio/ex celtica in Italiã: quẽadmodũ & parens eius ad ciuile bellũ pertranſiuit/ copias omnes in duas partitus acies: ex quibus primam paulatim ſubſequi iuſſit: alterã: quę potior fuerat/ celeri greſſu ſecũ duxit: imparatos adhuc deprehẽdere feſtinans. Et iam pecuniaq; pars obuiã ipſis ferebat: quas Senatus ob militũ pręmia pręmiſerat. Veritus itaq; latores eaq; Cęſar/clam emittit: qui illos deterrerent: Qua ex cauſa pecunias retro ferentes/ abiere fuga. Re in urbe nũciata/tumultus cõfeſtim: ac trepidatio ingens oriť/multis nullo ordine hinc inde diſcurrentibus: & mulieres: paruuloſq; & quęcũq; alia precioſiora ad agros: & munita urbis loca deferẽtibus. Non enĩ ſatis cognitũ erat/an cõſulatũ dũtaxat appeteret. Sed cũ exercitũ ira concitũ urbi inferentẽ/ ciues audiuiſſent/ad uniuerſa trepidabãt. Senatus porro ultra modũ formidine correptus eſt/ nulla in armis pręſidia parata obtinens. Mutuo igiť: ut ĩ trepidationibus conſuetũ eſt/querelas emittebant. Non nulli exercitũ: quẽ cõtra Antoniũ eduxerat/ contumelioſe eidẽ ereptũ fuiſſe querebãť. Alĳ ſuſpitionẽ in triumpho habitã/cũ nihil iniquũ depoſciſſet. Quidã inuidiã in diuiſione pecuniarũ ultro additã. Non nulli/q; nec undecimũ eum aſcripſiſſent. Plurimi/q; pręmia nec celeriter: nec perfecte tradita eſſent/ exercitũ arma ſumpſiſſe aiebãt. Inter omnia cõtentionẽ nõ in tempore adhibitã damnabãt. Bruto: & Caſſio procul exiſtentibus/ cũ Antonius: & Lepidus in lateribus adhuc hoſtes morarentur: quos cum Cęſari conciliari uelle animadueterent: denuo in maius augebatur timor. Cicero qui prius eos adhortari: & inſtituere ſolebat/nullo in loco uiſebatur. Subito omniũ ad omnia mutatio facta erat. Et iam pro quingentis ſupra duo mille drachmis/ duabus legionibus exhibendis: quinq; mille: eaſq; legionibus octo diſtribuendas ſuadebant. Cęſarem decem uirorum loco ad diuiſionem eligendum. Abſenti quoq; ut conſulatũ petere liceret permittendum. Legati hinc inde uolitabant: qui hęc illi ſumma celeritate nunciarent.

Rubicon fluuius.

Conſilium aduerte in pecuniarũ latores.

Tumultus urbis.

Senatus timor.

Querelę ciuium.

Opiniones de Cęſare cur exercitũ urbi inferret.

In Ciceronẽ attende.

Senatus conſilium.

Quibus ꝑ prius ab urbe digreſſis/ pœnitentia Senatū inſecuta eſt: cū nec tam timide: ac pene muliebriter cōſternari: aut aliā tyrannidē ſine cęde: & ſanguine in urbē admitti oportere conſuleret. Nō cōſueſſe etenim: qui cōſulatū peterēt ꝑ uim craſſari: neq; milites ex tributo patrię imperare uelle. Armari oportere ex his quę interius exiſterēt. Leges inſurgētibus opponēdas eſſe: Sperare ſe neq; illos prolatis legibus patrię illaturos arma. Sin inferrēt/ obſidione tolerādū: quoad Decimus: & Plancus acceſſiſſent: Satiuſq; eſſe uſq; ad mortē depugnare/ q̄ ultroneam ſubire ſeruitutē. Vetera etiā romanorū conſilia: & tolerantiā ꝑ libertate habitā/ cū nihil pro illa cōmutandū cenſuiſſent referebāt. Duabus uero legionibus/ ea die ī portū accedentibus ex libya/ deum ipſos pro libertate adhortari arbitrabant. Pœnitentia itaq; ducti/ omnia: quę ſtatuiſſent denuo reuocare pergūt. Cicerone itęq; inter eos apparente/ uniuerſi quoq;: qui per ętatē arma ferre poterāt/ ad bellū ſcribebant: cū quibus legiones duę ex libya ꝑfectę: equites inſuper mille: & legio alia quā Panſa reliquiſſet huic numero adijciunt. Omneſq; huiuſmodi copię per partes diuidunt. Nam pars collem: qui Ianiculus dicitur: in quem pecunię omnes collatę fuerant/ inſederat: pars fluminis ripam tuebatur: Diuiſis inter eos: qui per urbē fuerant prętoribus/ alij ſcaphas: ac rates quę in portu morabantur: reſq; in ipſis exiſtentes adſeruabant/ ſi forte uicti illis indiguiſſent ad maris fugam. Et hęc magna audacia: celeritateq; peragentes/ Cęſarem ecōtra deterrere: aut ab exercitus fiducia ad conſulatus petitionem uertere: aut potenter ſe ab his tueri: & pręſentem ſortem immutare poſſe exiſtimabant: donec pro libertate bellum gererent. Mattrem autem Cęſaris: ac ſororem neq; palam neque occulte inuenire poterant. Tumultum itaq; denuo erexerant/ tam magnis defraudati obſidibus: ueluti Cęſarianis minime ad eos inclinantibus: qui tam diligenter eas occuluiſſent. Quibuſdam e legatorum numero adhuc Cęſari aſſiſtentibus/ omnia in contrarium mutata eſſe nunciantur.

Non cōſueuiſſe cōſulatum petentes per uim craſſari.

Attende.

Hic Ciceronem inſectatur.

Ianiculus collis.

Mattrem: ac ſororem Cęſaris. nota.

Tumultus denuo erigitur.

Qua ex cauſa legati illū relinquentes/nō ſine rubore ī urbē re/diere. Cęſar exercitu adhuc magis cōcitato/ſū ma celeritate edu cit agmen/ ne quid mulieres mali paterent. Ad populū quoq; tumultuantē/ nō nullos ex equitibus pręmittit: qui neminem trepidare ulterius moneant. Exultantibus itaq; uniuerſis: quę ultra quirinalem collem ſita ſunt inuadit loca: nullo ad manus accedere aut inſidentē ,phibere auſo. Alia igit admirabilis mu/tatio cōfeſtim cernit/ Illuſtribus uiris ad illum cōcurrētibus: & uiciſſim ſalutantibus. Subſequente deinde populari turba: quę militū diſpoſitos ordines ueluti pacificos ambiebat/Cęſar exer citū eo ī loco derelinquens/poſtridie uerſus urbē/greſſum mo/uet: ſufficienti cuſtodū ſtipatus manu. Interea ciues ꝑ uniuer/ſum iter ſeparatim aduentabant: ſalutabātq;/nullo blandiciarū aut obſequij q̄uis infimo genere omiſſo. Mater uero: ac ſoror in templo Veſtę reſidentes cū uirginibus ſacris/ſumma alacri/tate illi occurrunt. Et ttes legiones/ſpretis eorū ducibus/ad illū emiſere legatos: & ſe illi tradidere. Ex prętoribus earū Cornu/tus ſeipſum interemit. Reliqui fidei: & ſponſionibus eius ob/ſequētes/cū illo cōuenere. Cicero his intellectis/ꝑ amicos Cę/ſaris/ut ad illum tute proficiſceret/ impetrauit. Cūq; in cōſpe/ctū eius peruenisſet/excuſationē protulit: cōſulatus quoq; ſua/ſionē: quā in Senatu ob ipſum ędidiſſet/ ad cęlum extulit. Cę/ſar autē cauillo uſus/ hoc ſolum rettulit/eum poſtremū ex om/nibus amicis/ad ſe uiſendū: ſalutandumq; ueniſſe. Nocte dein/de ſubito rumore ędito/ duas ex legionibus Cęſaris/ Martiam ſcilicet/ & eam: quę quatta dicebatur/ in urbem tranſire uelle ꝙ ex inſidijs bellum patrię inferre recuſarent/ prętores confe/ſtim: ac Senatus omnis/rumori fidem pręſtitit. & q̄q̄ finitimus Cęſaris eſſet exercitus/ rati his fortiſſimis legionibus/ reliquis copijs eius obſtare poſſe: donec alia aliunde ad eos potentia ac/ceſſiſſet/ nocte adhuc inſtante Aciliū Craſſum in Picenū tran/ſire iubent: qui exercitū pararet: ac quendā ex Tribunis Apu/leium/concito curſu ad populū miſere/felicia illi annunciantē.

Legati deluſi.
Iterata Cęſaris aſtutia.

Quirinalis collis: qui recte uerſus flami/niam reſpicit.
Aliam admirabilem attende reipublicę mutationem.

Templum Veſtę.
Fauor Cęſaris.
Cornutus.

In Ciceronem.

Cęſaris cauillum in eundem. lege.
Martia: & quarta Cęſaris legiones.

Acilius Craſſus.
Apuleius Tribunus.

Ciceronis fuga.
Campus martius: teſtimonio Appiani ut alias ſcripſit/extra urbē fuit. Campus uetiſſimile inter uiā flaminiā: & pontem Miluium.
Benignus hic Cęſar.
Conſulatus occupatio ab Octauio.
Octauius Cęſar: & Quintus Pedius cō/ſules.
Sacrificia.
Duodecim uultures attende.
Romulus.
Cęſar conſul creatus iterū parenti in ądoptionem datur.
Lex curiacia.
Quid curię a romanis
Fratrię cognationes uide in Homero.
Adoptantium mos.
Caij Cęſaris liberti plures.
Acta per Octauium conſulem lege.
Dolobella hoſtis exolutus.
Mutatio ſtatus.

Senatus quoq; eadē nocte ad conſiliū cōuenit: Cicerone eū ad portas cū lętitia ſumma: hilaritateq; ſuſcipiēte. Rumore demū ut inani euaneſcente/ in lectică ſublatus fuga euaſit. Cęſar hac fama compulſus ad riſum/exercitum propius admouit urbi/in campū: qui marcius dicit'. Nulli tamē prętorū ſuccenſuit: neq; Craſſo qui ad tabernaculū eius uſq; percurrerat: q̄q̄ ad id inductus eſſet. Poſtremo cum captus aſpectu miſerando/ad pręſentiā eius delatus ſupplicaret/ad benignitatis famā: atq; clęmētię pepercit omnibus. Verū poſterius morte mulctauit: pecunias publicas in Ianiculo repertas aut alibi in unū cōferre iubens: & quas/Cicerone p ptius exigēte/inſcriptas fuiſſe nouerat: exercitui diſtribuit: duo mille & quingētas drachmas unicuiq; exhibens: reſiduū quoq; pollicitus impēdere. Et hęc agens urbe abſtinuit: quoad cōſules electi crearentur. Electus eſt autē & ipſe conſul cū Quinto Pedio: ut uoluerat: qui portionē Cęſarianę hęreditatis ſibi dereliquit. Poſtremo ut conſul urbē ingreſſus eſt: ſacrificauitq;/duodecim uulturib9: quot olim Romulo cōdenti urbē/ eueniſſe referunt interſacrificandū apparentibus. Perfectis ſacris iterum ſe parenti in adoptionem dedit ex lege Curiacia. Eſt autem id a populo in adoptione confirmari. Curias quidem romani/ tribus: aut plebem per partes diuidentes ſolent appellare: quemadmodū & greci fratrias dicunt. Legalior quippe a romanis ad eos: qui parentibus carent huiuſmodi habetur mos: Licetq; ipſis ęque ac legitimis filijs/ adoptantium affines ac libertos ſecum ducere. Caio autē Cęſari: ut alia ſplendida/ſic liberti plures: & dites aderant: quibus potiſſimū Cęſar prima in adoptione ex teſtamento facta indiguiſſe uiſus. Alia item lege/ Dolobellam ex hoſtium numero exoluit: & ut cauſę in percuſſores Cęſaris haberi poſſent edixit. Et ſtatim accuſationes/cōſcribentibus Cęſaris amicis in eos fieri cœptę: qui manus intuliſſent: aut illis ſolum ignouiſſent: Nam quibuſdā id inſcriptū eſt: Non nullis/ q̄ nec peregre ceſſiſſent cum Cęſar extinctus eſt. Omnibus demum una die diffinita

ꝑ prẽconẽ ad iudiciũ/deſtituta cauſa inuicẽ capti ſunt/ Cęſare iudicia ipſa aſſeruante: neqꝫ ullo iudicij abſolutionẽ obtinente/excepto uno ex illuſtriũ numero: qui nihil tum quidẽ pertimuit/ uexꝫ paulo poſt cũ cęteris morti traditus. Viſus eſt & his diebus Quintus Gallius Marci Gallij frater: qui Antonio cõuenerat urbis prętură agens/ a Cęſare Libyę prętură poſtulaſſe:& ea adepta inſidias ſtruxiſſe Cęſari. Eius igiť prętură collegę inuaſere. Populus domũ prędę expoſuit. Senatus uero eũ morti cõdemnauit. Vexꝫ Cęſar ad fratrẽ ire iuſſit. Ferũtqꝫ intereundũ nuſq̃ illũ apparuiſſe. Tam ingentia itaqꝫ operatus Cęſar ad Antonij cõciliationẽ cõuertit animũ. Certior iam factus uiginti legiones in exercitu Bruti cõueniſſe:& Antonio ſuperbis meditatus uti/ex urbe profectus ſupra Ioniũ ſenſim carpebat iter: Senatus cõſulta opperiens. Pedius nempe abſente Cęſare Senatoribus ne inter ſe diſſiderent: ſed cũ Antonio: Lepidoqꝫ cõciliarẽť/enixe ſuadebat. Illi ſatis aduertentes/nõ ſua patrięue utilitate: ſed a Cęſare in Brutũ: Caſſiũqꝫ conſpirationis ineundę cauſa/huiuſmodi cõciliationẽ queri: tandẽ ex neceſſitate cõuenere/ut decreta quę in Antoniũ Lepidũqꝫ & eoꝝ milites/ ut hoſtes perſcripſiſſent hactenus/diſſoluerent: & ad eos pacifica alia pręmitterẽt. Pro quibus Cęſar ad illos ſcribens cõgratulatus eſt. Antonio pręterea ſe adiutorẽ/ſi opus foret ĩ Decimũ ultro obtulit. Illi uero parib9 blandicijs Cęſari adulabãť: & uiciſſim collaudabãt. Itaqꝫ Antonius ad illũ ſcripſit/Decimũ ſe omiſſurũ eſſe eius gratia. Plancũ autẽ ſui propria: & cũ illo ſe cõiuncturũ fore ſi placeret. Tam magna ad inuicẽ ſibi pollicebanť. Perſequẽte Decimũ Antonio/ Aſinius Pollio ad eum uenit/legiones duas in armis agens: Plancumqꝫ cũ illo reconciliare ſtuduit: Qui tribus ſtipatus legionibus ad Antonium ſe cõuertit/ſic ut ingentibus copijs iam pręſideret Antonius. Decimo legiones decem aderant: quarum quattuor cęteris bellicoſiores/ iampridem fame: morboqꝫ tabuerant: electorum uero nuper ſex ſupererant: uerũ ignauę ac laborum inexpertes.

Crudelitatem nota hic Cęſaris in quoſdam.

Quinti Gallij inſidię in Cęſarem.

Cęſaris animus ad Antonij conciliationem.

Diſceſſus Octauij ab urbe cõtra Brutum.

Pedij ſuaſiones ad Senatũ abſente Cęſare.

Senatus conuentionẽ attende contra Cęſarem.

Initiũ conſpirationis Cęſarianorum.

Subitam uide ducum mutationem.

Perſequitť Antonius Decimũ.

Aſinius Pollio clariſſimus orator.

Decimi fuga.
Rauena.
Aquileia.
Rhenus fluuius.

Fuga copiarum Decimi ad Cęſarem : & Antonium.

Relinquitur Brutus a ſuis.
Infelicem attende caſum.
Capitur a latronibus Decimus: & ad Camillum ducit̃: & a Camillo ad Antonium.
Antonius ſortẽ Bruti miſeratus mandat nihilominus a Camillo interfici.
Decimi finis.
Trebonius.
Annus cũ dimidio a nece Cęſaris ad mortem Decimi.
Minucius Baſillus.
Punitionem attende.

Quamobrem pugnam inire ueritus/ fuga ſe ad Brutum in Macedoniã ſtatuit cõferre: iterq; nõ per ſuperiora alpium: ſed per Rauenas Aquileiãq; capeſſere. Cognito deinde Cęſaris aduentu ad illas partes/ multo longius aliud: ac difficilius elegit iter: & per inculta barbatorũ loca/ ſuperato Rheno fluuio proficiſci inſtituit: p quę trãſeuntẽ/ primi tyrones ad bellũ electi/ calore inopiaq; deterriti/ eum relinquẽtes/ ad Cęſarẽ ꝓfecti ſunt. Poſt hos legiones quattuor: quę a principio apud illũ fuerãt/ Antoniũ ſunt ſecutę: Cętera deinde multitudo/ cuſtodibus corporis exceptis/ ex equitibus celtarũ: quibus ille uolẽtibus ad propria redire cõceſſit: uiaticũ quoq; ex auro: quod illi ſuperfuerat impartitus eſt: & cũ tercentis ſolũ: qui remanſerãt ad Rhenũ peruenit: cuius tranſitũ cũ difficilẽ intueret̃/ cũ paucis deſtitutus: & ab ijs poſtea relictus/ decẽ ſolũ permanẽtibus/ mutata ueſte in celtarũ modũ/ cũ eorũ linguã pariter calleret aufugit: ueluti quiſpiã eiuſdẽ nationis/ nõ ꝑ iter longius ulterius procedens: uerũ Aquileiã uerſus cũ facile obſequentiũ paucitatẽ euadere poſſe ſperaret. Captus demũ a latronibus: uinctuſq; rogare cœpit/ cuius principis celtarũ ea gens exiſteret. cũ Camilli eſſe intellexiſſet/ haud parui Camillũ faciens/ ut ad eũ duceret̃ exoratuit. Ille adductũ intuens/ palã blandicijs ꝓſecutus eſt: & qui eũ deuinxiſſent contumelia coarguit/ q; ob inſcitiam tam illuſtrẽ iniurijs affeciſſent uirum. Clam uero ad Antoniũ pręmiſit. At uero Antonius mutationẽ fortunę nõ nihil miſeratus: captiuũ intueri minime ſuſtinuit: Camillũ autẽ admonuit/ ut eo interfecto/ caput ad ſe mitteret: quo uiſo a preſentib9 ſepeliri iuſſit. Hic igit̃ Decimi finis fuit: equitũ Cęſaris pręfecti: & qui ueteri celticę ſub illo imperauerat: & in ſequenti anno conſulatẽ inire dignitatẽ: & alteri celticę pręeſſe/ ſub eodẽ electus fuerat: ſecundus ex percuſſorũ numero: qui poſt Treboniũ pœnas dedit/ anno cũ dimidio a nece Cęſaris. Eodem tempore Minucius Baſillus & ipſe Cęſaris percuſſor/ a ſeruis proprijs interfectus eſt: quorũ nõ nullis genitalia ademerat punitionis cauſa.

Appiani Alexandrini ſophiſtę bellorũ ciuiliũ liber tertius finit. Incipit eiuſdem quartus. Traductio.P.Candidi.

DVo igit᷑ Caij Cęſaris percuſſores/ in eorum magiſtratibus bello ſuperati: in hunc modum dedere pœnas. Trebonius in aſia: Decimus autẽ Brutus inter celtas. Quẽadmodũ uero Caſſius: ac Brutus uiciſſim ptoſligati ſint qui in Cęſatẽ conſpirationis uel prę/cipui fuiſſe perhibent᷑: tellurẽq; omnem a Syria ad Macedonię uſq; fines poſſidebãt: exercitũ pręterea ingentẽ equeſtrẽ naualẽq; contĩ/nebant: armatorum legiones circa uiginti ſibi ſuberant: nauiũ ad hęc: & pecuniarũ multitudine pollebãt/ quartus iſte ciuiliũ bellorũ liber explicabit. De bis quidẽ Romę publice damnatis ad mortem/interrogationes: inquiſitiones: & ſupplicia omnia proponebãt᷑: qualia nec inter gręcos diſſenſione & bello labo/rantes: neq; inter romanos ipſos unq̃ agitata memorię proditũ eſt/ prętertq̃ ſub uno Sylla: a quo primum hoſtes neci damnati fuiſſe referunt᷑. Marius quoq; eos inquirebat: quoſq; inueniſſet tormẽtis afficere ſolebat. Sylla uero ſub pręmiorũ pollicitatio/nibus maximis: ac ſupplicijs occulentes/ ſimul ab obuio quoq; occidi ſcripſerat. Verũ de bis: quę a Mario: & Sylla geſta ſunt ſuperius meminimus. Quę autẽ inſequũt᷑ in hunc modũ rẽfe/runt᷑ acta. Cęſar quidẽ: & Antonius ab odio in amicitiã ſimul cõuenere circa Mutinenſem urbem in paruula quadam inſula Labinij fluminis: & aperta. Horũ cuilibet quinq; armatorũ le/giones aderant: quas ad inuicẽ aduerſas ſtatuentes cũ tercentis ſolũ ad fluminis pontes acceſſerũt. Lepidus autẽ ipſe progreſ/ſus inſulã perſcrutatus eſt: deinde chlamyde excuſſa ut uterq; eorum accederet ſignũ protulit. Tunc ipſi tercentos illos cum

Caſſius.
M.Brutus.

Sylla primũ hoſtes neci damnauit.
Marius tormentis affecit.

Conciliatio inter Cę/ſarem: Lepidum: & Antonium.
Mutinenſis urbs.
Labinius fluuius.

Lepidi ſignũ attende.

amicis ad fluminis pontes relinquentes in mediū uenere loco aperto ac conſpicuo: unaq; conſedere bi tres uiri Cęſare mediū

Cōſpiratio in uniuerſam rempublicam romanam.

locū ob conſulatū obtinente. Per duos itaq; dies a mane uſq; in ueſperā hoc in loco commorantes hęc inter ſe ſtatuiſſe ferunt. Deponere conſulatū Cęſarem: & Ventidium in reſiduū anni tempus illum gerere. Ceſſante conſulatu ad directionē inteſtinarum rerum ex lege decreuere Lepido & Antonio Cęſariq; ut illi per quinquenniū pręeſſent eo modo quo cōſules pręeſſe conſueuerāt. Sic autē dictatorū loco uiri ſunt eos nominaſſe: fortaſſis ob Antonij decretū: qui dictatorē creari prohibuerat. Et hos ex nunc ciuitatis declarari principes ad anniuerſaria illis ad quinquēniū ſtatuta tempora. Ad hęc gentiū magiſtratus inter ſe diuidere: ut Antonius celticā omnē/ ſine ulla Pyrenei montis cōtinuatione: quam ueterē celticam appellant obtineret: Huic nempe pręſidere Lepidū: & hiberię ultra hanc. Cęſari Libyam: Sardiniā: Siciliam: & ſi qua bis ī locis ineſt inſula regendas cōmittere. Sic romanoq; principatū bi tres inter ſe uiri partiti ſunt: quę ultra Ioniū fuerāt ſola poſtponentes ob Brutum & Caſſium: qui adhuc prouincias illas obtinebant. Caſſio item & Bruto Antoniū Cęſaremq; inferre bellum. Lepidum in futurū conſulatū gerere: & ob ingruentes neceſſitates in urbe moram agere/ hiberię ob utroſq; pręſidentē. Ex Lepidi exercitu tres legiones cum illo romę permanere. Septem uero legiones Cęſarem: Antoniūq; inter ſe diuidere ut tres Cęſar haberet: quattuor Antonius cū ad bellum uterq; eorū uiginti duceret legiones: Et iam exercitū ſpe fultiendū a bello ad uictorię prędemia aliaq; munera aſſequēda: Incolatuū quoq; dationes urbium octo ſupra decem Italicarū: quę & ſubſtantia & domorū pulchritudine: pauimentiſq; prędſtarent: quędq; ſubinde militibus ipſis diuiderent: quemadmodū illis pro earum inimicitia per prius belli iure pertinebant. Erant autē hę & alię urbes & in primis illuſtriores/ Capua: Regium: Venuſia: Beneuentū:

Triumuiratus.

Diuiſio prouinciarū.

Spes exercitus.

Vrbes olim in Italia illuſtres & opulentę

Nuceria: Ariminū: & Hipponiū. Sic optima: & pulchertîma Italię quęq; exercitibus aſcripta ſunt. Viſum eſt illis prętera hoſtes proprios interimere/ne hęc ipſa ſtatuētibus impedimē/tum quirent afferre: & bellum exterū conficerent. Hęc igitur ab illis decreta: & cōſcripta ſunt. Reliqua Cęſar exercitibus ex/ceptis: quos ad mortem cōdemnaſſent/ut conſul recitauit. Quę intelligētes milites ingenti pręconio extulere: inuicēq; ſeipſos ad reconciliationē complexi ſunt. His peractis multa prodigia ſignaq; perhorrenda ſtatim romę uiſa ſunt. Canes luporū uice ululatus ędidere: iudiciū ſane inſuetum. Lupi etiā per forum diſcurrere: quod animal in urbe minime aſſueuerat. Bos uocē emiſit humanā: & infans recens genitus elocutus eſt. Ex ſimu/lacris etiam nō nulla ſudorē emiſere: alia ſanguinem: hominū īmanes uoces: armorū ſtrepitus: equorū curſus inſpectante ne/mine audiebātur. Circa ſolem porro inſolita apparuere ſigna: & imbres lapidei e cęlo miſſi: cōtinuaq; fulmina in templis ſta/tuiſq; deciderunt. Quorum cauſa Senatus uates: & aruſpices ab Etruria iuſſit acciri. Ex his ſenior/reges priſcos itęq; reuerti: om neſq; ut prius ſubiectū iri/ ſe excepto referens/ tam diu: quoad extinctus eſt/os: uocemq; pertinaciſſime continuit. Hi igit tres uiri a ſeipſis cōſtituti: quos morti deſtinaſſent/una cōſcripſere: ac potentioribus prętermiſſis/ proprios delegere hoſtes. dome/ſticos eorū uidelicet: aut amicos/ ad necem mutuo ſibi ipſis/ & tunc quidē: & poſterius indulgentes. Elegere & alij alios. qui/dam ob inimicitiā: alij ab offenſione ſolum/aut inimicorū cau/ſa: aut amicorū inimicitia: aut diuitiarū excellentia cōmoti/ cū multis pecunijs ad bellum indigerent. Bruto nempe: & Caſſio aſiaticis reddititibus: & tributis aſſiſtentibus: Ad hęc regibus: & ſatrapis illis cōferentibus/Ipſi Europę: & ī primis Italię: opibus bellis: tributiſq; afflictę: deſtituti/ob ea: quę popularibus quidē ac fœminis exemerant/ onera ad ſummū uſq; adauxerant: ue/ctigalia quoq; fabrorum: & mercenariorum impoſuerant. Itaq;

Nost quidem agn

Prodigia Romę.

Lege Virgilium de ſolis ſignis.

Mirabile de uate.

Summa crudelitas.

Aſiatici belli difficul/tatem attende.

pleroſq; ob habitationū ſplendorem proſcribentes/omnes fere uel morte: uel bonorū publicatione damnauerāt. Senatorij ordinis/circa tercētos: equeſtris uero ad duo millia. In quibus/uel fratres: uel patrui/proſcribentiū inerāt: aut preſidentiū ſub ipſis quicūq; magiſtratibus: aut alijs ducibus aduerſi fuerant. Multitudinē itaq; eorū/cū a primo congreſſu Romā acceſſiſſent proſcripturi uidebant̄. Cum duodecem uiros: uel ut alij referunt ſeptē ſupra decem ex potentioribus n̄eci condemnaſſent: inter quos & Cicero fuiſſe dicit̄/cōfeſtim: qui eos interficerēt romā

Cicero damnatus.

preſmiſere: ex quibus quattuor primo impetu ī cōuiuijs: occurſibuſq; interempti ſunt. Sed cū in perquirendis reliquis ubiq;

Tumultus urbis prioꝛte maior.

ſcrutarent̄/domos: templaq;/ ſubito tumultu per noctē cuncta replebant̄. Clamores ad hęc: & diſcurſus cum beiulatu/ ueluti capta in urbe undiq; ſtrepebāt. Nam cū cognitū eſſet/uitoꝛ captionē fieri: neminēq; ex damnatis proſcribi prius/unuſquiſq; ad inquirendū cum accurrētibus una pręcedebat. Sic deſperatis rebus/quidā propria: nō nulli cōmunia igni ſubijcere parabāt: aliquod inſigne facinus prius agere q̄ ab ullo pati meditātes. &

Pedius.

fortaſſis effeciſſent/niſi q; Pedius ipſe pręconibus aſſumptis urbem peragrare cœpit: eoſq; ī lucem ſperare monuit: quoad diligentius cuncta percepiſſent. Orta demū luce pręter trium uirorum ſententiā/ſeptē & decem uiros proſcribi iuſſit: quos ciuilium malorū cauſam attuliſſe exiſtimans/ ſolos ab illis damnatos fuiſſe crederet: ſidemq; cęteris publice ſubinde pręſtitit: quę decreta fuerāt penitus ignorans: eademq; nocte labore: ca-

Mors Pedij.

loreq; confectus mortē obijt. Ingreſſi ſunt autē bi tres uiri per tres ſeparatim dies unuſquiſq;/ Cęſar: Antonius: & Lepidus militaribus ordinibus inſtructi/una armatorū legione quemlibet eorū comitante. Cū in urbe extitiſſent/ confeſtim urbs ipſa armis: ſigniſq; p oppoꝛtuna loca diſpoſitis oppleta uiſebatur: ac ſubito in medio ipſoꝝ concio parata aſtitit. Tribunus Publi-

Publius Titius Tribunus.

us Titius legem protulit/ cōſulatū ſub preſentiū trium uirorū

cõſtitutione in quinquenniũ uacare/ Antonij ſcilicet: Lepidi: & Cęſaris: qui pari modo/ ac cõſules illũ obtinerent. Hos quiſpiam gręcoꝝ aptatores cõmode diceret: quod Lacedęmonij rei publicę ſubiecta diſponentibus impoſuere nomen. Nullo itaq; interuallo ad approbationem poſito: nullaq; inſigni die ad cenſendũ pręſtita legẽ propoſuere: ac nocte unica ſupra ſeptem & decẽ: quos prius diximus centũ: & triginta uirorũ proſcriptiones per uaria urbis loca prolatę ſunt. Nec multo poſt/ centũ: & quinquaginta illis additę: & continue ex prius damnatoꝝ: aut pręnominatorũ numero/ ob ignorantiã aliquis tabulis adijciebat: qui iuſticię opinione neci traderet. Cunctoꝝ capita ad triũ uiros diffinito pręmio deferri iuſſum. Erat autẽ pręmiũ: libero argentũ: ſeruo libertas & argentũ: omneſq; propria ad inquiſitionẽ proferre cogebant. Et qui uel ſuſcepiſſet aliquem: aut occuluiſſet: aut inquiri prohibuiſſet/ pari pœna tenebatur: Licebatq; uuicuiq; iſtorũ. quę uoluiſſet pari pręmio indicare. Fuit autẽ proſcriptiõis tenor huiuſmodi. Marcus Lepidus: Marcus Antonius: Octauius Cęſar cõmunia aptare ſtatuentes: & ĩ melius cõponere/ ita fant. Si nõ ob infidelitatẽ perditiſſimi homines deprecantes/ miſericordia digni habiti fuiſſent: eaq; adepta benefactoꝝ ſuoꝝ inimici: & ſubinde inſidiatores effecti eſſent: neutiq; Caiũ Cęſarẽ interemiſſent: quos ille iure belli captos: miſericordia ſaluos pręſtitit: & amicorum loco ſibi ſtatuens/ ad prouincias: honores: muneraq; cõfeſtim impulit: neq; nos inimicos his cõtumelijs: & ſcriptis/ hoc ĩ loco repente facere coacti eſſemus. nunc autem ex his: quę in nos moliunt: & eorũ cauſa quę Caius Cęſar perpeſſus eſt/ implacabilẽ beniuolentię intuentes eſſe maliciam/ potius hoſtes noſtros pręuenire/ q̃ ab illis quicq̃ pati pręeligimus. Et ne quis id facinus iniquũ: aut crudele: aut nefandum arbitretur/ in Caiũ: & nos/ qualia perpeſſi ſumus cõuertat oculos. Caiũ nempe imperatorẽ: & ſacrorũ principem: & quę formidabiliores romanis fuerãt abolentẽ gentes:

Lex.

O miſeram ciuitatem.

Proſcriptionis tenor.

Laudes Caij Cęſaris.

Mare innauigabile.

eaſq; ditioni ſuę ſummittentē: & uiroꝝ primū ſuper herculeas columnas/ innauigabile quondā mare pertentantem: & romanis incognitas aperientē terras/templi in medio: quod Senatus appellatur/in conſpectu īmortaliū deorū/uulneribus tribus: & uiginti fœdatū cōfecerūt: qui bello ab illo capti: ſaluatiq; fuere: hęredes quoq; ſubſtantię eius nō nulli aſcripti. Quos reliqui in eodem cōſtituti odio ſceleratiſſimos hos uiros/ ſupplicioꝝ uice ad principatus: puinciarūq; adminiſtrationes pręmiſere: quibus abutentes illi publicas diripuere pecunias: & ex ipſis exercitū in nos comparant: aliū quoq; a barbaris expoſtulant/ principatus noſtri cōtinue inimiciſſimis: a quibus pleręq; romanis ſubiectę urbes/q; illis non paruiſſent flammis traditę ſunt: alię dirutę aut funditus euerſę: nō nullę metu impulſę/patrię cōtra nos inferre bellū. Vęꝝ nos quoſdā iam ex illis ſupplicio affecimus. reliquos deo fauente pœnas cōfeſtim pendentes cōcernetis. Maximis quippe nobis cōcedentibus: & ſub manus exiſtentibus prouincijs/hiberia & celtica: & his: quę domi ſunt/ſupereſt adhuc nō cōtemnendū: & triſte opus/cū his: qui ultra mare incolunt Caij percuſſoribus/in uos eternū meditātibus bellū: ut nec tutū rebus ueſtris: neq; noſtris arbitremur/alios poſt terga relinquere boſtes: qui in abſentia inſidient nobis: & euentus belli in tempore obſeruent: neq; ob hos iterū retardare in tanta celeritate/ęquū magis putamus eſſe/q̄ eos cōfeſtim e medio tollere. Hoc enī cōtra nos incipiente bello/cū boſtes nos: & exercitus: qui nobiſcū erāt uiciſſim decreuiſſent ipſi/ tot ciuiū millia nobiſcū profligarunt/nō deorū indignationē: nō hominum inuidiam multifacientes/ cū tamen nos nulli multitudini ſuccenſeamus: neq; hos boſtes omnes delegerimus habendos: qui nobiſcum contenderunt: aut inſidias nobis ſtruxerunt/ nō diuitiarum cauſa: aut facultatū: aut dignitatis: nō q; alter ante nos imperator interemit: dum urbē huiuſmodi ciuilibus conſtitueret in rebus: cui bene ſucceſſiſſe fantur ob felicitatem/q̄q̄

Barbari.

Bellū in Brutū nota.

De Sylla credo loquitur.

neceſſitate urgente tribus plures q̃ uni opus ſit adeſſe hoſtes. Veꝝ ſolos ignobiliores: & prę cęteris malorū cauſam pręferentes ulciſcemur. Et hęc non minus ueſtri cauſa/q̃ noſtri. Neceſſe quippe eſt nobis diſſidētibus/uos omnes ī medio dira perpeti: neceſſe eſt & exercitui iniuria affecto: cōturbatoq; & hoſtiliter proſcripto a cōmunibus inimicis noſtris ſolamē aliquod afferre. Sed cū potētes ſimus quoſcūq; libeat impetu primo capere: proſcribere eos pręeligimus potius/q̃ inopinātes pręuenire: & hoc ueſtri cauſa ne ab armatis: & ira concitis plus obnoxijs inferat' pœnę: ſed ut numero diffinitos nomine tenentes/ab alijs mandato/abſtineāt. Optima igit' fortuna eoꝝ qui huic ſcriptioni minime ſubſcripti erūt. Nullus ergo aliquē ſuſcipiat: aut occultet: aut aliquo pręmittat: neq; pecunijs cōfidat/ut uel ſaluet aliquē: uel adiuuet: aut cū illo ſentiat. Hunc quidē nulla occaſione: uel uenia admittentes in proſcriptorū numerū ponemus. At qui interemptoꝝ a ſe capita nobis apportarit/ ſi liber fuerit: quinq; ſupra uiginti mille drachmas ꝑ quolibet accipiet. Seruus ultra proprij libertatē corporis/decē mille drachmas atticas & ciuilitatē beri ſui cōſequet'. Eadem indicātibus pręmia aderunt: ac nemo ex his: qui acceperit ī cōmentarijs noſtris perſcribetur/ ne manifeſtus ulli ſit. In hunc modū triūuirorū proſcriptio annotata eſt: quantū ex latina lingua in gręcā licuit tranſferre. Primus igit' ex proſcriptoribus Lepidus fuit. Ex proſcriptis uero primus Paulus Lepidi ipſius frater. Secundus deinde proſcribentiū Antonius: & ſecundus ex proſcriptis Lucius Antonius eius patruus. Hi etenī primi hoſtes eos iudicauerāt. Tertius uero: & quartus fuere: qui in altera tabula in futurum conſules creati fuerāt Plancus: & frater Plocius: & Aſinij ſocer Quintus: qui neutiq; ſecundum dignitatē cęteris magis proponebantur/q̃ ut timorē: & deſperationē omnibus incuterent/cū neminem liberari poſſe exiſtimarēt. Erat & inter proſcriptores Thoranius a nō nullis Cęſaris procurator habitus: Et ſimul cū

Magna crudelitas ſub pietatis ſpecie.

Malefactorū pręmia.

Traductionē attende.

Proſcriptiones optimatū & interitus.

Thoranius.

his proſcriptiones ueteres cõtinebant. Omnes porro urbis exi-
tus: aut portus: aut ſtagna: aut lacunę: aut quodcunq; aliud ad
fugã ſuſpitioſum inerat: aut ad latendum per prouinciã pro-
fugis patebat/a turmarũ ducibus obſidebat: quibus perſcrutari
omnia: & diſcurrere iniunctum fuerat. Et hęc uno impetu fi-
mul facta ſunt. Statim igitur ꝑ prouinciam omnem: ac ciuita-
tem: ut quiſq; quod ſperauerat adeptus fuerat/ hominũ capti-
Crudelitas maxima. uitates plurimę: ſubitęq; perpetrabant. Varij ad hęc necis mo-
di: capitum abſciſſiones mercedis gratia conſpiciebantur: Fugę
turpiſſimę: & cultus prius illuſtribus inſueti: cum nõ nulli pu-
teos ſubirent: alij ſubterraneas ſpecus: & immunda quęq;: qui-
dam per fumi exitus: aut ſub tectis tegulis operti/miro ſilentio
laterent: nõ minus percuſſoribus mulieres: pueroſq; formidan-
tes: qui nõ ſatis beniuole erga eos ſe habebant. Erant qui liber-
tos uererẽt: ac ſeruos: aut fœnorũ debitores: aut agris ſuis fini-
timos ipſorũ deſiderio timerẽt. Inſurrectio itaq; omniũ quanta
prius unq̃ ubiq; aderat. Subita: & nefanda mutatio omni ĩ loco
uiſebatur/Senatorũ: aut conſulũ prętorũ ue: aut tribunorũ: aut
magiſtratus diſcurrentiũ: aut qui in illis erant ad pedes ſeruoꝝ
ſuorũ procidentiũ cũ clamore: & heiulatu: & ſeruos proprios
dominos: ſaluatoreſq; appellantiũ. Quę res eo miſerior uide-
batur: quo deiecti nulla miſericordia ab ullo leuarent. Propria
uniuſcuiuſq; malis referta erant: nõ quẽadmodũ ĩ ſeditionibus
aut belli captiuitatibus. non enim ut illis aduerſariũ: aut hoſtẽ
Domeſticorũ pauor. metuentes domeſticis ſe crediderant. Cętęꝝ eos percuſſoribus
magis formidãtes: quos nec ĩ ſeditionibus: aut bellis ueriti erãt
tunc maxime timebãt/ cũ repente ex neceſſarijs hoſtes effectos
cernerẽt/uel ob ſimultatẽ: uel munerũ promiſſionẽ: uel ob re-
poſitũ ĩ domibus aurũ atq; argentũ. Infidus quippe unuſquiſq;
in domeſticos effectus erat: & ꝓpriã utilitatẽ beniuolentię eoꝝ
Nota. antetulerat. Fidi autẽ: & beniuoli/ nõ auxiliũ afferre: nõ celare
aliquẽ: aut cũ ullo cõuenire audebãt ob ſupplicioꝝ crudelitatẽ

cum eorū mentibus ſeptē: & decem uirorū prius interemptorū inſideret timor: & nullo proſcribente. Vez quibuſdā repente inſurgentibus quilibet ſimilia ſibi expaueſceret: & inuicē conſpirarent/ cū in proſcriptionibus nō nulli uniuerſis ſtatim traditi eſſent: alij nulla de ſe cura habita/ ad lucra: prędaſq; cōuerſi/ alios ad percuſſorū mercedē uenabant. Ex reliqua autē multitudine/ quidā ad occiſorū domos ſpoliandas accurrebant: quę utilitas a conſideratione preſentiū malorū eos auertebat: Alij moderatiores benigniores ex ſtupore cohorruerāt: eratq; illis admirabile animo uoluentibus/ alias quidē ciuitates a ſeditione diſiectas a concordia ſeruatas extitiſſe. hanc uero ſeditione principū turbatā/ concordia ī hūc modū corruiſſe. Nam & qui interfectoribus opem attuliſſent: & qui minime afferrent una interibant: quaſi ab illis nullā iniuriā accepiſſent. Erant qui ſe ſpontanea fame conficerēt: qui laqueis finirēt uitā: qui ſe aquis īmergerēt: aut e tecto prępipites darent: aut igne ſe abſumerēt: aut iugulatoribus ſe offerrent. Erant qui acerſiti retardarēt: alij qui ſe occulerent: indecoreq; deprecarent. Quidā qui malum a ſe propulſarent: quidā qui precio acerſirent. Alij porro pręter trium uirorū ſententiā aliorū inſcitia ab inſultu necabantur: & clare non proſcriptus neci traditus inſpiciebat: q; cadaueri caput aſſiſteret. Nam proſcriptoz capita ante tribunal ī foro ponebant: quo in loco afferentes preciū accipere opus erat. Aliorum quoq; ſtudiū: & uirtus eminebat/ cum mulieꝝ: tum filiorum: fratrum: ſeruorumq; ſeruantiū plurima: aut machinantium: & una motientiū: cum quę optarēt perficere nequiſſent. Non nulli interfectoribus ſuis uitā adimebant. Ex fugientibus prętetea quidā naufragio peribant: omnibus conatibus ipſorum aduerſante fortuna. Alij pręter cunctorū opinionē ad urbis magiſtratus: bellorū pręturas: triumphoſq; reuertebāt. Sic tempeſtas illa admirabilis omnibus emicuit. Et hęc quidē non priuata in urbe: aut minimo in regno: ſed potentiſſimo gentiū

Vrbis confuſionem attende.

Varia mortis genera.

Fortunę uarietates.

cunctarũ: mariſq; dominatu cõmouit deus a longe/ in hunc: in quo nunc eſt diſponens principatũ. Fuere & ſimilia alia in ipſa urbe ſub Sylla: & ante illum ſub Caio Mario: quorum uiciſſim clariora mala in his: quę de eorũ geſtis ſcripta ſunt ędidimus: ita ut inſepulta maneant. Hęc autẽ triũ uirorũ geſta exiſtimabit quiſpiam unius potiſſimũ intuitu: cuius uirtute: ac fortuna imperiũ in ſtabilẽ ſedem cõſtitutũ eſt: genus quoq; ac nomen eorũ: qui ſub ipſo nunc ſunt derelictũ fuit/ longe fuiſſe clariora. cuius ſplendida opera ipſius manu facta: quę memorię magis cõmendata ſunt/ quoniã poſteriora fuere/ referam ſubinde. Nunc autẽ nõ omnia: non enim relatu digna/ interitus: fugęq; priuatorũ: & q nõ nullis a triũ uiris reditus conceſſus ſit: & eorum qui rediere ignota uita: ueq; quę admirabiliora in primis extitere/ maxime ut ex eorũ cõſideratione prędictis adhibeat fides/ in prędenti ediſſeram. Multa quippe ſunt: & quę multi romanorũ pluribus in libris a ſeipſis conſcripſerunt: ex quibus modica ipſe ex quacunq; ſpecie ad uniuſcuiuſq; fidem: & prędentiũ temporũ beatitudinẽ a principio magnitudinis eorum referabo. Aſſumpſit autem initiũ hęc clades in ipſo ſtatim concurſu ĩ urbẽ ab his: qui magiſtratibus adhuc prędidebãt: ac primus ex Tribunis Saluius interemptus fuit. Sacroſancta quippe ex legibus hęc habetur dignitas: & quę plurimũ inter cętteras polleat/ Ita ut nõ nullos ex conſulibus aliquãdo cuſtodię incluſerit. Et erat hic quidem Tribunus: qui Antoniũ hoſtem a principio iudicari prohibuerat: poſterius uero in omnibus Ciceroni adhęderat. Intellecta igitur trium uirorũ conſpiratione & feſtinantia in urbem/ domeſticis cõuiuiũ exhibuit: quaſi nõ ulterius cum illis ſępenumero affuturus. Accurrentibus autem in conuiuium armatis/ non nulli ex accumbentibus cũ tumultu trepidationeq; aſſurrexere. Cęterũ armatorum dux quieſcere omnes iuſſit. Saluium uero/ ut ſedebat crinibus apprehenſum: donec conficeret attraxit in menſa: caputq; illi abſcidit: & qui

De Auguſto.

Principium nefandę hiſtorię.

Saluius Tribunus.

De Saluio eodem qui a principio Antoniũ defendit. lege.

una affuerant: ut prius manere perſuaſit/ ne tumultu ędito ſi/
milia perferrent. Sic illi prędfecto abeunte ſtupefacti uſq; ī pro/
fundam noctem reliquo Tribuni cadaueri ſilentes aſtitere. Se/
cundus interemptus eſt Minucius prętor cum in foro comicia Minucius prętor.
haberet. Audiens etenim armatos ad ſe accurrere/ſubito profi/
luit:& interfugiendū quo in loco latitaret/ mente cogitans mu/
tata ueſte tabernam ingreſſus eſt: clientes cum magiſtratus in/
ſignijs ab ſe abigens. Illi pudore: ac miſericordia cōmoti perſti/
tere: eoq; modo licet inuiti faciliorem inſequentibus ad prętо/
rem prędſtitere aditum. Annalim aliū ex prętoribus/ dum quę/ Annalis prętor.
ſtorem circūcurrentem: & ſorte electos adhortantem per pue/
rum aduocati amici: qui cum eo fuerant: & qui inſignia magi/
ſtratus deferebant deſeruere fuga: in tabulis proſcriptum eſſe
ſentientes. Ille ad clientulū delatus: qui uilem quandam & hu/
milem domunculam in ſuburbano fere ignotā poſſidebat ſecu/
re in ea latuit: quoad filius ad clientulū fugiſſe ratus percuſſo/
res eum in locū ſecū duxit: & ob id a triū uiris parētis ſubſtan/
tiam adeptus ad ędilitatē quoq; ſublatus eſt. Vęq; poſterius ab
ebrietate redeuntē/ milites a caſu obuij: ac propellentes intere/ Iudicium in filium.
mere: qui parentē eius antea occiderant. Thuranius uero non Thuranius.
iam prętor: ſed prętoria functus dignitate: adoleſcentis impu/
dici genitor: & qui apud Antoniū plurimū poterat/ turmarū
duces deprecatus eſt/ ut necem aliquantulū differrēt: donec fi/
lius eum ab Antonio depoſceret. Illi riſu ędito popoſciſſe qui/
dem illū: uęq; pro filia dixere. Id intelligens ſenex/ aliud breue
ab eiſdē exorauit ſpaciū: donec filiam uideret. Qua cōſpecta a
paternis bonis abſtinere iuſſit. Sed nec illā ab Antonio poſtu/
lauit frater. Cōtigit autē ut is ſubſtantiā omnē ī turpibus abſu/
meret: & furti deprehēſus ex cōdemnatione aufugeret. At Ci/
cero qui poſt Caiū Cęſarē potens admodū: quantū popularis Cicero uir illuſtris.
monarchia ualuit/ ī urbe floruit/ cū filio & fratre: ac fratris filio;

omnibus deniq; neceſſarijs eius: & clientibus: amiciſq; proſcri-
ptione damnatus eſt. Is fugiens paruam ingreſſus ratem maris
tẽpeſtate deterritus ad proprios agros: quos ob hiſtorię huius
Capua. paſſionem uidiſſe memini circa Capuam Italię urbem delatus
eſt. Tacite igitur accedentibus his: qui illum inquirebāt/ quip-
pe prę cęteris ambitioſiſſime hunc uirū efflagitabat Antonius:
& Antonij cauſa q̄plures corui aduolātes obſtrepere cœperūt:
eundem e ſomno excitantes: ueſtem quoq; roſtris eouſq; attra-
xere e quieſcentis corpore: quoad ſerui id ſignū a deo miſſum
arbitrati lectica impoſitū iterū ad mare per profundam ſiluam
occulto calle detulere. Multis per partes accurrentibus: inter-
rogantibuſq; ſicubi Cicero appareret/ obuij ob beniuolentiam
miſericordiamq; nihil niſi ablatū fuiſſe referebant. Vex̄ cerdo
Popilius Lena: de quo Valerius. quidam Clodij clientulus/ Ciceronis acerbiſſimi hoſtis Lenę
turmarum duci cum paucis aſſiſtenti callem indicat. Quo co-
gnito inſequitur ille: & Ciceronis ſeruos longe plures/ q̄ quos
ipſe duceret auxilio adeſſe cernens militariter admodū cœpit
exclamare. Ea uoce qui ī agris aderant poſtremi turmarū duces
aduolant: quos intuentes Ciceronis ſerui/ q̄pluribus acceden-
Gratus uir. tibus territi ceſſerūt. Lena uero qui proptiā cauſam Ciceronis
patrocinio tutatus pœnā effugerat/ caput e lectica primus ex-
tulit: ſimulq; pręcidit: tribus feriens: ſecanſq; uulneribus ob in-
experientiā. Abſcidit & dextrā: qua orationes illas luculentiſ-
Demoſthenes. ſimas in Antoniū ueluti tyrannū exarauit/ ad Demoſthenis in
Philippus. Philippū ęditarū ſimilitudinem. Quo facto nō nulli in equis:
quidā nauibus pręuecti ſunt/ ut hęc Antonio primi nunciarēt.
Lena/ ſedenti in foro Antonio caput: manūq; Ciceronis a lon-
ge protulit: oſtenditq;. Qua ex re exhilaratus ducē coronauit:
adornauitq; donis: ducentis ſcilicet: & quinquaginta millibus
drachmis atticis/ q̄ maximū: & pugnaciſſimū inimicorū olim
eius occidiſſet. Caput manuſq; Ciceronis ī foro ante tribunal p̄
ſpaciū tēporis pependere: quo ī loco & ipſe prius orare ſolitus.

Ad id ſpectaculū multi audiētes uiſendi cauſa cōuenere. Ferūt & ī die Antoniū Ciceronis caput ī menſa tenuiſſe. demū ſatiatū animo ab hoc nefando ſpectaculo abſtinuiſſe. In hūc modū Cicero eloquentia admirabilis prēter cēteros in hanc ętatē uſq; & qui cōſulatē dignitatē obtinuerat ī maximis patrię ſuę utilis extinctus ab hoſtibus contumelijs affectus eſt. Filius autē eius in grēciam ad Brutū pertranſiuerat. At uero Quintus Ciceronis frater ſimul cum filio deprehēſus apud percuſſores precibus inſtare cœpit/ ut ſe ante q̄ filium occiderent: Filio econtra ſuppliciter poſcente/ ut ſe prius neci traderent/ percuſſores id utriſq; ſe conceſſuros annuerūt. Ita ambobus interceptis/ ſigno dato/ ſeparatim uno impetu necauere ambos. Gnatij etiam pater & filius telis concurrentes inuicem uno uulnere confoſſi ſunt. reliqua membra/ capitibus ademptis inſimul cōplexa reſederunt. Blauus filium eius/ ne una gradientes conſpicui fierent hoſtibus/ ad mare fugere ſuaſit. Ipſe poſterius ex intervallo ſequebatur. Annunciante deinde quodam ſiue temere: ſiue conſulto filium eius interceptum eſſe/ retro rediens/ percuſſores ut ſe interimerēt acerſiuit. Accidit autē ut filius eius ex naufragio periret. Sic inter clades fortuna plurimū poterat. Aruncius filio ſine illo recuſanti fugam arripere/ uix ut ſeipſū ſaluaret potuit ſuadere: Et hunc quidem mater ad portas antemiſit. deinde ut parentem occiſum ſepeliret reuocauit. Sed cū illum in mari ex inedia uitam finiſſe nouit/ ſeipſam interemit. Et hęc quidem filiorum bonorum: malorumq; imagines deſcriptę ſunt. Fratres ambo proſcripti qui Ligarij nomine appellabantur interlatendum ſomno conſopiti ſunt. Ex his alter inquirentibus ſeruis ſtatim interficitur. alter fuga elapſus/ dū fratrē interemptū audit/ ſe ex ponte proiecit in fluuiū. Circūſtantibus illū piſcatoribus/ ueluti non ſponte: ſed caſu decidiſſet/ diutius ne ab illis caperet obluctatus eſt: ſeq; inter fluctus ultro obruit. Captus poſtremo ab his cū in tutum peruenisſet:

Ciceronis filius.

Quintus Cicero.

Gnatij.

Blauus.

Aruncius.

Varij & admirandi fortunę caſus.

Fratres Ligarij.

Miſerabilis caſus.

Non me edepol ſeruaſtis inquit: ſed una uos/cum proſcriptus ſim neci cõdemnaſtis. Vex illi miſericordia moti apprehẽſum tenuere: quouſq; a militibus qui pontẽ obſeruabant cõſpectus & capite abſciſo interemptus eſt. Quorundam etiã fratrum caſus miſerabilis fuiſſe legitur. nam cũ alter ſe proieciſſet in fluuiũ/ ſeruus cadauer diligentius perſcrutatus/elapſa iam quinta die rimando comperit: & adhuc ab aſpectu cognitũ capite priuauit. Alterũ in ſterquilinio demerſum ſeruus alius indicauit. Percuſſores itaq; ingredi nõ auſi/haſtis: hamiſq; e fundo extraxere: & caput ſorde fœdatũ ut erat abſcidere. Alius capto fratre neſcius ſe cum illo pariter proſcriptũ eſſe propere accurrit: & me ante iſtũ interimite clamauit: Quod intelligens turmę ductor/cum & hunc pariter proſcriptũ ſciret/equa poſtulas reſpondit. nam & tu ante iſtum proſcriptus es. Quibus dictis iuxta ordinem interfecit ambos. Et hęc fratrum exempla digna memoratu. Ligarium contegens mulier unicam ſecreti participem admiſerat ancillam. prodita deinde ab ea uiri caput deferentem proſequebatur exclamans. Ego hunc ſuſcepi. par mihi & ſuſcipiẽtibus debetur pœna. Cũ nullus eſſet: qui interficere auderet: aut ſuccenſere. Ipſa p ſe ad principes nuncia peruenit. Spernẽtibus ijs ut mariti cupidã/inedia ſe denuo cõfecit. Et hęc quidẽ hoc in loco cõmemorata eſt: quoniã uirũ ſaluare cupiens nõ potuerit: ob idq; ſeipſam interfecerit. Quęcunq; a felicitate amoris nequaq̃ cecidere in his: quę uiros tutatę ſunt perſcribo. Ex illis uero quę impudice inſidias ſtruxere uiris/in primis Septimio nupta habebitur. Hęc enĩ a quodã Antonij neceſſario atq; amico corrupta fuerat. Dũ igit̃ ex adulterio ad nuptias trãſire cupit Antoniũ p adulteriũ ĩ uirũ deprecata eſt. Per hũc modũ Septimius ĩ tabula ꝓſcribit̃: qui re ab uxore cognita: domeſtici ignarꝰ mali fugã prępparabat. Illa ueluti mariti cupida fores occluſit: ac tam diu tenuit: quoad percuſſores adueuere. Eadẽq; die & maritus interfectus eſt: & ipſa impias celebrauit nuptias.

Alius caſus.

Alius caſus.

Ligarius.

Septimij uxor.

Salaſſus fugiens/ cum ſpe decidiſſet in urbē nocte delatus eſt. Dum deſinente ſęuitia res ī melius componi exiſtimat/ occluſa domo ſolus oſtiarius & ipſe in ea pariter concluſus herum agnouit: & in eius cellulā recepit: contegere quoq; ex his: quę habuiſſet: atq; alere pollicitus eſt. Ille uxorē e domo ad ſe euocare iubet. Mulier accelerare ſimulans ancillas uereri aiebat ne per noctē quippiam ſuſpicarent: mane pręſto ſe affuturā. Orta luce percuſſores ſubito aderſit. Oſtiarius in domum profectus ueluti morantē accelerare ſuadebat. Salaſſus abſente illo inſidias non nihil ueritus/ tecti culmen aſcendit. quid fieret interim opperiebat. Videns deinde non oſtiariū: ueq; mulierē percuſſores deducere/ ſe pręcipitē miſit e tecto. Fuluiū ad ſeruam eius fugientē: quā pellicē olim habuerat: & libertate donatā in uxorem ſibi aſſumpſerat/ ab eadem tot beneficijs obnoxia proditū fuiſſe aiunt/ çelotypia alterius: quę & ipſa Fuluio denupſerat. Tot peſſimarū mulierū exempla ſeſe offerūt. Stacius Sannitis: qui plura Sannitibus ī ſociali bello utilia peregerat/ ob inſignia facinora: diuitias: atq; nobilitatem in romanorū Senatum admiſſus fuerat/ cum iam octogeſimum attigiſſet annum. Cum igitur diuitiarum cauſa inter proſcriptos referretur/ domum populo aperuit: & ſeruis quęcunq; libuiſſent efferre conceſſit: alia & ipſe proiecit: donec euacuata domo: & occluſa igne iniecto in eadem combuſtus eſt. Ignis porro per urbem euagatus non nulla alia conſumpſit loca. Capio in longum adopertis foribus per uim ingredientes ad unum interfecit: & a multis contumelia affectus ſolus eos interficiens extinctus eſt. Vitulinus ingentem armatorum manum circa Regium in unum comparauit ex proſcriptis ſcilicet: & cum illis fugientibus: & ab octo ſupra decem urbibus: quę exercitibus in prędam deſtinatę ad eorū prędia id grauiſſime perferre uidebantur: Qua ſtipatus/ turmarum duces ad eos diſcurrentes interfecit: donec maiore exercitu in eum miſſo/ cum nec ſic animo deficeret

Salaſſus.

Fuluius.

Zelotypia.

Stacius.

Capio.

Vitulinus.

Regium.

in Siciliam ad Pompeiū: qui insulam eam obtinebat: & fugientes ad se susciebat profectus est. Subinde bello acriter gesto in Sicilia multis superatis prelijs/ filiū: & quoscunq; ex proscriptis: qui ibidem cōuenerāt/ Messanā ire iussit. Ipse cū ratem ab hostibus nudatam esse cerneret in eos delatus hostili manu confossus est.

Messana.

Naso ab liberto: qui olim ex obsoletis eius fuerat proditus/ a quodam militū gladiū eripuit: & proditore solo interempto/ se ultro percussoribus necandū prębuit. Amator heri sui seruus/ liberatū eum in tumulo quodā cōstituerat. Ipse quo ratem precio cōduceret ad mare descenderat. Reuersus cū herum interfectū offendisset aspirantē adhuc: uehementer intonans/ sustine parumper o here inquit: & insurgentē subito turmarū ducem interemit. post quē seipsum interficiens/ ad herū cōuersus/ Solamē inquit o here suscepisti. Lucius duobus fidissimis libertis assignato auro/ ad mare properabat. Fugientibus illis/ retro redijt: & desperata ulterius uita/ iugulatoribus sese obtulit.

Naso.

Exemplum ignotum serui fidelis.

Lucius.

Labienus qui i Syllę proscriptionibus multos ceperat: multosq; interemerat/ ignauus merito haberi poterat ni his similia generose pertulisset. Egressus itaq; domo in throno consedit/ percussores ad se uenturos lęte opperiens. Cestius i agris apud benignos seruos celabatur. Ducibus uero turmarum continue cum armis: capitibusq; discurrentibus pauoris diuturnitatem ferre non potuit. ueq; seruis persuasit ut pyram pararent atq; incenderēt: ita ut inquirentibus/ Cestium a se interfectum & sepulturę traditū affirmare possent. Cui cum illi paruissent: pyram prosiluit intrepidus.

Labienus.

Cestius.

Aponius tute latebras adeptus abominata uictus turpitudine insequentibus sese necandū obtulit. Alius in publico se ultro obtulerat. Iugulatoribus morā ducentibus/ oppresso spiritu sibi ipsi ademit uitam.

Aponius.

Lucius Asinij tunc consulis socer per mare arrepta fuga/ salis motū nō perferens/ se sponte immersit undis.

Lucius.

Sisinium fugientem: acclamantemq; neutiq; se proscriptum esse: ueq; pecuniarum causa insidijs appeti/ ad tabulam persequentes adduxere: & eius nomen

Sisinius.

inſcriptum/ut legeret coegere. quo lecto eundem dedere neci.
Emilius neſcius ſe proſcriptum eſſe/ cum armatos alium inſe/ qui uideret/ turmę ductorē interrogauit/ quis ille proſcriptus eſſet/ Is Emilio inſpecto tu ipſe es inquit: & ambos ſimul in/ terfecit. Cillus: & Decius e Senatu egrediētes/cū eorū nomina tabulis inſcripta cognouiſſent/ nullo inſurgēte ſine ordine per portas arripuere fugam: & occurrenti turmarū duci/ ex curſu ſeipſos prodidere. Icelius qui ſub Bruto & Caſſio ius aliquādo dixerat/ Cęſare cū exercitu circa iudicia aſſiſtente/ cęteris iudi/ cibus occulte cōdemnationē eius afferētibus/ſolus palam abſo/ lutionē protulit: & ob libertatis cōfidentiā clam elapſus/afferē/ tibus cadauer ſeſe immiſcuit: lecticamq; detulit. Admirātibus qui cuſtodię portarū pręerāt/ q; ſolito amplius uno homine ad ferendū uterent: nilq; ſuſpicantibus de his: qui ferebant lecti/ cam perſcrutati ſunt/ ne ſub ſimulatione quiſpiā in ea celaret. Qua ex cauſa deferentes Iceliū redarguere cœperūt: q̄ſi mini/ me cum illis ad id munus eſſet electus. Ob id a perſequentibus agnitus interemptus eſt. Varus a liberto ſuo proditus ſumma celeritate ſe ꝓripuit: & montē ex monte cōmutans ad Mintur/ nenſiū peruenit paludē: in qua ſeipſū recreans tacitus latebat. Minturnēſibus ad latronū inquiſitionē/ diſcurrētibus paludē: arundinis motu deprehenſus capit: ſeq; latronē profeſſus eſt: eoq; modo damnatus ducebat. Cū una cū cęteris ſupplicio affi/ ciendus eſſet/ id genus mortis ut indecorū aſpernatus in hunc modū locutus dicit. Interdico uobis o Minturnenſes me cōſulē olim factū: & a principibus: quod longe honorabilius eſt pro/ ſcriptum/ ulterius torquere aut morte mulctare. Si enim mihi fugere nō licet/ utilius nunc eſt ſub collegis meis obire mortē. Ad quę diffidentibus illis/cū oratione huiuſmodi ſuſpectā ha/ berēt/ accurrens turmę ductor Varū agnouit: & capite adem/ pto reſiduū corporis Minturnenſibus reliquit. Largum quidā in agris deprehenderunt: non Largum: ſed aliū inquirentes.

Emilius.

Cillus.

Decius.

Icelius.

Aſtuta cuſtodia.

Varus.

Attende.

Largus.

Eius itaq; fortunā miſerati/ quoniam non queſitus interceptus eſſet/ per ſiluam ut aufugeret illi ſuaſerunt. Inſequentibus alijs ut eundē caperent/ ad primos feſtino curſu peruenit: & uos me interficite inquit: qui caſū meū prius miſerati pręmia ob id debita habere ꝓmeremini. Sic moriturus ęquā humanitatis uicē illis reddidit. Rufus domū ornatiſſimā iuxta Fuluiam Antonij uxorē poſſidebat: quam cū Fuluia ſūmopere ab eo emere temptaſſet neutiq; morem geſſit mulieri/ tunc autē dono exhibens inter proſcriptos delatus eſt. Itaq; capite eius ad Antoniū relato id ad ſe ſpectare renuit: uerū ad uxorē deferri monuit. Illa fori uice ante domū ei contiguam iuſſit appendi. Alius uillam pertornatam admodū: & floridam poſſedit. Antrū in ea profundū & pulcherrimū inerat: & forte ob hęc proſcriptione damnatus fuerat. Contigit autem/ ut ſe in antro tunc forte refrigeraret/ cū percuſſores a longe uenientes conſpicatus ſeruus/ in profundū antri eū iuſſit abſcedere. Ipſe herili tunica aſſumpta ſe dominū eſſe ſimulauit: & trepidatione magna detineri: & fortaſſis pro hero mortē pertuliſſet/ niſi q; cōſeruus alius dolū reſerauit. Interfecto itaq; hero populus pergrauiter id ferens rem ad principes detulit: nec ante ab ira cōquieuit/ q̄ herum indicantē crucī affixū: qui uero cōſeruaſſet libertate donatū cōperit. Aterium latitantē ſeruus prodidit: qui ſtatim liber effectus heri ſui filijs ſubſtantiā ademit: cōtumelijs quoq; inſęctatus eſt. Illi quacūq; gradientē taciti: ac flentes ſequebāt. Eam iniuriā deteſtatus populus triūuiris rem aperuit. Hi fortunis abundantē proſcripti filijs in ſeruitutē redigere ultro. Hęc circa uiros memorię conſcripta fuiſſe referuntur. Attigit quoq; ob diuitiarum facultates & orphanos fortuna illius tempeſtatis: quorum unus cum ad pręceptorem graderetur cum pedagogo ſimul interimitur: dum ille puerum artius complexus: ab ſe ammoueri minime ſuſtinuit. Attilius prętexta depoſita togam ſumpturus amicorum turba ſtipatus: ut mos fuit: ad ſacra & ad templa ducebat.

Rufus.

Exemplum ſine nomine.

Vis uirtutis.

Aterius.

Opus pium.

Mortes innocentum.

Attilius infelix.

Exorto tumore eū in tabulis proſcriptū eſſe/amici ſeruiq; deſe-
ruere omnes. Solus itaq; relictus ex tam inſigni pompa ad ma-
trem ſeſe contulit. Ea filiū ob timorem penes ſe retinere uerita
domo expulit. Itaq; poſt mattē alterius periculū facere non au-
ſus in montē aufugit. ex quo ob famē ad ima cōpulſus in latro-
nem incidit: qui pretergradientes deprędabat. Ab hoc p uim
aſſuefactus ad prędā/ cū delicijs innutritus eſſet/ laborē ut puer
ferre nō potuit. Arrepto itaq; curru/ rotarū uelocitate ſublatus
eſt: & turmarū ducibus ſeipſum prodidit: eoq; modo interem-
ptus eſt. Dum hęc ita geruntī/ Lepidus de hiberis triumphum
agere conſtituit: Et ſtatim edictū in hunc modū promulgatur.
Lętam fortunā annūciari omnibus: qui ſacra: cōuiuiaq; eo die
peregiſſent. Qui autē minus paruiſſent/ eos ī proſcriptorū ha-
beri numero. Ille igit triumphū inter ſacra deduxit: omnibus
hilari geſtu: & mente infeſta proſequētibus. Proſcriptorū in-
terim bona domeſticis uenui ſubijciebant. pauciq; admodū in-
uenti ſunt: qui agros illorū emere auderent: quidā/ q; infeliciū
erumnis pœnam addere erubeſcerēt: nec ſatis proſpere ſimilia
ipſis euenire poſſe arbitrarentur. non etiam ab his tuto: qui au-
rum & argentum habuiſſent illorum oculis obijci: quinimmo
proprios agros neutiq; periculi expertes fore: uerū multo ma-
gis quę ipſi poſſiderent/ diſcrimini ſubiecta eſſe exiſtimarent.
Soli quidam ob audaciam minuta quędam precio coemerant.
Ea ex re/principibus: quę ad belli apparatum neceſſaria forent
ſufficere ſperantibus/ ducenta millia deeſſe adhuc comperta
ſunt. Hęc igitur in publicum referentes illi/ quatercentas ſu-
pra mille mulieres proſcripſerūt: quę pręcipua diuitiarum co-
pia excellerent: quibus iniunctū erat: que haberent ęſtiman-
tibus ſimul ad belli conferre neceſſitatem/ quanti unamquaq;
earū bi tres condemnaſſent uiri. Aderat & occulentibus quip-
piam eorum: quę habuiſſent: aut precium male afferentibus
pœna: & ſimilia indicantibus liberis: ſeruiſq; pręmia. Hę autē
per acceptiores principibus fœminas exorare illos ſtatuerunt.

Attende edictum.

Proſcriptorum bona uenui.

Fœminarum proſcri-
ptiones in ęre.

Conſilium mulierū.

Fœminę a foribus exclusę a Fuluia Antonij uxore.

In qua re neq; ab sorore Cęsaris: aut Antonij matre repulsę sunt. A Fuluia duntaxat Antonij uxore a foribus excluſę contumeliam grauiter tulerunt. In forum itaq; delatę: & a tribunali similiter reiectę/assistente populo: & satellitibus armatis fari uelle dixerunt. Tunc Hortensia pręconis uoce ante alias ꝓscripta/Moderatione uestra indigētibus inquit tot: talibusq; multatis/Moderatione uestra indigētibus inquit tot: talibusq; multiꝓ
Oratio Hortensię pro mulieribus.

etribus ad uxores uestras cōfugimus: nullā ab bis cōsecutę gratiam: a Fuluia reiectę in forū ab eadem cōpellimur. Vos quippe iam nobis patres: uiros: filios: fratres accusantes eripuistis: q; ab bis iniuriā accepisse fatemini: pecunias etiā abstulistis. nūc sexum nostrū ad indecentiā indignam: ac prętęr naturę mulebris modū cogitis. Si enim a nobis quemadmodū a uiris nostris contumelia uos affectos creditis/ nos eque ut illos proscribite. Si uero neminē ex uobis hostē decreuimus: nō domū diripuimus: aut exercitū corrupimus: aut aliū induximus: neq; principatus: aut honoris titulū sortiri prohibuimus/ qua in re supplicioru participes esse promeruimus: quę iniuriarū nullā attigimus partem? Quid prętęrea impendere tenemur: quę neq; imperij: neq; honoris: neq; exercitus: neq; prętuię: aut denig; reipublicę quę a uobis ad tantum calamitatis discrimen oppugnata est utilitatē ullam capimus? An quia ut dicitis bellū instat? Sed a quo bella ista prouenere? aut quemadmodū mulieres intulerunt: quas natura apud omnes homines ab bis curis uacuas esse uoluit. At matres nostrę supra naturā earum semel aliquando id fecerunt: cum periclitante republica & desperata urbe instantibus Carthaginensibus: actum quidē sponte contulerunt: non a terrarū: aut locorū possessionibus: non a dote aut domibus: sine quibus in libertate positis/ ne uita supersit: sed ab ornatu solum: quem domi possidebāt: nō pœna aliqua: non accusatoribus aut indicijs adductę: non per necessitatē aut uim coactę: sed quantū sponte ex animo illis placuit. Quis igit nūc inest uobis de principatu: & patria timor? Instet aliquādo
Contraria Platonis sententię. Carthaginenses.

Celtarum: aut Parthorũ bellum/ non deteriores ad salutẽ ma/ tribus nostris fuisse uidebimur. Ciuilia autẽ bella neq; nos in/ tulimus: neq; uobiscũ ad inuicẽ miscuimus manus: neq; in Cę/ saris: Pompeijue bęllis quippiã impendimus: neq; Marius nos aut Cinna ad hoc compulit: nõ Sylla: qui patrię tyrannidẽ in/ duxit: Vos autẽ rempublicã cõstituere uelle profitemini. Hęc perorante Hortensia/ triũuiri excandescere cœperũt/q; silenti/ bus uiris mulieres hac audacia uterent: concionesq; celebrarẽt: & quę agenda essent a principibus inquirere auderẽt: militiam quoq; perferentibus uiris/ ipsę ne pecunias quidẽ in mediũ af/ ferrent. Lictoribus itaq; imposuere/ ut ipsas a tribunali expelle/ rent: donec uoce a multitudine ędita lictores se paulum conti/ nuere: & principes in sequentẽ diem hęc differri mandauerũt. Statuta die quatercentas solum ex priori numero proscribi iu/ bent: quę facultatũ suarũ redderẽt rationẽ. Ex uiris autẽ qui di/ tiores haberent centum & amplius millia exterorum simul & ciuium: libertorũq; proscripserũt: inter quos & sacerdotes: & omne genus hominũ nemine omisso ĩmiscuere: quemadmo/ dum bello celtico similibus pœnis: ac mandatis a romanis ędi/ tum olim memorant: ut quinquagesimã facultatũ omniũ illis mutuo ad belli cõferrẽt impensam in tributis eiusdẽ anni sub/ inde computandam. His igitur mandatis in hunc modũ ędi/tis romani paruere. exercitus uero contempsisse uisus: & in dete/ riorem quoq; partem rettulisse: ueluti eorũ principibus in hu/ iusmodi operibus solam sibi ipsis securitatẽ apponẽtibus. Itaq; ab illis domos ĩ publicũ redactas: agros: uillas: aut hęreditates: filioq; quoq; adoptiones deposcebant. Alij diuersa ab his agita/ bant. nam aut eos: qui minime ꝓscripti fuerãt inuadentes tru/ cidabant: aut domos nulla ex causa ademptas sibi uendicabant: Ita/ ut principes perscriberẽt alterũ ex consulibus cõmutationẽ aliquam facere in his: quę prẽter mandatũ facta cognouissent. Veq; ille armatos attingere nõ ausus/ ne ĩ se ultro eos irritaret:

Celtę.
Parthi.
Matius.
Sylla.
Excandescentiã nota.
Consilij mutatio a Triũuiris.
Timor belli celtici.
Scelerum licentia.

quosdã e seruis militari more sequentes cruce suspendit. Et hęc quidẽ in fine calamitatũ: quas superius perscripsimus obiecta huiusmodi fuerũt. Quęcunq; autẽ insperato ad salutẽ quibusdam obuenere: & ad dignitatẽ posterius prębuere gradum periucundum erit recensere: neq; minus utilitatẽ audientibus allatura arbitror/cum in nullo ut supersint spem uideant omissuri. Quibus igitur facultas affuit/ ad Cassium: & Brutũ cõtendere fuga: aut ad Cornificiũ in libyam sese contulere: populariũ partes adhuc confouentẽ. Maior tamen pars in Siciliam peruenit: insulam Italię finitimã/ promptissime eosdem suscipiente Pompeio. Insignem quippe diligentiã in eos: qui a fortuna cecidissent ea tempestate exhibuit Pompeius. Nam pręcones ad partes uniuersas demittens omnes ad se reuocabat: & seruantibus illos/ siue liberis: siue seruis/duplicia bis quę interficientibus proposita erant pręmia pollicebat. Itaq; lembi: & onerarię rates nauigantibus undiq; occurrebãt. Triremes insuper littora quęq; collustrantes signa bis qui aberrassent pręferebãt: & obuios quosq; incolumes pręstabãt. Ipse uenientibus assistens uestem & necessaria quęq; cõferebat. Dignioribus uero ad prętu/ras: aut classium pręfecturas utebatur. Inducijs posterius factis cũ triũ uiris eo modo assensus est/si ad se fugientes in bis suscepissent. Sic ille utilissimus infortunatę patrię ciuis affuit. Qua ex re gloriam adeptus optimã: & priuatim a parente suo illius non inferiorẽ uidet meruisse. Cęteri ad alia loca fugientes: aut se occultantes ad inducias usq; partim ĩ agris: aut in sepulchris: quidã in urbe mœstis cogitationibus egere uitã. Mulierũ item amores erga uiros pręter opinionẽ conspecti: filiorũ in parẽtes beniuolentię: seruorũ in dominos supra naturã caritatis signa emicuere: Ex quibus admiranda maxime perscribo. Paulus Lepidi frater cũ illum percussores uelut imperatoris fratrẽ uerent/ oblata uenia enauigauit ad Brutum: deinde Miletum se transtulit: quo ex loco posterius nundũ confecta pace euocatus

Mutatio fortunę.

Laus Sexti Pompeij.

Bonũ attende ciuem.

Animaduerte caritatis & amoris signa.

Paulus Lepidi frater.

reditum prometuit. Lucium Antonij auunculum Antonij ip/ Lucius Antonij
ſius mater ut fratrem publice penes ſe habuit. Erubeſcentibus auunculus.
itaq; turmarum ducibus eam attingere ut imperatoris matrem:
demum ui craſſantibus in forum deſcendit : & Antoniũ cũ cę/
teris ducibus ſimul conſidentẽ ſic allocuta eſt. Meipſam accuſo Audax mulier.
imperator Lucium penes me ſuſcepiſſe: & habere iterũ : ac ha/
bituraꝫ eſſe: quouſq; nos ambos interfeceris. Paria etenī bis: qui
ſuſcepere: ac reis ſupplicia propoſita a uobis ſunt. Is mulierem
ut ſororẽ optimã: matrẽ uero minus fidelem arguens/ Nõ Lu/
cium ſeruare oportuit inquit: ſed prohibere potius: qui filium
tuũ hoſtem iudicati cenſuit. Deinde Plancũ conſulem induxit Plancus conſul.
ut reductionẽ Lucio decerneret. Meſſala illuſtris adoleſcens ad Meſſala.
Brutũ perfugerat. Eius prudentiã ueriti Triũuiri ī hunc modũ
perſcripſere. Exquo Meſſalam neceſſarijs eius nobis affirman/
tibus minime affuiſſe nouimus cum Caius Cęſar occiſus eſt :
eundem ex proſcriptorũ numero eximi iubemus. Veꝝ ille ue/
niam huiuſmodi deſpexit. Bruto deinde & Caſſio in Macedo/ Appianus dixit in
nia deuictis cum exercitus magno numero ſupereſſet adhuc : Thracia.
naueſq; & pecunias: nec nõ ſpes optimas ſibi aſciſceret: Meſſa/
lam inſuper copijs omnib9 pręſidere cuperet neutiq; ſuſcepit :
uerũ aduerſanti fortunę cedendũ perſuaſit: & cũ Antonio pa/
ritet caſtra iungere illos monuit. Ea ex cauſa intima familiarita/
te deuinctus Antonio cũ eodem una conuenit. Demum Cleo/ Cleopatra.
patrę delicijs obnoxium egre ferens ad Cęſarem ſe tranſtulit. Is
Meſſalam abrogato Antonio conſulem effecit. Cum ille iterũ
eſſet hoſtis iudicatus : & circa Actium aduerſum Antonij prę/
torem claſſem cõtinentẽ/ ad celtas deficientes ire iuſſit : uictori
quoq; triumphũ agere conceſſit. Bibulus cum Meſſala fœdus Bibulus.
inijt: & cũ Antonio pariter claſſem tenuit. Cęſari quoq; ad in/
uicem per mare copias tranſuexit : ac Syrię prętor electus ſub
Antonio prouincię pręfuit: in eaq; deceſſit. Acilius clam ab ur/ Acilius.
be aufugit. Veꝝ ſeruo illum indicante milites ſpe pecuniarum

allectos impulit ut quosdam e suis ad uxorem eius mitterẽt signa afferentes: quę illi tradidisset. Ea ad se profectis mundum omnem muliebrẽ anteponens/ ipsis inquit hęc omnia tradere: quasi reddituris: quę pollicerent̃: ignorare tamen an reddituri essent. Neq; uero amore eius defraudata est. nam milites Acilio nauem conduxere: & in Siciliã tutum pręmisere. Lentulus instante uxore ut eam fugę sociam secũ duceret: & ob id attentius illum obseruante: ueritus uxorẽ pariter in discrimen agere clam perfugit in Siciliam. Prętor demum creatus sub Pompeio nunciũ emisit: quemadmodũ saluus euasisset: prętoriamq; obtineret dignitatẽ. Illa quo loci uir eius degeret intelligens/ matrem custodię eius assidentẽ latuit: & seruis duobus comitata: magno labore: summa inopia: seruilem in modũ profecta est: quoad e regio Messanã uespera iam inclinãte peruenit. nec difficulter/ quo in loco prętoris tabernaculũ existeret edocta/ Lentulũ nõ ut prętorẽ cõmorantẽ: sed lecto humi strato: inopi uilla: epulatione misera degentem eius desiderio comperit. Apuleio uxor cõminata est illum proditurã si ea dimissa solus aufugisset. Mulierẽ itaq; licet inuitus secum duxit. Contigit autẽ ut ĩ fuga nulla suspitione iter ageret/ uxore: seruis: & ancillis una prosequentibus. Ancium coniunx iniecta culcitra simul inuolauit: eoq; modo mercenarijs impositũ ad mare pręmisit: indeq; in Siciliam fuga abijt. Reginũ mulier nocte in cloacam immundicijs obsitam deposuit: in quam per diem militibus non ausis ingredi ob fetorem/ sequenti nocte in modũ eorũ qui ramalia deferre solent prępparauit: & asinũ ramalia ferentẽ illi tradidit. Ipsa breui interuallo ĩ lecticula delata uirũ sequebat̃. Excustodibus autẽ portarũ cum quidã lecticula perspecta addubitaret: scrutareturq;/ ueritus Reginus cõtinuo accurrit: & ueluti uiator quidã militẽ deprecari cœpit/ ut mulieribus parceret. Ille ut ramalium gerulum cõtemnens/ responso cum ira prębito cognouit. Meruerat quippe alias sub eo cum Syrię pręesset: Et abeas

Lentulus.

Messana.

Apuleius.

Ancius.

Reginus.

hilare inquit imperator mi. Iuuat enī te hoc nomine etiā prę-
sentē appellare. Scoponiū mulier ab Antonio petijt pudica pri-
us habita. uęr infortunio huiusmodi infortuniū exoluit. Getā
filius ueluti moribundū in aperto domus igni imponere uisus
est. deinde clam in agro nuper consito reliquit. quo in loco se-
nex seipsum permutare studens membranā alteri oculo appo-
suit. Inducijs postmodū factis membranā sustulit: oculumq; ex
desidia deletū comperit. Oppium filius ex senectute debilem
& manere deprecantem humeris extulit: donec e portis tutum
sisteret. Postremo in Siciliā nunc agens: nunc deferens incolu-
mem peruexit/ nemine figurā huiusmodi/ suspitione: aut ca-
lumnia ulla prosequētē: quemadmodū & Aeneam scriptores
prodidere uerendum fuisse hostibus/ q; parentē detulisset. Po-
pulus itaq; posterius cōmendato adolescēte ędilem declarauit.
Substantia uero eius in publicū relata: cū muneris impensam
ferre nequiuisset/ artifices quę ad magistratū pertinebant con-
tulere gratis: & spectatores quantū nummorū unicuiq; placuit
ī orchestra prębuere: ita ut ditissimus hac munificentia fieret.
Arianū cū in carceribus testamenti causa affligeretur/ filius nō
proscriptus parentē proscriptū occuluit: & cū illo pariter fugit:
& eundē saluti demū reddidit. Metelli quidē filius: ac parens
eodem nomine appellabant. Parens cū Antonio militans circa
Actiū captus: & a nullo cognitus interim fuerat. Filius sub Cę-
sare ea tempestate militiā agebat: & prętur̄ simul prędidebat.
Et hoc quidem circa Actium. In Samo uero diiudicante Cęsare
captiuos omnes/ cum iuuenis adesset/ senex inter hos duceba-
tur/ comis: sorde: & squalore obsitus: & ob id immutatus ut di-
gnosci nequiret. Vęr cum inter captiuos prędonis uoce citare-
tur/ filius e suggestu accurrit: & parentē pene agnitū cum be-
iulatu complexus uix fletum potuit continere. Deinde Cęsa-
rem in hunc modum allocutus est. Hic hostis tibi fuit o Cęsar:
ego belli pro te socius. Et hunc quidē ęquū est pœnas pendere:

Scoponius.
Geta.
Oppius.
Aeneas pius.
Pietatis prędmium.
Arianus.
Metelli.
Pia deprecatio pro parente.

me ptęmia accipere. Peto igit' ut parentē mei cauſa ſeruari iu-
beas: me autē ob illū neci tradi. Miſericordia ob hęc exorta in-
ter omnes Cęſar Metellum q̄q̄ ſibi inimiciſſimū ſeruari iuſſit:
donis quoq; multis adornauit: cū ab Antonio ſępenumero de-
Marcus. ſpiceret'. Marcum clientes ſumma clęmētia & benignitate toto
proſcriptionis tempore intra habitationē eorū tenuere. Poſtre-
mo conceſſa uenia omnibus Marcus ab eorū domo tanq̄ e fuga
Ircius. prodijt. Ircius cū familiaribus urbe effugiens per Italiā ꝓfectus
eſt carceratos ſoluens: & fugiētes ī unū congregās: oppida etiā
perpauca a principio: deinde maiore numero inuaſit. Poſt hęc
Reſtio. fortiore manu cōparata Brunduſinos ſibi ſubdidit: & exercitu
ī eū miſſo ad Pompeiū cū omnibus copijs euaſit. Reſtionē ſolū
effugere putantem ſeruus clam inſecutus eſt: prius quippe ſub
Reſtione enutritus: & in multis clęmenter habitus/ob nequitiā
tandem notis barbaricis inuſtus fuerat. Reſtioni itaq; in palude
Attende plura exem- latitanti ſeruus pręſto aſtitit: eumq; ex occurſu facile cōterruit.
pla fideliū ſeruorū. At ille trepidāti hero ita locutus eſt. Nūquid me magis o here
pręſentiū ſtigmatū: an ptiorū beneficiorū putas reminiſci? Et
his dictis ī ſpeluncā abactum & quieſcentem egregie curauit:
Cibaria illi ut potuit hinc inde conquiſiuit: Suſpitione etiā ob-
orta circa ſpeluncā: cū armati appropinquarēt ſeruus re anim-
aduerſa inſecutus eſt: & ſenem quendā pręter gradientē accur-
rens interfecit: caputq; abſcidit. Stupefactis militibus: & ut uia-
toris interfectorē cōprehēdentibus/ Reſtionē inquit herū meū
occidi qui mihi hęc ſtigmata inuſſit. Illi capite adempto ob prę-
mij ſpem in urbem/ut agnoſcerēt ſimul detulere. Seruus inte-
Appion. rim excitato hero in Siciliam cū illo enauigauit. Appion dum
in ſtabulo quieſceret armatis accurrentibus ſeruus ueſtem eius
induit: & pro hero in lecto eius accubans libens mortē pro illo
ſubijt: hero interim ſerui in morem illi aſſidente. Armatis Me-
Menenius. nenij domū inuadentibus ſeruus heri lecticā ingreſſus eſt/ alijs
conſeruis operam nauantibus: elatuſq; Menenij loco interficit.

Ipſe ſubinde in Siciliam aufugit. Iuniũ libertus eius Philemon domũ ſortitus ſplendidã/ in medio urna quadam incluſum tenuit/ ex his: quas ad ferri repoſitiones: aut pecuniarũ: librorũue cuſtodiã habere ſolent: In eaq; per noctem uſq; ad inducias aluit. Libertus alius ſepulchrũ domini cuſtodiens/ heram proſcriptã in eodem ſepulchro cũ parente una ſaluos tenuit. Lucretius duobus fidis ſeruis comitatus errabundus cibariotũ inopia ad uxorem retroceſſit/ a ſeruis ueluti ęger quidam lectica delatus ĩ urbem. Interim uni ex ſeruis perfracto crure alteri innixus ambulabat. Cũ uero ad portas acceſſiſſet: quo in loco parens eius a Sylla proſcriptus olim interceptus fuerat/ turmã militũ accurrentem intuens pauefactus eſt loci omine: & cũ ſeruo aufugiens in ſepulchro latuit. Pollinctoribus denuo ſepulchra perſcrutantibus ſeruus ſe ultro ut caperet obtulit: quoad Lucretius iterũ ad portas profugit: ibiq; tam diu cõmoratus eſt/ ut rediret ſeruus: cuius ueſtem ſibi induit: indeq; ad uxorẽ redijt: ſub cuius cura duobus intercluſus laqueatibus delituit: donec ex proſcriptorũ numero eximeret. Poſtremo cõfecta pace conſulari dignitate potitus eſt. Sergius apud Antoniũ ipſũ latuit: quouſq; Planco qui tum conſulatu fruebat reditũ ſuaſit decernere. Idem deinde Sergius in Cęſaris: & Antonij diſſenſione Senatu Antoniũ hoſtem iudicante/ ſolus abſolutionem palam protulit: Atq; bi hunc in modũ ſeruati ſunt. Pomponius prętoris in formã ſeipſum adornauit: & ſeruos miniſtrorũ more ſimiliter cõponens/ ciuitatẽ ut prętor lictoribus ſtipatus pertranſiuit/ ſeruis illũ circũſtantibus: occulentibuſq; ne ab ullo dignoſci poſſet. demũ iuxta portas currus publicos aſcẽdens: peragrata Italia/ ſuſcipiẽtibus illum cunctis: pręmittẽtibuſq; ut prętorẽ a Triũuiris miſſum ad inducias ineundas cũ Pompeio/ publica etiã triremi ad illũ pertranſiuit. Apuleius & Aruncius ductores militum ſe eſſe ſimulantes: & ſeruos militaribus inſtruentes armis ad portas ueluti proſcriptos inſequentes properarũt.

Iunius.

Libertus alius.

Lucretius.

Pollinctores curatores cadauerum.

Sergius.

Pomponius.

Apuleius: & Aruncius.

Per reliquū uero itineris ita profecti ſunt/ ut carceratos exoluerent: accurrentes ad eos in unū colligerēt: quouſq; ſufficiēti exercitu uterq; eorū potiret. Iam ſignis: armiſq; fulgebant: & dignitas exercitibus abunde aderat. Quiſq; uero p ſe iuxta mare ad tumulum quendā caſtra habebat. Orta luce cū ſuſpitio inter eos incidiſſet: quaſi unus cōtra alterū copias paraſſet/ aſſumptis armis pugnā ineunt. Demū reſipiſcentes abiectis telis inuicem flere: & fortunā in eos ſequentē apud omnes queri lamentariq; cœperūt. Poſtremo claſſe delati/ unus ad Brutū: alter ad Pompeiū peruenere. Et hic quidē cū Pompeio una redijt: alter ſub Bruto in Bithynia prętor fuit: & Bruto in Macedonia deuicto: Bithynia Antonio prębita domum redijt. Ventidium libertus q̄primum proſcriptus fuit uinculis iniecit: quaſi iugulatoribus eum prębiturus. nocte uero ſeruos in unū adhortatus ad militū ſimilitudinē inſtruxit: & herum turmarū ducis more ornatum urbe extulit: ac per reliquā Italiā uſq; in Siciliā euexit: ſępenumero cū cęteris ducibus: qui illū inquirebant hoſpitatus. Aliū in ſepulchro occuluit libertus: uęq; cū ille ſepulchri meditationem: & pauorē abhorreret ī quadā domuncula latere monuit. Inhabitante non longe uno ex ductorū numero huius uiciſſim timorē ferre non potuit. Ita ex ſummo pauore ad extremā prolapſus audaciā/ raſo capite ad inducias uſq; pręceptorem ueluti diſcipulus in urbe comitatus eſt. Voluſius dum ędilitatē geret proſcriptus eſt. Is ſacerdoti cuidam Iſidis amicitia deuinctus ſtolam ab eo petijt: & ueſtem ad pedes uſq; induens canem capiti impoſuit: Eoq; modo ſacra peragēs ad Pompeiū peruenit. Sittium Caleni ciuem eorū exiſtentē: & multa illis ex ſubſtantia ꝓpria olim elargitū/ ſumma cuſtodiere diligentia: ferro aſſiſtentes: & ſeruis minitantes: nec non milites abigentes ab eorū mœnibus: quouſq; deferueſcente iam nequitia ad Triūuiros emiſere legatos: qui Sittium ab omni Italia excluſum in patria tute cōmorari obtinuere. Sic Sittius primus uel unicus uirorū omniū ex peregrinatione ī patriam profugus peruenit. Varro

Mira ſuſpitio.

Ventidius.

Exemplum ignotū.

Voluſius.

Sittius.

Varro ille doctiſſimus

philoſophus: & hiſtoriarū pariter ſcriptor militia egregie per-
functus: & prętorius uir: & fortaſſis ob hęc monarchię inimi-
cus habitus inter ꝓſcriptos relatus fuerat/ cōtendentibus inui-
cem domeſticis eius: & amicis/ quis illū prius eſſet ſuſcepturus
Calenus tandē penes ſe retinuit: habuitq; ī uilla: in quā Anto-
nius deambulationis cauſa proficiſcebat aliquādo: & tamē nul-
lus ſeruoꝝ: aut Varronis ipſius: aut Caleni intus exiſtentē An-
tonio prodidit. Virginius uir dicendi ſuauitate pręcipuus ſer- Virginius.
uos edocuit quemadmodū ob modicas pecunias: nec ſatis tute
illum occidentes odium ingens ſubituri forent: demū extremo
pauore tenerent. Sin incolumem ſeruaſſent/ eos gloriam pieta-
tis habituros. Ad hęc ſpes optimas: pecunias etiā multo plures
maiori ſecuritate adepturos eſſe. Quibus perſuaſi cum eodem
ueluti cōſeruo arripuere fugam: & in uia a percuſſoribus agni-
tum ſtrenue tutari pugnando conati ſunt. Sed cū ab ipſis tandē
comprehenſus duceret uerbis inſinuare cœpit/ Se non ob eorū
inimicitiā ad necē compelli: ſed ob pecuniarū duntaxat ſpem.
Edocuit itaq; multo iuſtiores & copioſiores/ eos aſſecuturos fo-
re ſi ad mare ſecum acceſſiſſent: quo in loco uxor mea inquit
nauem pecunijs ſtipatā deuehit. Milites hac ſpe deliniti ad ma-
re deſcendunt. Mulier: ut a uiro mandatū fuit ad mare quidē
uenerat. Cętęq; tardante Virginio/ rata illū ad Pompeiū tranſi-
uiſſe/ nauim abduxerat/ ſeruo in littore maris derelicto: qui id
annunciaret. Seruus Virginiū intuens ad herum ſubito accur-
rit: & nauem a longe recedentem illi oſtendit: & quę mulier
mandauerat: cur ue ibidē relictus eſſet ediſſerit. Id milites cla-
re dignoſcentes cum Virginius aliquantiſper morari ſuaderet
dum mulierē euocaret: aut ſimul cū eo ad ſumendas pecunias
accedere/ ſcapham ingreſſi/ non ſine iugi labore certatim remi-
gantes eundem in Siciliam tutum deduxere. Ibi quę pollicita
fuerāt adepti/ neutiq; a ſeruitio eius deſtitere ad inducias uſq;.
Rebulū nauita quidā intra nauem ſuſcipiens quaſi in Siciliam Rebulus.

Themiſtoclis exem/ plum.

deducturus pecunias ab eo poſtulauit: eundem indicare uelle cõminatus niſi tradidiſſet. Ille Themiſtoclis in morẽ cũ aufu/ geret effecit: cõminatus & illũ pariter accuſare uelle/ q̃ ob pe/ cunias ſe intra nauem recepiſſet. Ob eam rem cõterritus nauita Rebulum ad Pompeiũ deduxit. Marcus ſub Bruto olim prętor

Notabile exemplum fortunę uarietatis.

ea ex cauſa ꝓſcriptione damnatus fuerat. Deuicto demũ Bruto interceptus ſe ſeruũ eſſe ſimulauit: emptuſq̃ a Barbula quodã nomine: cũ ſolertẽ illũ intueret/ cęteris ſeruis pręſidere uoluit: pecuniatũ inſuper curã habere cõceſſit. Aptũ igit̃ ad omnia ſu/ pra ſeruorũ morem expertus: ac prudentẽ ſi ex proſcriptis ali/ quis fortaſſe eſſet: & id profiteret̃/ eum ſeruare uelle pollicitus eſt. Abnuente illo uehementius: & genus nomenq̃ ac priores dominos uerbis ſimulante/ Romã ſecum iuſſit accedere: ratus id negaturũ eſſe ſi proſcriptus extitiſſet. At ille intrepidus ſe/ cutus eſt. Circa fores interim conſulũ ex amicis Barbulę quiſ/ piam inſpecto Marco ſerui in morem illum proſequente clam

Agrippa.

Barbulę inſuſurrauit auribus. Ille per Agrippã exorato Cęſa/ re ex proſcriptoꝝ numero exemit: fuitq̃ ſubinde Cęſaris ami/ cus Marcus: Nec multo poſt circa Actium contra Antonium prętor inſtituitur: ſecutumq̃ eſt ut eodem tempore ſub Anto/ nio pręturam gereret Barbula: ſimiliſq̃ fortuna illi occurreret.

Barbula.

Barbula ſiquidẽ deuicto Antonio captus ab hoſtibus cũ ſe ſer/ uum eſſe ſimularet: & illum precio inſcius emiſſet Marcus/ re Cęſari intimata ut ſaluus eſſet impetrauit: ſimileq̃ beneficium illi reddidit. His igit̃ pares affuere fortunę. utriſq̃ inſuper pa/ res permanſere. nam nominis eiuſdem dignitatẽ in urbe obti/

Balbinus.

nuere ambo. Balbino fugienti: & cum Pompeio demum rede/

Lepidus qui olim Triũuir.

unti: nec multo poſt gerenti conſulatum/ Lepidus ſub Cęſare ex potenti ad infimũ delatus gradum ex huiuſmodi cauſa aſti/

Mecenas.

tit. Mecenas Lepidi filium perſequebatur/ q̃ in Cęſarem con/ ſpiraſſe diceretur. Perſequebatur & matrem ſimili ſuſpitione laborantem cum filio/ Lepidũ tum debilem quidẽ haud mul

tifaciens. Iuuenem igitur Mecenas Cęſari ad Actium pręmiſit. Matrem uero ne mulier exiſtens duceretur fideiubere apud conſulem iuſſit ſe ad Cęſarem ituram eſſe. Nemine fideiuſſionem ſubeunte/ Lepidus ad Balbini fores plęrunq; morabatur: & ius dicenti pręſens aderat: miniſtris eũ a longe propellentibus/ uix hęc effari potuit. Mihi quidem accuſatores innocentiam adeſſe perhibent: neq; cum uxore: aut filio una conſpiraſſe aiunt. Te autẽ neutiq; proſcripſi unq̃ cum in proſcribentium numero aſſiſterem. Ad humanos itaq; caſus intuens: & ad me tibi aſſidentem hanc gratiam exhibe: ut uel me ſponſore mulier ad Cęſarem tranſire queat: uel ego cum illa ſimul deuinctus eam. Hęc dicente Lepido/ Balbinus pietate motus mulierem a fideiuſſione abſoluit. Cicero a Cicerone parente eius/ in gręciam pręmiſſus/cum fortunam huiuſmodi futuram uereretur/ e gręcia ad Brutũ peruenit. Defuncto deinde Bruto ad Pompeium pertranſiuit: cum utroq; pręturę functus officio. Hunc Cęſar quo ſe a traditione Ciceronis excuſaret/ pontificem ſtatim declarauit: nec multo poſt conſulem inſtituit: & Syrię prętorem. Antonio apud Actiũ poſterius deuicto a Cęſare cum conſul adhuc eſſet ius populo plerunq; dixit: ſeditq; pro roſtris eo in loco: quo parentis eius caput: manuſq; pependerant. Appius ſeruis ſuis ſubſtantiã diſtribuit: & in Siciliam cum ipſis ut tranſiret nauem conſcendit. Illi inſurgente tempeſtate/ auri cupiditate permoti/ Appium parua quadam rate quaſi tutiorem in ſpem deponunt: contigitq; ut pręter cunctorum opinionẽ euaderet ille: ſerui perfracta naui ad unũ interirent. Publius Bruti quęſtor/ Antonij domeſticis illũ adhortantibus ut Brutum proderet id facere renuit: & ob id proſcriptus/ demũ reuerſus inter Cęſaris amicos eſſe meruit: Aduenienti quoq; Cęſari nõ nunq̃ Bruti imagines appoſuit: Eaq; ex cauſa laudatus eſt a Cęſare. Hec autem pręter cunctoꝝ opinionem: quę non nullis proſcriptorum ad diſcrimen: aut ſalutem

Magna fortunę mutatio.

Cicero filius.

Appius.

Publius.

eorū cōtigere/ pluribus alijs omissis a me potissimū relata sunt.

Reuertit ad historię prioris ordinem.

His igitur Romę gestis: quę ultra confinia posita erant ob huiusmodi seditiones/ bellis: turbinibusq; agitabāt. Bellorū autē uel pręcipua fuere circa Libyam Cornificio aduersus Sextium depugnante: & in Syria Cassio contra Dolobellam. In Sicilia quoq; clades plurimę a Pompeio ciuitatibus: captiuitatesq; inferebāt. Quę igit memoria minus digna uisa sunt omittentes: clariora: & ob aliorū dignitatē longe cōspicua in Laodicenses: Tarsenses: Rhodios: Patareos: Xanthiosq; gesta: & eorū quę/libet ueluti ab exordio explicabimus. Libyę partē romani ueterem adhuc nominānt: quam olim abstulere Carthaginēsibus. Eam uero quā Iuba rex tenuit: & posterius sub Cęsare illi ademere/ nouam Libyā appellant. Est autē Numidica. Sextius igit sub Cesare Libyę prefectus: quę noua dicitur Cornificium ex ueteri Libya iussit excedere: quasi Cęsari in partitione triūuiratus uniuersa Libya ex sorte contigisset. Ille partitionem iudicantibus Triūuiris ęditam ignorate respondit: neq; prouinciam a Senatu habitam alicui prętērq; Senatui uelle concedere. Hac ex causa ad inuicem armis contendebant. Exercitum Cornificius longe maiorem & grauiorem continebat. Sextius leuiorem inferioremq; ducebat. Ex quo mediterranea quęq; percurrens: quę Cornificio parebant ad defectionem incitabat: & Ventidium Cornificij prefectum cū pluribus in eum irruentem urbe conclusus repellebat. Excurrebat & Lelius alter Cornificij prefectus Libyam quę Sextio suberat: & Cirtam urbem ipse assistens oppugnabat: omnesq; ad Arabionem regem: & ad eos qui Sittiani nūcupantur premissis oratoribus ad belli societatem pellicere tentabant. Sittiani nempe a confœderatione huiusmodi nominati sunt. Sittius Romę accusationē propriam ferre nō ausus arrepta fuga exercitū in unū comparauit. deinde ex Italia & Hiberia in Libyā enauigauit. Libycis porro regibus ad inuicē contendentibus bello/per partes opem attulit.

Libyę descriptio.

Iuba rex.

Sextius.

Cornificius.

Ventidius.

Lelius.

Cirta urbs.

Arabio rex.

Sittiani.

Sittius

Quibus autē attuliſſet cōtinue uictoria exultātibus Sittij nomē adeptus eſt. Nam exercitus eius ſplendide armis depugnabat. Caio demū Cęſari in Libya perſequenti pompeianos auxiliū impendit: & Soborram Iubę prefectū perilluſtrē occidit. Quorum omniū ob cauſam prēmiū a Cęſare ſuſcepit Manaſſis regis prouinciā nō uniuerſam tamē: ſed potentiſſimā eius partē. Manaſſes quippe Arabionis pater fuit Iubę ī bello ſocius. Huius igit' prouinciā Cęſar Sittio & Boccho Mauruſiorū regi dono cōtulit. Eius partē Sittius bis qui ſub illo fuerāt pariter diuiſit. Arabio ea tempeſtate in hiberiā ad Pompeij filios perfugit: Poſtremo Caio Cęſare interfecto in Libyam ad ſuos redijt: & libycorū nō nullos cōtinue iuniori Pompeio prēmittens in hiberiā: & bellatores inde ſuſcipiens Boccho prouinciā ademit. Sittiū quoq; interfecit dolo. Ob hęc pompeianis fauorabilis: cū eorū partes aſſidua infelicitate corruētes deſperaret/ Sittio prioris filio adhęſit: per quem Cęſari conciliatus eſt. Hunc & Sittiani ob paternam amicitiam cum Cęſare comitati ſunt. His igitur confiſus Sextius ab obſidione ad pugnam progreditur: & Ventidio ui ſuperato fugiente exercitu ob indignitatem interficiens capienſq; perſequitur. His perceptis Lelius Cirtam obſidione liberauit: & ad Cornificium ſeſe tranſtulit. Sextius rebus geſtis elatus ad ipſum Cornificiū Vticam uerſus caſtra mouet: & quanq̄ pluribus fidenti copijs econtra aſtitit. Cornificio Lelium cum equitibus ad inueſtigandos hoſtes prēmittente/ Sextius Arabionē ut a fronte Lelio obſiſteret cum equitibus pariter ire iubet. Ipſe potioribus ſtipatus e tranſuerſo equitibus irruit: eoſq; conterruit: adeo ut Lelium non inferiorem adhuc/ ne reditu prohiberetur trepidantem: tumulum qui in medio patebat coegerit adire. Arabioni uero prius aſſiſtentes interimere: & tumulum circūdare imperat. Hęc animaduertens Cornificius maioribus copijs Lelio ut opitularetur accurrit. Sextius a tergo inſtans ad illum ſubito defert: Quem ab ſe ut repelleret Cornificius nō ſine iugi labore depugnabat.

Caius Cęſar.
Soborra.
Manaſſes.
Vtica.
Inſigne prelium.

Roſcius.

Arabio interea inter petras reptantibus ſuis per prȩcipitia ad Cotnificij exercitū clam acceſſit. Roſcius caſtrorū curę dereli-ctus intercepto uallo a ſcutigerulo quodā exerto iugulo inter-fectus eſt. Cornificius pugua fatigatus per camporum auia ad Leliū curſu tranſilit: quę in exercitu geſta erant penitus igno-rans. Decurrentē autē illum cōſpicati Arabionis equites: perſe-

Cornificius profliga-tur: & interimitur.

quenteſq; interficiūt. Hęc ut geſta erant a colle ſummo cōtem-platus Lelius ſibi ipſi necem conciuit. Ducibus itaq; proſtratis hunc in modū exercitus per partes fugam arripit. Quicūq; cum Cornificio ex proſcriptione damnati fuerāt in Siciliā enauiga-runt. Alij ut quiſq; potuit abiere fuga. Sextius Arabionē; Sittia-noſq; omnes multis adornauit ſpolijs: ciuitates uniuerſis con-ceſſa uenia Cęſaris ditioni ſubdidit. Hic igit bello inter Sextiū Cornificiūq; geſto in Libya finis datus, breui profecto ſi geſto-rum celeritatē mente reputes. Quę uero ad Caſſiū: Brutumq;

Repetit quę ante ſcri-pſit ad connecten-dam hiſtoriam.

pertinent parua quidem ſi prȩmiſſa animaduertas: huiuſmodi fuere. Cum Caius Cęſar interfectus eſſet percuſſores eius capi-toliū ſtatim inuaſere. Decreta deinde obliuione omniū ab eo-dem deſcenderūt. Verū populus in cōmendatione funeris mi-ſericordia excitus interfectores Cęſaris hinc inde cœpit cōqui-rere. Hi ciues a tectis abigentes ad prouincias ſeparatim profe-

Caſſius.
Brutus.

cti ſūt: quas a Cęſare unuſquiſq; ex decreto nactus fuerat. Caſ-ſius & Brutus prętores adhuc in urbe morabāt: quibus ſimili-ter a Cęſare ut prouinciarū curę aſſiſterent iniunctū fuerat: & ut Caſſius Syrię prȩeſſet: Brutus Macedonię. Neq; magiſtra-tus ante tēpus aſſumere potentes: neq; cędis odiū i urbe perfe-

Annonę cura.

rentes: cū prętores adhuc eſſent, urbe exceſſerant. His ad indi-gnitatē obtegendā Senatus ut annonę curā agerēt iniūxerat, ne medio interim tēpore aufugiſſe uiderent. Abſentibus illis Sy-

Antonius.
Dolobella.

ria quidē: & Macedonia Antonio & Dolobellę: qui conſulatui prȩerāt ex decreto delegant. Senatu ꝓmoleſte id ferente, datū eſt earū loco ut Cyrenē Caſſius adminiſtraret: Cretam Brutus:

quas ut inferiores cõtemnentes illi exercitum pecuniasq; colle/
gerant ut Syriam: & Macedoniam ultro inuaderent. Et hi circa
huiusmodi curas uersabant̃. Occiso autẽ Trebonio a Dolobella
ĩ Asia/ Antonio Decimũ inter celtas obsidente: ut a nobis prę/
missum est: conturbatus Senatus Dolobellam simul: & Anto/
nium hostes iudicauit. Brutũ autẽ & Cassiũ ad priores prouin/
cias reuerti iussit. Bruto insuper Illyriũ addendũ censuit. Cęte/
ros omnes quicunq; romanorũ nationibus exercitibusq; pręes/
sent/ ab Ionio Syriam usq; Cassio: & Bruto subesse uoluit. His
ex causis Dolobellam anteueniens Cassius/ in Syriam deducto
exercitu signa magistratus in primis extulit: & duas supra de/
cem legiones ex Caij Cęsaris exercitu iampridẽ in castris com/
morantes: exercitatasq; primo impetu assumpsit. Quippe unũ
ex suis Cęsar in Syria dereliquerat cum in Parthos prępararet
bellum. Apparatũ autẽ omnẽ illi tradidit Cecilius Bassus. Nã
cũ dignitatẽ & prętura contineret Sextus Iulius adolescens Cę/
saris affinis: legionemq; in delicijs inhoneste duceret/ conque/
rente Basso contumelijs eundem insectatus est: postremũ om/
nium Bassum appellans. Ob quę cum minus pareret ille: duci
a lictoribus confestim iussit. Tumultu inter eos turpiter exotto
cum Bassus telis: ensibusq; impeteretur/ exercitus rei deformi/
tate perspecta Iulium occidit. Milites facti primũ pœnitentia:
deinde Cęsaris timor insecutus est. Iure igitur iurando in unũ
conspirantes/ nisi uenia illis aut fides prębere/ ad mortem usq;
decertare uelle. Bassum ad hęc ipsa secum compulere. Aliam
quoq; legionem inuicem ducentes strenue pugnabant: & Se/
xtum Murcum cũ tribus legionibus a Cęsare pręmissum haud
ignaue repellebãt. Murco belli socius affuit Minucius Crispus
ex Bithynia tribus comitatus legionibus. Hi Bassũ sex iam frę/
ti legionibus obsessum detinebant. Cassius obsidione percepta
Bassi exercitũ ad se cõfluentem suscepit ultro. Murci ad hęc &
Minucij exercitus/ militibus se ex beniuolentia dedentibus: &
ex Senatus mandato ad omnia obsequẽtibus inuicẽ sibi asciuit.

Trebonius.
Decimus Brutus.

Cecilius Bassus.
Sextus Iulius.

Sextus Murcus.
Minucius Crispus

Albinus.

Prius quippe Albinus a Dolobella miſſus in Aegiptum quat-
tuor legiones ex ꝓuincia deduxerat: quę a Pompeij clade Craſ-
ſiq; ſuperfuerant. Eas ſub Cęſare olim derelictas Cleopatra de-
tinebat. Caſſius Albinū/eorū: quę agitabant penitus ignarum
in Palęſtina ſubito inuaſit: & exercitū ſibi tradere coegit/quat-
tuor legionibus aduerſum octo depugnare uetitū. Sic Caſſius
mirū in modum duodecem optimarū legionū cōfeſtim impe-
rator effectus eſt. Non nulli quoq; ex Parthorum ſagittarijs in
equis pugnare ſoliti Caſſio adhęſerāt: fama apud Parthos iam
Caſſij laus. inde increbeſcente cū olim Craſſo quęſtor aſtitiſſet eundē im-
peratore ſuo longe prudentius decertare ſolitū. Dolobella poſt
Trebonij necem circa Ioniū moram agitabat. Tributa quoq; a
Lucius Figulus. ciuitatibus exigens claſſem per Luciū figulū a Rhodijs: Lycijs:
Pamphylijs: atq; Cilicijs mercede in unum comparabat. Cum
in promptu adeſſent omnia Syriam aggredi inſtituit. Terreſtri
quidem itinere legiones duas idem agitabat: Claſſis uero a Fi-
gulo deuecta ſequebatur. Caſſij deinde copiarum magnitudi-
Laodicia urbs. ne percepta ad Laodiciam urbem ſibi amiciſſimam conuertit
iter: quam cheronneſo contiguam: & quę telluris inerant tu-
tantem: & ad mare facilem prębentem aditum in primis noue-
rat. Quo in loco abunde cōmeatū a mari capere: quo ue libuiſ-
ſet claſſem tuto conuertere liceret. Id intelligens Caſſius: ueri-
Iſthmus. tuſq; ne ab eius manibus Dolobella euaderet (Iſthmum enim
obtinebat per duo ſtadia diſtantem) lapides: omnēq; materiem
ex ouilibus: ſuburbijs: uallisq; caſtrorū in unū conferens nauiū
cauſa in Phœniciam: Lyciam: Rhodūq; pręmiſit. Spretus itaq;
ab omnibus prętercq̄ Sidonijs/ in Dolobellam claſſem mouet:
Et naues quidem abunde utriq; ad pugnam aderant: ex quibus
quinq; cum ipſis hominibus a Dolobella capiuntur. Caſſius ad
eos: qui mandata neglexiſſent denuo ex ſuis mittit: & ad Cleo-
patram Aegypti reginam: ad Serapionem quoq; in Cypro pro
Cleopatra. Cleopatra exercitū ducentem. Tyrij igit & Aradij & Serapion
Serapion. Cleopatra inſcia naues omnes: quas habebāt Caſſio pręmittūt.

Regina famem:peſtemq; :quibus Aegyptus ea tempeſtate op-
preſſa erat Caſſio duntaxat obtulit. Ob familiaritatē uero pri-
mi Cęſaris Dolobellę fauere inſtituit. Ex hac igitur ſententia
quattuor legiones per Albinū ſibi miſit:Alterumq; exercitum
ad eius opem paratū tenuit: Venti namq; incubuerant. Rhodij
autē:& Lycij neq; Bruto:neq; Caſſio ciuilibus in bellis auxiliū
afferre uelle. Dolobellę naues ad tranſitū dediſſe. nullam tamē
cū illo belli ſocietatē iniſſe fatebant. Caſſius ex his:quę in prę-
ſenti aderāt pro tempore ſeſe inſtruens/ bis in Dolobellam co-
pias mouit: Ac primū inter ſe acri odio iniere pręliū: Subinde
in re nauali inferior Dolobella apparuit. Caſſius elato aggere
murum urbis adeo concuſſit ut ruinam minaretur. Cuſtodem
autem noctis Marſum nomine cum nullo precio corrumpere
liceret turmarum duces diurnę cuſtodię pręfectos ut ſibi obſe-
querentur induxit. Quieſcente igitur per diem Marſo reſera-
tis portis Caſſius per pattes magna multitudine ingreſſus eſt.
Capta urbe Dolobella cuſtodi corporis caput obtulit: monuitq;
ut abſciſum Caſſio afferret quo proprium ſeruaret. Ille capite
deſecto ſeipſum interemit. Pari modo Marſus uita ſe priuauit.
Caſſius Dolobellę exercitum ad ſe tranſtulit: Laodicenſiū ſa-
cra publicaq; omnia prędę expoſuit. Ciuiū primores ſupplicio
affecit:reliquos grauioribus tributis ſubeſſe uoluit:urbemq; ad
extremā tandē cladem impulit. Poſt Laodicię captiuitatē Caſ-
ſius in Aegyptum copias mouit Cleopatram magnis copijs ad
Cęſarem: Antoniumq; tranſire audiens: ratus nauigationem
illi prohibere: animūq; eius erga ſe patiter ulciſci poſſe. Nam
Aegyptum eo tempore fame in primis confectā audiebat: nec
exterorum exercitum copioſum admodum Albini militibus a
principio emiſſis continere. Verū illum ſpe & impetu geſtarū
rerū exultantem Brutus ſumma celeritate ad ſe redire monuit
cū iam Cęſar: & Antonius Ioniū claſſe tranſire dicerent. Tan-
ta igitur ſpe deiectus Caſſius haud ſponte in Aegyptū tranſi-
re deſtitit. Parthoꝝ itaq; ſagittarios prędmij affectos a ſe dimiſit.

Optimum auxilium.

Oppugnatio Laodicię.
Marſus.

Dolobellę interitus.

Direptio Laodicię urbis.

Mors Ariobarçanis.

Contentio Tarſenſiũ.

Maxima Tarſenſis urbis calamitas.

Attende conſilia.

Oratores etiã ad regem eorũ delegauit: qui illum ad ſocietatẽ maiorẽ ineundam: uel etiam poſt opus inuitarent. Syriã porro ac pleraſq; finitimas nationes ad Ioniũ uſq; percucurrit: indeq; exercitũ retro mouens fratris filium in Syria cum legione una dereliquit. Ipſe equites in Cappadociã pręmiſit: qui Ariobarçanem nihil tale metuentẽ: quaſi inſidias olim ſibi pręſtruxiſſet oppreſſere: pecuniãq; eius plurimã: omnẽq; aliũ apparatũ ad eum adduxere. Tarſenſibus pręterea inter ſe diſſidentibus cum alij Caſſium prius uenientẽ: alij Dolobellam poſt illũ accedentem corona donauiſſent: utriq; enim per quandam urbis ſignificationem id effecerant: cõtendentibuſq; ad inuicẽ ueluti in mutatione maxima calamitas utroſq; inuaſerat. Caſſius igitur deuicto Dolobella mille & quingentorum talentorum tributũ exoluere illos iuſſit. Ad quod perſoluendum cum impotentes eſſent: aſſidueq; a militibus ad illos ueniẽtibus fœde cogerẽt/ omnia publica uenundare: ſacra quoq; publicis adiungere coacti ſunt: quęcũq; ad pompas aut inſignia ſeruabãt concidentes. Quibus nec ſic ſufficientibus ad ferenda onera/ magiſtratus quę libera apud eos fuere uenui ſubiecerant. Primi igitur pueri: innuptęq; puellę: mulieres deinde: tum ſenes ętate miſerandi paruo precio abalienabantur. Poſtremo adoleſcentuli: ex quibus pleriq; ſeipſos confecere: donec rebus in hunc modũ collabentibus Caſſius e Syria rediens miſertus eſt: tributi quoq; reſiduum abſoluit. Tarſus igit̃: & Laodicia calamitatibus his oppreſſę ſunt. Caſſius interea: & Brutus ad inuicẽ cõſilia ineunt. Bruto exercitũ eo ex loco mutare uiſum: & in Macedoniã ad longe maius opus ſe tranſferre. Hoſtibus quadraginta in bello adeſſe legiones: & earũ octo cũ Cedicio & Norbano iam Ioniũ pertrãſiſſe aiebat. Caſſius ecõtra hoſtes haud multifaciendos exiſtimabat: Ex inopia quippe ſeipſos facile oppreſſuros ob multitudinẽ: Rhodios: Lycioſq; aggrediendos eſſe utpote illis beniuolos & claſſem cõtinentes/ ne interagendũ eos a tergo inuaderent. Cũ inter utroſq; conueniſſet diuiſere copias.

Brutus aduerſus Lycios: Caſſius ad Rhodios profectus eſt. In ea quippe inſula eruditus grẽcis litteris: atq; innutritus fuerat. Sed cum fortiſſimis uiris nauali prẽlio eſſet certaturus proprias naues apparare ſtuduit: compleuitq;: & in Gnido exercuit. Rhodiorum quicunq; prudentiores aderant cum romanis ad arma uenire formidabant. Populus uero permaxime exultabat: & qui uetera etiam opera ad diſſimiles illis uiros mente repetebant. Naues autem eorũ uel prẽcipuas tres ac triginta in unũ conduxere: alias quoq; ad Gnidum emiſere: qui Caſſium ſimul admonerent ne Rhodios cõtemneret: quorũ ciuitas contemptores ſuos continue ulta eſſet: neq; fœdera inſuper: quẽ Rhodij cũ romanis inijſſent. ne arma inuicẽ inferrent. Si quid de ſocietate belli quereret/uelle id a romanorum Senatu diſcere: Quo iubente ad ſocietatẽ confeſtim uenturos eſſe. Hẽc uel prẽcipue Rhodij aſſerebãt. Ille bello pro uerbis decertare opus eſſe inquit. Fœdera ne arma ad inuicẽ inferrẽt prohibere. Veẽ Rhodios Dolobellẽ cõſpirãtes Caſſio inſurrexiſſe. Iubere nunc ut opem mutuo afferant Caſſio indigenti: Eos ironia uti: & ad romanorũ Senatum uelle mittere fugitiuũ: & errantem ob tyrannos in urbe cõmorantes: qui & ipſi pœnas cõfeſtim penderent: & Rhodij una cũ illis: quos in primis uenerant/ ni ſubito imperata facerẽt. Hẽc a Caſſio illis reddita. Quẽ audientes qui ſanioribus conſilijs adhẽſerãt/ maiori adhuc trepidatione tenebantur. Multitudo uero inconſulto quodã impetu Alexandrũ efflagitabat: & Manaſſem/quoniã Mithridates plurib9 nauibus ad eos cõtendiſſet: & Demetrius olim ante Mithridatẽ. Hi igit' Alexandrũ ob hẽc ĩ Pritanẽ ſibi aſciuerãt. Eſt autẽ hẽc permaxime imperatoria dignitas: & Manaſſem claſſis ducẽ inſtituerant. Emiſere tamen denuo ad Caſſiũ legationis cauſa Archelaum quendã prẽceptorẽ olim grẽcatũ litterarũ ea in inſula ut eum deprecaretur iucundũ hominẽ: & Caſſio longe pinguiorem. Is dextra eius apprehenſa ut notũ precabatur his uerbis.

Caſſius eruditus ac nutritus Rhodi.

Gnidus.

Multitudo.

Alexander.

Mithridates.

Demetrius.

Pritanis.

Archelaus.

Oratio perpropria magiſtri litterarū. Rhodij Dorici.

Ne gręcam conturbes urbem gręcorum amice ui: ne Rhodum libertatis uir amator: nec doricam ſpernas dignitatem nunq̃ ex quo nati ſumus īminutā: nec optimę obliuiſcaris hiſtorię: quā Romę Rhodiq; didiciſti. Rhodi quidem quęcunq; Rhodij erga urbes regeſq; alios: & eos maxime qui inexpugnabiles arbitrabant eſſe Demetrium: ac Mithridatē ꝓ libertate peregere: pro qua tu te laborare aſſeris. Romę uero quęcunq; uobiſcum & in

Antiochus magnus. Columnę inſcriptę.

alios & contra Antiochum magnū egimus: quorum apud nos columnę a uobis inſcriptę adhuc extant monumenta geſtarū rerum. Et hęc quidē ob genus: dignitatēq; noſtrorū: & felicitatis in hanc uſq; diem: liberęq; ſocietatis & electionis ī uos o romani dicta ſint. Tibi autē o Caſſi ſingularis quędam ineſt uerecundia in hanc urbem: & in nutricē tuam eruditricēq; ac medicinalē: & larem propriū quē incoluiſti: & preceptoriū uobis locū: & in me qui te ad alia contumeliā afferre credidi ꝓ patria bellū gerere/ ne tecum armis cogatur decertare: qui in ea enutritus eruditusq; fuiſti: neue ex duobus alterum ex neceſſitate eueniat: aut Rhodios omnes bello occumbere: aut Caſſium ab illis pugna ſuperari. Cōſulo etenim ultra quod obſecratus ſum & tanto pro republica operi aſſiſtenti deos propitios adeſſe cupio. Vos autē iureiurando deos inuocaſtis cū nuper per Caiū Cęſarem nobiſcū cōueniſtis. Fœdera quoq; ſacris addidiſtis: ac dextras inuicem complexi eſtis: quę aſſidue in hoſtes exterendę ſunt: non autē in amicos & altores. Parce nō dijs modo: ſed glo-

Fœderum uiolatio.

rię quę ad mortales pertinet: cum nulla fœderū uiolatio immanior habenda ſit/ q̃ quę delinquentes ad omnia infidos reddit amicis: inimiciſq;. Hęc elocutus ſenior Caſſij dextrā baudquaq̃ dimittebat: uerum lachrymis rigabat amplius: ſic ut Caſſius ab aſpectu eius erubeſceret: & paſſionē ex rubore palā ędderet uix ut hęc potuerit loqui. Siquidem Rhodijs minime cōſuluiſti ne

Caſſij reſponſio ad prędceptorem. Artificioſa locutio.

mihi iniuriam inferrent/ iniuria me affeciſti. Si uero eos edocens monēſq; nequaq̃ ſuaſiſti/ opem tibi affero. Aperte quippe

iniuria affectus ſum primū/q̄ auxiliū belli expetens ab his qui me erudierunt: & enutrierūt deſpiciot: ac contemnor. Deinde q̄ Dolobellā quem neq̄ erudiere neq̄ enutriere mihi antetulerunt : & quod intolerabilius eſt non mihi modo ſed Bruto: uiriſq̄ optimis quoſcunq̄ ex Senatorio ordine tyrannidē effugiſſe cernitis: & pro libertate patrię pugnātes. Et uos o Rhodij libertatis amatores Dolobellam patriā in ſeruitutē afferentem. nobis anteponitis. Quibus autē beniuolos eſſe oportuit negligitis/ ciuilibus uos bellis neutiq̄ īmiſcere ſimulantes. Eſt profecto inter ciues concertatio : quā nos poteſtatē populi affectamus eſſe. Bellum quod nunc geritᷣ apertū eſt reipublice aduerſum monarchiā cōtendentis: & uos reipublicę fauētes derelinquitis: deprecanteſq̄ pro ſuis legibus: amicitiamq̄ romanorum prę ferentes/ morte: publicatione bonorū: ſine iudicio proſcriptos/ nulla miſericordia amplexamini: ſed Senatum hęc damna patientē: & opem ſibi afferre nequeuntē conſulere uelle ſimulatis. Iam enim uobis clare innotuit ex his quę a Senatu decreta ſunt omnes: qui orientis plagas incolunt mihi ac Bruto auxiliū impendere oportere. At uero nobis finitima acquirentibus quid auxilij impenderitis ob beneficentiā: ac mercedem eorū quę a nobis ſuſcepiſtis tu ipſe cogita: quoniā nobis libertatis ac ſalutis cura ineſt : uos autē iniuria affectis nullam affertis opem: quos ęquū erat & ſi non nobis ad inuicē certantibus adeſſe: attamen imperiū ſibi uendicātes ꝓ romanorū republica utilitateq̄ repellere cū dorici ſitis. Cętерū uos rationes & opera haud multifacientes/ ſolum fœdera: quę uobiſcū egimus nobis anteponitis: & quę cū Caio Cęſare monarchię principe pariter iniuimus. Sed hęc quidē romanos Rhodioſq̄ in eorū neceſſitatibus inuicē ſibi auxilia afferre admonēt. Aſſiſtite igitur nobis in maximis romanorū caſibus atq̄ periculis . Caſſius eſt qui fœdera uobis anteponit: qui uos ad belli ſocietatē inuocat: romanus uir & romanorū prętor ut Senatus decretum indicat:

Concertatio.

Caius Cęſar.

Pompeius.

Damnati.

Confutatio.

Bellum nauale.

Rhodiorum classis profligatur.

In quo omnes qui ultra Ioniū mare incolūt ditioni nostrę sub/ esse uoluit. Hęc eadē & Brutus uobis anteponit: & Pompeius mare ad Senatus imperiū conuertens. Ad hęc preces addimus: deprecanturq; quicunq; e Senatu nuper expulsi atq; fugientes partim ad me Brutumq; uenerunt: partim ad Pompeium de/ lati sunt. Est enim ex fœdere sancitum ut prędixi/ Romanos:& Rhodios sibi mutuo auxilia impendere debere: &si ad unum duntaxat necesse sit. Si uero nos neq; prętores: neq; romanos adhuc: ueq; fugitiuos & exteros: aut damnatos/ ut qui nos pro/ scripsere profitentur existimatis/ non ad nos amplius hęc fœ/ dera sed ad romanos o Rhodij uobis extant. Nos igitur exte/ ri: & alieni: & fœderum expertes bellum uobiscum iniemus si non ad omnia nobis parueritis. Hęc Cassius altius ediffe/ rens Archelaū a se dimisit. Alexander uero: & Manases Rho/ diotū duces tribus supra triginta comitati nauibus Gnidū uer/ sus in Cassium mouent quasi illum subita nauigatione territu/ ri: & si parum spei sibi uendicarent q; in Mithridatem ad Gni/ dū deducentes belli ī exitu feliciter egissent. Remis quippe ad ostentationē usi/ prima die in Gnido deduxere moram. postri/ die uero in Cassianos exeruere classem: quod admirati illi ad eos conuertuntur: eratq; ab utraq; parte uirtutis ac potentię in/ signe opus. Rhodij leuibus ratibus subito ad hostes accurre/ bant: recurrebantq;: conuersionibusq; utebantur. Romani gra/ uioribus freti nauibus: cum se illis miscuissent/ magno impetu easdem perurgebant: quasi pedestri pugna decertantes. Cassio deinde multitudine nauiū hostiles obsidente/ Rhodij nō ulte/ rius adnauigare: & renauigare facile poterāt. Sed cum a fronte solum impetu ferrent: reuerterēturq;/ experientia omnis angu/ stia loci inclusa deperibat. Nam impetus ab acutis earū proris ad grauiores romanorū naues infirmus reddebatur. romanis ex leuioribus stabiles quędā affuere: donec tres Rhodię cum ipsis hominibus interceptę sunt: duę collisę: ac uinculis iectę: alię semifractę Rhodum uersus fuga cōtendere. Romanorū omnes

Gnidum redierũt. Ex his plures pugna laceratas reſtituere de-
nuo. Et hic quidẽ naualis belli inter Rhodios romanoſq; ĩ Gui-
do finis: Quod Caſſius cũ ageret̃ e monte cõtemplatus eſt. Re-
parata claſſe ad Loryma enauigauit Rhodioꝝ ĩ Perea oppidũ: Loryma.
peditatumq; omnem ſub Fanio & Lentulo maioribus nauibus
Rhodum prẽmittit. Ipſe octoginta ſtipatus nauibus horribili
apparatu curſum dirigit: & ad Rhodũ peditatu: claſſeq; depo-
ſita tacitus perſtitit: quaſi hoſtibus ſeipſos dedituris. At illi ala-
cres ad pugnã cõuertunt̃: duabuſq; amiſſis nauibus ſe ſubito oc-
cludunt: demũq; ad mœnia delati uniuerſa cooperuere armis:
& eos: qui cũ Fanio in littore conſtiterant continue infeſtantes Fanius.
Caſſio uiciſſim depugnabãt: qui naues ad murorũ pugnã im-
paratas/ ad mœnia mari proxima ducebat. Quod animaduertẽs
Caſſius turres fabricatas adducebat: quas ſubito erigi mãdauit.
Sic Rhodus duobus exercitibus obſeſſa ab mari pariter terraq;
excludebatur. Ciuibus autẽ tanq̃ ſubito & inopino opere nihil
molientibus haud dubiũ erat ciuitatẽ ipſam/ uel ui: uel fame ad
hoſtiũ manus cõfeſtim peruenturã. Quę prudentiores eorũ in-
telligentes nõ nunq̃ cũ Fanio: Lentuloq; loquebant̃. His ira ſe Lentulus.
habentibus/ Caſſius nemine aduertente/ media in urbe cũ ele- Proditio occulta.
ctiore exercitu conſpectus eſt/ ui nulla: aut ſcalarũ opera quo-
uis modo pateſcente ad ingreſſum. Credidere plurimi: ac ui-
ſum eſt id fautorũ ope reſeratis portis contigiſſe pietate urbis
ne fame deperiret. Sic Rhodus capitur: & Caſſius ſtatim ꝑ tri- Rhodus a Caſſio
bunali uiſus eſt: haſta appoſita/ ueluti urbe ꝑ uim capta. Quie- capta.
tem tamen militibus impoſuit prẽconis uoce: & his qui uel ui
uel prẽda deſẽquiſſent/ mortẽ eſt cõminatus. Rhodiorũ ad quin-
quaginta nominatim ipſe acciri imperat: quos ad ſe deductos
morte mulctauit. reliquos ad quinq; ſupra uiginti nõ inuentos
fuga cõdemnauit. Res omnes/ aurũ: & argentũ in ſacris: publi- Spoliatur Rhodus.
ciſq; coactũ ſibi aſciuit. Iuſſit & priuatos quęcunq; poſſiderent
ad prẽſcriptã diem ĩ mediũ afferre. Occulentibus autẽ/ mortẽ:

indicantibus decimã: ſeruis libertatẽ prẽconis uoce nunciauit. Multi itaq; a principio cũ mandatũ non in finẽ manſurũ crediderent/occuluere ſua: ſed cũ prẽmia indicãtibus dari cõſpexiſſent/ob timorẽ: dilatione habita/ prodidere omnia. Non nulli itaq; e terra effodientes: alij e puteis haurientes: quidã e ſepulchris longe primis plura protulerunt. Huiuſmodi igitur Rhodiorũ fuere clades: ad quorũ curã Lucius Varus derelictus eſt. Caſſius ob captionis celeritatẽ: nec minus pecuniarũ multitudine lętatus cęteris Aſię nationibus decẽ annorũ tributa impoſuit: eaq; cõfeſtim iuſſit afferre: quod ab illis ſerio perfectũ eſt. Interea nunciat Cleopatrã magnis cũ copijs: ingentiq; apparatu & claſſe ad Cęſarẽ per mare: & Antoniũ ire ſtatuiſſe. Eorum nempe partes ob primũ Cęſarẽ cunctis anteponẽs/ amplius ob Caſſij timorẽ properabat. Murcũ itaq; pręcipua armatorũ legione ſociatũ: ſagittarijs nõ nullis additis/ ſexaginta cataphractis nauibus ĩ Peloponneſũ ire iubet: & circa Tenarũ morã agere: Indeq; ex Peloponneſo uniuerſa percurrentẽ prędã antecapere. Quę uero ĩ Lycios geſta ſunt a Bruto: parua quidẽ. Sed quę a principio licet reminiſci: huiuſmodi fuere. Cum exercitũ ab Apuleio: quẽ ipſe ut prędiximus habebat: ac pecuniarũ ſex ſupra decem millia talenta quęcunq; ex tributis Aſię in unũ cumularat accepiſſet/ in Boetiam trãſmiſit. Decreto deinde a Senatu habito ut pecunijs his ad pręſentia uteretur: Macedonięq; pręeſſet: Illyriũ quoq; ultra Macedoniã teneret ab exercitu qui in Illyrio fuerat legiones tres ſibi uendicauit/ Vatinio qui tunc Illyrio pręerat eas exhibente. In Macedonia quoq; unã ab Caio Antonij fratre recepit. Quattuor itaq; ad has aggregans octo legionum imperator tandẽ effectus eſt: Quarũ maior pars ſub Cęſare meruerat. Habuit & equitũ multitudinem: leuis armaturę inſuper & ſagittariotũ Macedonumq; quos Italum in morem adornauit. Exercitum nempe ac pecunias in unũ colligenti felicitas huiuſmodi ex Thracia obtigit. Polemocratia reguli

Lucius Varus.

Cleopatra.

Murcus.

Peloponneſus.

Bruti hiſtoria.

Apuleius.

Senatus decretum.

Vatinius.

Caius Antonius.

Bruti felicitas.

Polemocratia.

cuiuſdam uxor uiro ab hoſtibus eius interfecto/pro filio adhuc infante uerita ad Brutū cum eo acceſſit: & uiri theſauros cum filio in poteſtate eius tradidit. Ille infantē Cyçicenis alendum miſit: donec ad parentis regnū tranſferretur. In theſauris autē infinitā uim auri argentiq; repperit: quā ad nūmorū fabricam cudi iuſſit. Cum igit' Caſſius ad eum acceſſiſſet: uiſumq; eſſet Lycijs ac Xanthijs inferre bellum/Xanthios prę Lycijs aggredi inſtituit. At hi cognito Bruti aduentu ſuburbia eorum euertere ne in ipſis moram duceret: ne ue lignorū materia uti poſſet. Vrbem porro foſſa ſepientes ab ea depugnabant. Eius profunditas quinquaginta pedū ſummā anteceſſit. Latitudo profunditatē adęquabat: ſic ut ad eam perſiſtentes telis ſagittiſq; in hoſtes uterent': ueluti fluuio quodā impermeabili in medio diuiſi. Brutus foſſam ui ſuperare cōtendens artificū operimenta adiecerat. Exercitū quoq; p diem noctēq; partiebat': & materiem a longe ueluti ī agone uoce curſuq; tranſferebat: nihil laboris ſollicitudinis ue interponens: donec opus iam ſperatū quod prohibentibus hoſtibus minime fieri poſſe uidebat': aut multis menſibus in longū duci/ paucis diebus abſoluit: Xanthijſq; intra urbē redactis obſidere eos pergit: ac non nullos a machinis alios impedimētū afferentes ad portas repulit: omneſq; cōtinue īmutauit. At illi recentes defeſſis opponētes/q̄q̄ uulneribus affecti perſiſtebant: donec propugnacula integra manſere. Cū autē & illa corruiſſent: turreſq; diſiectę forent/ Brutus quę futura erant meditatus/ portis aſſiſtentes ordines retroducere imperat. Quod Xanthij negligētia: & incuria effectū arbitrati nocte facibus accenſis ad machinas accurrūt. Veę ſtatim ex occurſu obuiantibus romanis ad portas repellunt': & cuſtodibus eas occludentibus ueritis ne hoſtes cū illis miſcerent'/ cędes ingens Xanthiorū qui excluſi fuerāt ad portas ędit'ur. Nō multo poſt & reliqui qui circa meridiē egreſſi ſunt: ordinibus quoq; denuo cedentibus: machinas omnes uno impetu incendunt.

Bruti bellum contra Xanthios.

Xanthiorū probitas.

Atrox prelium.

Cataractę.

Sarpidonium.

Inandes populi.

Insignem attende audaciam.

Capitur Xanthiorum urbs.

Quibus reseratis portis ob priorum cladem ad duo mille ex romanis simul immiscent. alijs ob ingressum impellentibus/ portę ipsę statim delabuntur/ siue Xanthijs eas demittentibus: siue machinis fortuito delapsis: adeo ut crassantibus romanis quidā interirent: non nulli intra urbem/ cum portas ulterius resetare nequiuissent/ dissectis retinaculis manerēt: Qui p angiportuū angustias delati/ a Xanthijs: qui superius imminebāt ui adacti ad forū finitimū effugiūt. Eo in loco sagittis impetiti acriter: cū ijdem arcubus telisq; carerent/ ad Sarpidoniū ne omni ex parte clauderent' subito procurrūt. Romani qui ab extra steterāt/ pro his: qui interius erant conturbati: ac uerentes/ Bruto eos circūcurrente ad omnē se obtulere experientiā. Sed cū portas ferro constipatas impellere nequirēt: neq; scalis aut turribus igne absumptis ulterius uti: quidā scalas ex tempore habendas dictitabant: alij lignorum apices muris appellentes/ ueluti per scalas ascendebant. Nō nulli funibus clauos annectentes/ superius ad murū iaciebant. cumq; aliquis affixus cōtineret/ per funes nitebantur. Inandes Xanthijs finitimi ob innatā cū illis inimicitiā Bruto adhęrētes/ ex pręruptis: arduisq; locis lapides ad ima deuoluebāt. Quos intuentes romani ob lassitudinē imitabantur: multiq; ex illis saucij interibant. Fuere qui murū transgredientes portam referarent: quę densissimis lignis: & in transuersū positis obsepta fuerat. Hi cęteros audaciores erigentes supra ligna uicissim assumebant. Tandem plures numero effecti/ portam cędere aggrediūtur: & interius minime munitā ferro/ quidam ab extra: alijs intro nitentibus effringūt. Xanthijs magno clamore in romanos qui ad Sarpidoniū confugerāt ruentibus: ueriti pro illis romani qui ad portas depugnabant: interius exteriusq; summa ui dissijciūt: & ueluti insania quadam ducti eas referāt: turmatimq; ingrediunt' paulo ante solis occasum: magna uoce conclamantes/ ut his qui interius steterant aduentantiū signū darēt. Capta urbe Xanthij ad domos ꝓprias accurrūt.

Cariores ſuorū iugulum ultro exhibentes necant. Vlulatu in immenſum orto Brutus prędam fieri arbitratus per pręconem milites reuocari imperat. Cū uero quod actum erat cognouiſſet animū eorū miſeratus libertati deditū: inducias per nūcios emittit. Illi repulſis qui detulerāt: uniuerſis ſuorū interemptis: adhibito ad pyras igne: quas propria in domo unuſquiſq; prępararat: ſeipſos inſuper iugulantes iniecere flammis. Brutus ſacra omnia illeſa pręſeruare ſtuduit. Solos Xanthiorū ſeruos cepit. Virorū inſuper mulieres quaſdam liberas: eaſq; degeneres ad centum fere & quinquaginta numerū inuenit Sic Xanthij libertatis cauſa ter a ſeipſis conſumpti ſunt. Obſeſſi nempe ab Arpalo Medo: Cyri magni pręfecto ne ſeruituti ſe ſubijcerent ſibi ultro intulere necem: & Xanthiorū urbs ab Arpalo neglecta: ſepulchrū illis pręſtitit. Similem ab Alexandro Philippi filio cladem pertulere cum tam ingentiū terraq; dominū pati renuiſſent. Brutus ab Xanthijs ad Patareas deſcendit: urbē Xanthiorū naualibus adſimilem: exercituq; appoſito ut mandatis eius obſequerent ni Xanthiorū ſortē perferre mallent: ciues monuit. Acceſſere ad eos Xanthij proprias erumnas deplorantes: ſuadenteſq; ut in melius cōſulerent rebus ſuis. Patareis nihil ad Xanthios reſpondentibus: reliquū lucis ad conſultandum illis prębitum. Brutus exercitū inde ſuſtulit. Orta luce itęq; copias urbi admouit. Ciues e mœnibus magno clamore ad omnia ſe paratos obtulere: portaſq; aperuere. Brutus ingreſſus neminē occidit: aut urbe expulit aurū ſolū: & argentū quodcunq; in urbe coactū repperit in unū congregans: priuatos etiā quod haberent afferre monuit: his pœnis & pręmijs appoſitis: quę Rhodijs a Caſſio iniunctę fuerant. Itaq; id omne collatum eſt. Seruus herum ſuū q; aurū celauiſſet accuſauit: & pręmiſſo Tribuno aurū illi oſtendit. Adductis ad Brutū omnibus: herus tacitus perſtitit. Mater ut filium ſeruaret clamans ſequebatur: ſe aurū celaſſe dictitans. Seruus a nemine rogatus ut mentientē

Deſperatio Xanthiorum.

Ter Xanthij funditus euerſi.

Arpalus Cyri magni prefectus.

Alexander Philippi.

Patareę.

Brutus Patareas obtinet.

Exemplum equitatis Bruti.

arguebat: & filiũ occuluiſſe inſtantius aiebat. Ea propter indi-
gnatus Brutus, iuuenẽ ex ſilentio: matrẽ ex paſſione miſeratus
illęſos dimiſit, aurũ quod attulerant ſecũ deferentes. Seruũ ue-
Lentulus. to ultra pręceptũ heris inſultantẽ, cruce ſuſpendit. Lentulus ea
tempeſtate Adriacũ pręmiſſus (Eſt autẽ id Smyrneorũ nauale
inclytum) portus cathenas effregit. Vrbem pręterea ingreſſus
Smyrnei Bruto ſe de- Smyrneis mãdata ſuſcipientibus, pecunijs aſſumptis ad Brutũ
dere. redijt. Lyciorum interim legati ad Brutũ uenere, belli ſocieta-
Lycij ſe dedunt. tem & quęcunq; conferre poſſent pollicentes. Tributis igitur
Lycijs appoſitis: Xanthiorũ liberos eorũ urbi attribuit. Naues
Lyciorũ cum reliqua claſſe Abydum enauigare iuſſit. nam &
ipſe peditatũ omnem eum ĩ locum deducebat, Caſſiũ ex Ionia
uenturũ moraturus: ut ambo ad Sextum tranſfretarẽt. Interim
Reuertitur ad acta Murcus in Peloponneſum claſſe delatus: ut Cleopatram naui-
Murci. gantẽ obſeruaret, cum illam circa Libyam ui tempeſtatis expul
ſam, claſſem amiſiſſe nouit: nauiumq; naufragia in Lacedęmo-
niam uſq; delata conſpexit; Reginã ualitudine correptã uix ad
propria redire potuiſſe: ne fruſtra tanto exercitu eo in loco mo-
Brunduſium. ram duceret, Brunduſium uerſus claſſem mouit; & in inſulam
portui finitimã delatus reliquũ hoſtilis exercitus: aut cõmeatũ
Antonius. in Macedoniã deferri prohibebat. Hunc Antonius longis na-
uibus quas habebat, haud fere multis: turribuſq; ratibus adue-
ctis oppugnabat: cũ exercitũ per partes magnis nauibus emit-
tens: uentum e terra, ne a Murco interciperent: uehementio-
rem expectaret. Aſſiduo itaq; labore fatigatus Cęſarẽ qui circa
Siciliam maritima claſſe cũ Sexto depugnabat, in auxilium uo-
cauit. Sic enim ſeries eatũ rerum ſeſe habuit. Pompeius qui Se-
Hiſtoria Sexti Põpeij. xtus dicebatur: magni Pompeij filiorũ ętate iunior, cum primũ
a Caio Cęſare in hiberia neglectus perſtitiſſet: quaſi nihil ma-
gnum ob adoleſcentiã inexperientiamq; facturus: ad oceanum
delatus cum paucis piraticam exercens interceptus eſt, nemine
illum ut Pompeium dignoſcente. Procedente mox tempore

plurib⁹ ad eum accedentib⁹ ingentē comparauit manū: ſeq⁹ Pompeiū profeſſus eſt: Ac confeſtim quicunq⁹ ſub patre eius: aut fratre militantes uicti ceſſerant/ ad illum ueluti proprium ducem confluxerūt. Arabio quoq⁹ ex Libya/ paternis ſpoliatus bonis: ut a nobis pręſcriptū eſt: ad eum uenit. Ita maioribus co/ pijs adauctus/ opera piraticis longe clariora adorſus eſt. Nam Pompeij nomine per hiberiā omnē populis maxime florentē: longe lateq⁹ uulgato: pręſides ſub Cęſaris imperio eam cōtinē/ tes ad manus cū eo uenire formidabāt. Quibus intellectis Cę/ ſar Carrinā amplioribus cū copijs in hiberiam miſit: qui Pom/ peium debellaret. At is leuior admodū in cōſpectū eius ſtatim uenit. Et ſubinde aduolans Carrinā afflixit. Vrbes etiā pleraſq⁹ cū paruas tum magnas ditioni ſuę ſubdidit. Ea ex cauſa Caius Cęſar Aſiniū Pollionē ut Pompeij reprimeret inſultus/ ſucceſ/ ſorem Carrinę dedit: qui forte cū illo tum bellum agitabat cū idem Cęſar extinctus eſt: & Senatus Pompeiū ultro reuocauit. Veq ille in Marſiliam delatus: quę Romę fierent intentus ex/ pectabat. Electus ſubinde maris imperator ut parens eius ante fuerat/ neutiq⁹ ad urbem redire uoluit. naues autē omnes: quę in portu aſſeruabantur aſſumens/ adiunctis his: quas prius poſ/ ſidebat/ ex hiberia mouit. Secuta demū Triūuirorū dominatio/ ne/ in Siciliam enauigauit: & Bithynicū pręторē inſulam eam ſibi dare renuentē/ artius obſedit: donec ex proſcriptione dam/ nati: & e Roma fugientes/ Ircius: & Fanius/ eam inſulam Pom/ peio dari ſuaſerunt. In hunc modum igitur Pompeius Siciliam ſibi uendicauit. qui nauibus abundans: & inſulam Italię nactus adiacentem: exercitū porro ingentem obtinens: qualem prius nunq̄ habuiſſet ex his: qui e Roma fugerāt/ liberis: ſeruiſq⁹ co/ actum: & quem Italię urbes quę uictoribus ad belli pręmia ad/ dictę fuerant ad illum pręmittebant: ad ſummū potentię per/ uenit. Hi etenim Triūuirorū dominatum: ac uictoriam dete/ ſtabantur animo: & quecunq⁹ aduerſus eos licuiſſet/ clanculum

Arabio.

Carrina.

Aſinius Pollio orator.

Bithynicus.

Ircius.

Fanius.

moliebantur. Nam ex urbibus eorũ fugientes: quasi non ulterius in patria mansuri/ad Pompeiũ properabant Italię propinquũ: & prę cęteris ea tẽpestate romanis acceptissimũ. Accedebant & ad eum uiri nautici ex Libya: & hiberia maritimis ī rebus expertissimi: sic ut ducibus: nauibus: pedestribusq; copijs: nec non pecunijs abundaret Pompeius. Quę intelligens Cęsar Saluidenũ magna classe in Siciliam misit: facillimũ opus existimans/Pompeiũ mari ꝓhibere. Ipse ex Italia ut Saluideno auxiliaret/ad Rhegyũ peruenit. Pompeius Saluideno ingenti classe propius accessit. Nauali deinde pręlio ad maris fauces circa insulam exorto Pompeij naues/ cũ leuitate: tum nautarũ celeritate: & experientia anteibant. Romanorũ uero magnitudine & grauitate laborabant. Cum autẽ fluctus iuxta pontũ moueri solitus uehementius insurgeret: & mare ab utraq; parte ob fluxum scinderetur/ Pompeij naues ob undaꝝ assuetudinẽ minus trepidabant. Quę uero a Saluideno ducebant̃: neq; constanter permanẽtes ob insuetudinẽ: neq; remos faciliter cõuertere potentes: neq; gubernaculis ad manus aptis annitentes/turbabãt̃. His ex causis Saluidenus sole ī ueſperam uergente/naues proprias reuocare in primis cogitur. Pompeius quoq; ex pugna se dissoluit: pari numero ab utraq; parte confractis nauibus. Reliquas ex labore fluctuantes: semilacerasq; Saluidenus reparare studuit: cũ ad portũ qui balearico mari ĩminet suos reduxisset. Interea suprauenięns Cęsar Rhegynis: & Hipponensibus magna spe ab uictorũ pręmijs absoluere uelle pollicitus est. nam mari ĩminentes in primis uerebãt̃: deinde uocante ipsum Antonio celerrime ad eum Brundusiũ accessit: cũ in sinistra Pompeius Siciliam haberet: cui bellum decreuerat inferre. Murcus accedente Cęsare ne in medio eius Antonijq; clauderetur/paululũ a Brundusio secessit: maiores naues in transitu obseruans: quę exercitũ a Brundusio in Macedoniã deferrent. Hę etenim sub triremiũ cura mittebantur. Vento deinde plurimo ad uotũ

Saluidenus.

Pręlium inter Pompeiũ: & Saluidenũ.

Mare balearicum.
Rhegyni.
Hipponenses.

Reuertitur ad historiam Murci.

incumbente: depoſito timore arripuere curſum/ nulla ulterius cuſtodia indigentes. Quamobrem conturbatus Murcus denuo redeuntes: inaneſq; opperiebat. Verū ille tum quidē ac poſtea reliquū tollentes exercitus/ rotundis uelis: pleniſq; ferebantur: quoad uniuerſę copię Cęſarq; & Antonius una tranſiere. Murcus igit' a dęmonio quodā lędi ſe arbitratus/ alias ex Italia profecturas: quę apparatus: cōmeatū ue deferrent/ intentus expectabat: uel ut ſuprauenientē exercitū quoad fas eſſet conturbaret. Domicius quoq; Eneobarbus ex his: qui ſub Caſſio militiā agebāt ad eū uenit: tanq̄ ad utiliſſimū delatus opus/ alijs quinquaginta ſtipatus nauibus: legionē alterā: & ſagittarios ſimul agens: ratuſq; his copijs: quas Cęſar deducebat nullum aliunde cōmeatū afferri poſſe: omnē ex Italia delatū intercludere parabat. In hunc modum nauibus longis centum: & triginta: plurimiſq; actuarijs exercitu ingenti adnauigantes/ maria infeſtabant. Interea Cedicius & Norbanus: quos a Cęſare & Antonio octo cū legionibus in Macedoniam pręmiſſos fuiſſe diximus: ex Macedonia ad Thracię montes properantes/ per mille: & quingenta ſtadia pręceſſerant: donec urbem Philippos prętergreſſi/ anguſta Torpidorum: ac Sapeorum: quę ad Raſcupolis regnum pertinent interceperant: quę unica ex Aſia in Europā tranſeuntibus notiſſimum pręſtant iter: & Caſſianis ex Abydo ad Sextum tranſmittentibus impedimentū afferebant. Raſcupolis quidē: & Raſcus: Thracij reges fratres extitere: unicę regionis principes. Verum hi de belli ſocietate inter ſe diſſidebant. Nam Raſcus Antonij: Raſcupolis Caſſij partes ſequebatur: & eorū quiſq; ter mille equites ſecum agens/ egregie pugnabat. Scrutantibus itaq; de itinerum progreſſibus: qui circa Caſſium fuerant/ Raſcupolis in hunc modū rettulit. Iter quod per Henū: & Maroniā deferret/ breue: & cōſuetū eſſe: turbiſq; refertum: ac per illud ad Sapeorum anguſta peruenirī poſſe. Hoſtibus uero ea loca detinentibus nullū ad ea patere aditum.

Tranſitus Cęſaris: & Antonij.

Domicius Neronis imperatoris auus.

Cedicius.

Norbanus.

Vrbs Philippi in plurali.

Raſcupolis: & Raſcus fratres.

Hemū credo uelit dicere. tamen Appianus ſcribit Henum.

Maronia.

Circuitum in triplo longiorem: difficilemq; ſupereſſe. Hoſtes neutiq; in occurſum uenturos cõmeatus inopia: ſed in Thraciam Macedonię loco profecturos eſſe. Quibus perſuaſi per Henum: & Maroniã arripuere iter: per quod in Lyſimachiam: & Cardiam: quę Thracij cheronneſi Iſthmum ueluti ianuę binę ſuſcipiũt pateſcit aditus. Sequẽti die ad nigrũ ſiuũ peruenere. Ibi copias ſuas recenſentes armatorũ nouẽ ſupra decem legiones ſecũ militare intelligũt. Bruti octo. Caſſij nouem: reliquas minime integras: ſed quę duas adimplerent: Ita ut octoginta millia hominũ adeſſe cenſerentur. Equitũ numerus utriq; par. Bruto Celtarũ: & Luſitanorũ equitũ quattuor millia aderant. Thracum uero: Illyriotũ: Parthenorũ: ac Theſſalorũ duo millia. Caſſium/ hiberorum: & Celtarũ equitũ duo millia comitabantur: Sagittariorũ equitum/ Arabum: Medorũq; ac Parthorum quattuor millia. Belli ſocij una ſequebantur/ Galatharum tetrarchę: qui Aſiam incolunt/ peditatũ aliũ plurimũ agentes: equitum circiter quinq; millia. Tam ingentes copias Brutus & Caſſius ad nigrum ſinum recenſentes/ ad gerendum bellum proceſſerunt: reliquis ad neceſſitates alias diſtributis. Luſtrauere prętęrea exercitum ſolito more: & ad ea quę polliciti fuerant quibuſdam promiſſa dona tribuere/ cum pecunię magnitudine confiderent. Diſponentes itaq; milites huiuſmodi muneribus atq; donis: & pręſertim eos: qui ſub Caio Cęſare olim militauerãt/ ne quis ad cõſpectũ aut appellationẽ noui Cęſaris quicq̃ moliretur: Inſuper eius gratia uiſum eſt exercitum affari. Tribunal ingens appoſitum fuit: in quod Senatores una cũ prętoribus palam conſcenderũt. Romanorũ copię cum cęteris belli ſocijs infra perſtitere: & multitudo utraq; ex parte ſeſe intuens lętata eſt: cum potentior quodammodo ſibi ipſi uiſa ſit. Audacia quoq;: & ſpes maxima accreuit omnibus tot in exercitu intuentibus: quę res militibus erga duces fiduciam adauxit. Pariunt quippe beniuolentiã cõmunes ſpes: quaſi deo aliquo

Lyſimachia.

Cardia.

Sinus niger.

Belli apparatus per M. Brutũ: & Caſſium in Aſia.

Equites.

Belli ſocij.

Luſtratio exercitus.

Cõmunes ſpes quid agunt.

inter multos conſpirante. Pręcones igitur: ac tubicines ſilentiū indixere omnibus. Quo facto Caſſius (nam ętate Brutū ante/ ibat) paulum extra ordinē progreſſus in hūc modū locutus eſt. Hoc certamen o commilitones: quod uobis cōmune in primis adeſt/ ad fidē pariter inducit: & omnia quę nos polliciti fuimus ut exequeremur impulit: quę res maiorē inſuper fidem adijcit ut in futurū uobis promiſſa tribuamus. Spes autē in uirtute ue/ ſtra militantibus ſitę ſunt: & in nobis: quos in hoc ſolio aſpici/ tis tot taleſq; ex Senatorio ordine pręſtātes uiros. Adeſt & ma/ gnitudo apparatus nō ignota uobis/ frumenti: armorū: pecuni/ arum: nauiū: ad hęc ſociorū belli auxilia ex regibus & nationi/ bus: ut neceſſe ſit eos adhortari ad promptitudinē & cōcordiā: quos apparatus: & cōmunia belli opera cōiungunt. Quibus au/ tem ex rebus calumniā inferant hi tres uiri/ inimici nobis: dili/ gētiſſime intellexiſtis: & ob id promptiſſime nobiſcum indui/ ſtis arma: Veruntamē neceſſariū uidetur ī pręſenti cauſam re/ ferare: qua potiſſimū ab ipſis ad bellū prouocamur/ optimam nobis: & iuſtiſſimam occaſionem afferentem. Nos Cęſarem in bellis uobiſcum militantes: & prętoria fungentes dignitate: ad imperium eueximus: & amici illi continue aſtitimus: ita ut non uideamur ob inimicitiam ullam inſidias illi prętruxiſſe. In his uero quę ad pacem pertinent/ nō deteſtandus nobis ami/ cis uiſus eſt: quoniam & in his honorem ab illo conſecuti fui/ mus: ſed legibus & reipublicę ornamento ac dignitati: quibus nullus ordo: aut poteſtas optima: populariſ ue ulterius inerat. Quę omnia a patribus noſtris tunc quidem cōſtituta ſunt: cum reges expellētes iureiurādo cōfirmarūt/ nullos ſe ulterius reges habituros eſſe. Quorū ſacramēto inhętētes filij: & maledictio/ nem a ſeipſis abigentes/ neutiq; in ciuitate uirū unū ſuſtinuere & ſi amicus & utilis ipſis eſſet: qui publicas pecunias: qui exer/ citū: qui magiſtratuū creationes a populo principatus gentiū a Senatu ad ſe tranſferret: & ſe legiſlatorē pro legibus/ dominū pro populo/ imperatorem Senatus uice in omnibus profiteret.

Caſſij oratio ad exer/ citum ſingularis.

Attende.

De Caio intellige.

Ea igitur quę fortaſſe minus diligenter a uobis intellecta ſunt: cum uirtutem eius duntaxat in bello cognoueritis/ex ueſtri ſola parte a nobis intelligite. Vos enim populus/in gerendis bellis/prętoribus ueſtris ut dominis aſſidue paretis: eandemq; cōditionē uiciſſim a nobis in pace exigitis. Conſulente etenim in primis Senatu: ne errore ullo teneamini/uoſipſi iudicantes: aut ſortes proferentes per turmas: tribuſue: cōſules: tribunos: prętoreſq; declaratis: & in his qui creantur utplurimum iudicium ueſtrum adhibetis: non nullos punientes: quoſdam honore digne uobis prefuere. Hac retributione o ciues principatū ueſtrū ad ſummū felicitatis gradum adauxiſtis. Sic enim dignos extollentes/ pares gratias ab illis ſuſcepiſtis. Hac preterea freti potestate Scipionē conſulem olim effeciſtis: cum in Libya uirtutis teſtimoniū illi redderetis: Et ſimiliter tribunos per ſingulos ut uoluiſtis annos/ unūquenq; creauiſtis. Diſſidētibus deinde uobis: ultra quod neceſſe fuit: quę minime mihi referre opus eſt: ſed ex quo Cęſar tyrannidem aſſumpſit/ non magiſtratū ullū: nō prętorem: non conſulem: nō tribunum ulterius ex decreto declaraſtis. Nemini teſtimonium attuliſtis. non enim retributionem quam exhiberetis habuiſtis: & ut a principaliori exordiar nemo uobis gratiam debuit/ nō magiſtratus: non imperij: non punitionis aut meriti. quinimmo quod miſerrimū omniū deputo: nō ipſis tribunis ueſtris cōtumelia affectis opem licuit afferre/ ut aliquā uobis perpetuā ſtatueretis dignitatē: ſacramq; & inuiolabilem ſeruaretis: Sed alios ſacroſanctum magiſtratū ueſtrum contemnētes: & uerendam eius ueſtem in ludibrium auferentes indamnatos: & illeſos ex unius mādato abijſſe conſpexiſtis: quoniā ꝓ uobis excādeſcere uiſi ſunt in eos: qui regē illū appellare decreuiſſent. Quam rem ueſtri cauſa pergrauiter Senatus tulit. Ad uos quippe nō ad Senatū tribunitia poteſtas pertinet: cum nihil de eo uiro palam uobis conqueri liceret:

Prior Senatus conſulibus.

Scipio minor.

In lupercalibus explosi Tribuni a Cęſare ꝙ diadema imponentem eius ſtatuę capi mandauiſſent.

neq; in iudiciũ attrahere ob exercituũ eius magnitudinem: atq; potentiã: Qui cũ ad ciuitatẽ prius pertinerent/ ſibi ipſi uendicarat. Eam ob rem reliquũ tyrannidis modũ ulciſci cogitans/ in corpus eius cõiurauit: mentẽq; illam ab optimis proceſſiſſe teſtatus eſt: opus uero paucorũ extitiſſe. Quo facto Senatus idem confeſtim cõmunem eius uoluntatẽ declarauit: & aperte quidẽ quoniã prẽmia tyrannicidis exhibenda decreuit. Continẽte uero illum Antonio/ conturbationis ſimulatione prẽſtita: & uobis neutiq; dignũ arbitrantibus ob prẽmia ciuitati magis/ q̃ ob patriẽ amorẽ auxiliũ afferre/ ab illis abſtinuiſtis ne Cẽſari iniuriam inferre uideremini: non autẽ tyrannidẽ delere uoluiſſe. Obliuionẽ igitur omniũ habendã Senatus cenſuit: & apertius inſuper necis cauſam a nullo proſequendam. Non multo poſt Antonio multitudinẽ ĩ nos concitante: Senatus adminiſtrationem nationũ potentiſſimarũ ac principatuũ nobis tribuit: omniq; telluri quẽ ab Ionio ad Syriam pertinet imperare uoluit. Vtrum ne ut ſceleratos puniens? an ut tyrãnicidas inſigni purpura faſcibuſq; ac lictoribus adornans? Quo more uiciſſim adoleſcentem Pompeiũ qui nihil ĩ his cooperatus fuerat: Pompeij illius magni filium: qui primus pro republica arma induit/ q; paululum circa hiberiam in tyrannidem latens peregiſſet/ non ſolum ab exilio reuocare ſtuduit: uerũ paternorũ bonorũ prẽcium illi ex publicis pecunijs reddendum cenſuit. Maris prẽterea imperatorem ſtatuit: ut & ipſe magiſtratui alicui prẽſideret popularis uir exiſtens. Quod opus igitur clarius: aut quod certius ſignũ a Senatu queritis? Hẽc enĩ omnia ex eius ſententia facta ſunt/ niſi uerbo ſolũ id uobis cõfiteri: quod & dicit & facit: & dicens inſimul inſignia dona largiet̃: cũ dicere & reddere fas illi fuerit. Nunc autẽ quẽadmodũ ciues noſtri ſeſe habeant intelligitis. Nulla indicta cauſa proſcribunt̃: & quẽ illis adſunt ĩ publicũ ferunt̃. Ipſi in domibus: angiportis: templiſq; trucidant̃/ a militibus ſeruis inimicis longe repulſi: nec p ſe tuti

Attende Senatũ conſiuraſſe in Cẽſarem.

Pompeius adoleſcens.

Leges.

locis omnibus: legibus etiam fugientes abire permittentibus. In foro pręterea in quo nec hoſtis quidem caput illatū eſt unq̃: ſed arma duntaxat & nauiū roſtra conferri ſolent/nūc conſulū: prętorū:tribunorū:ędiliū: & equeſtris ordinis uirorum capita abſciſa uiſuntur:& huiuſmodi facinora agentibus prędia conſtituta ſunt. Hęc igit᷑ inſurrectio quędam:& quanta prius unq̃ uiolentia erga omnes:captiuitates publicę:diuerſa odia/cū mulierū:tum filiorū:libertorū:ſeruorumq̃. Ad tantū enim cladis & ad has mutationes conuerſa ciuitas. Et his quidē facinoroſis hi tres uiri duces adſunt. Ipſi ante alios fratres patruos mutuo inter ſe proſcribentes: Dicite cum urbs ab agreſtibus barbaris capta eſt: quę his ſimilia peracta ſunt? Nullis capita abſcidere

Celtę.

Celtę.Nō defunctos cōtumelia perſecuti ſunt.Nō adhuc bellū gerentibus latere aut fugere prohibuerunt.Neq̃ nos urbē ullā quā manu cepimus hunc ī modū pertractauimus: neq̃ alijs ut

Roma.

id facerēt perſuaſimus:qualia nūc nō priuata ciuitas:ſed aliarū

Tarquinus.

longe illuſtrior atq̃ prior ab his ſuſtinet:qui rempublicā cōſtituere uelle ꝓfitent.Quid ſimile Tarquinus fecit:quē ob unius mulieris cōtumeliā ex amore prodeuntē/ regē adhuc urbe eiecerūt? nec ob unicū dūtaxat facinus:ulterius regnare romę uoluerunt.Et hęc agentes o ciues hi tres uiri ſceleratos nos appellant:& Cęſaris necē ulciſci uelle prędicāt:proſcribūtq̃ qui minime affuere cū interēptus eſt: Ex quibus pleriq̃ adſunt ex his quos cernitis ob diuitias:aut nobilitatē:aut popularis ſtatus uoluntatē ab ipſis proſcriptos eſſe/ Eo modo quo Pompeius lōge

Pompeius.

in hiberia tunc exiſtēs cū hęc a nobis cōfecta ſunt/ nobiſcū reus eſt:quoniam ipſius pater popularis fuit: Eamq̃ ob cauſam ꝙ a Senatu reuocatus & maris imperator creatus eſt:hi tres eū proſcripſere uiri. An mulieres ad Cęſaris necē conſpiratunt: quas ad tributorū oneta proſcribunt? Quid populus quem ad centū millium numerū ſub pœnis:& indicijs obnoxiū cenſum afferre imperant: & uectigalibus exemptū ad onera compellunt?

Quę tamen ſic agentes/ne dum his: qui ſub ipſis militant pro-
miſſa adimpleuere munera. Nos autē a quibus nihil impiū pa-
tratum eſt: quę polliciti eramus uobis exhibuimus: & parata
alia ad retributionem ſeruamus amplioꝝ. Sic nobis deus tanq̄ Deus.
iuſta operantibus pręſtat auxiliū. Ab eo enim quę ad homines
pertinēt cognoſcere debetis/ ad ciues ueſtros flectentes oculos:
quos plerūq; uobis pręſidentes aſpexiſtis prętores: conſules: &
ad ſummū dignitatis elatos gradū laudatos uiros nunc ad uos
ut ad pios & populi fautores fugientes cernitis/ partes ueſtras
extollentes: & omnia uobis proſpera exoptātes. Multo quippe
iuſtiora a nobis pręmia eos conſeruantibus promiſſa ſunt: q̄ ab
illis his qui occidiſſent pollicent̄. Nūquid animaduertūt Caiū
Cęſarē/q; principatū ſolus ſibi uendicaret noſtris manibus in-
terfectum eſſe? Et eos qui id ſibi pręſtitiſſent/ a nobis nullius
precij habendos fore? nec in ipſis ſed populi in medio rēpubli-
cam eſſe poſituros: quemadmodum patrijs ex legibus conſcri-
pta eſt? Cum nec ab ſimili opinione atq; ſentētia bellum inter
utroſq; aſſumptū ſit: ſed ob poteſtatem atq; tyrannidem ab illis Tyrannis.
quā in proſcriptionibus palam oſtenderūt a nobis minime qui
ob patrię duntaxat libertatem depugnamus ita ut ſub legibus
ut ęquum eſt priuatim degat. Queamadmodum igitur hi uiri:
& ante hos immortales dij de rebus noſtris iudicent uidetis.
Maxima ſemper in bellis ęqui iuſtiq; ſpes proponitur. Neq; q̄ Nota.
ſub Ceſare militaueritis aliquādo/ in animo uobis ſit. Non enī
illius quouis modo milites/ ſed patrię fuiſtis: Neq; ſtipēdia aut
munera uobis prębita Cęſaris propria fuere: ſed reipublicę. Si-
cuti neq; ī preſenti exercitus iſte Caſſij eſt habēdus: neq; Bruti
magis q̄ romanorum ciuium. Nos autem uobiſcum cōmilito-
nes romanorū pretores ſumus. Quę ſi bellū contra nos agentes
intelligerēt/ liceret omnibus nullo periculo deponere arma: &
exercitus omnes urbi cōdonare: & quę utilia illi forent prędeli-
gere: quę ut eligāt adhortamur. Sed exquo admittere recuſant
nō etiā p proſcriptiones: & omnia alia quę faciunt admittent.

Intermiſſio orationis.

Reſumptio otationis a Caſſio.

Eamus itaq; cõmilitones certa ſpe confiſi: audacia minime ſeruili ꝓ Senatus libertate: populiq; romani depugnantes. Acclamantibus omnibus eamus: & ſtatim duci deprecãtibus/ promptitudine eorũ exhilaratus Caſſius iterũ ꝓ preconẽ ſilentiũ indixit: & ſubinde in hũc modũ fari cœpit. Dij omnes iuſtoꝝ duces preliorũ ꝓ fide uobis o cõmilitones: ac promptitudine gratias condignas reddant. Que uero ad prouidentiã imperatorũ humanã pertinẽt/ op plura: ac meliora q̃ hoſtibus noſtris nobis adſint his uerbis diſcite. Legiones armatorũ pares numero illis ducimus. Plures ad neceſſaria multis in locis dereliquimus. Equitatu: & claſſe longe ſuperamus: tũ ſocijs belli: regibus: nationibusq; ad Medos uſq;: & Parthos. Ipſi nobis dũtaxat a fronte ĩminent. Nos illis a tergo quoq; pariter inſtamus. Pompeiũ nobiſcũ cõſpirantẽ in Sicilia habemus: Murcũ in Ionio. Adeſt & Norbanus magno exercitu & cõmeatu duabus ſeptus legionibus: quem ſagittarij aſſidue claſſem infeſtantes perſequunt. Queq; alia maris terreq; ab inimicis poſt nos pura relinquentes.

Pecunię bellorũ netui

Pecunię nobis ſuppetũt: quas nõ nulli bellorũ neruos ſolẽt appellare. Ipſis uero nullę adſunt: neq; pollicita ſuis militibus adimplere potuerũt. Non proſcriptorũ bona ad opinionẽ eorũ ſucceſſere/ nemine ex eorũ numero qui boni habent/ proſcriptorũ prędia inuidię ſubiecta comparante: Neq; aliunde quid capiãt ulterius nouere. Italia ſeditionibus: tributis: proſcriptionibuſq; uexata. Nobis uero in tanta rerum ſollicitudine & preſentia abunde ſuppetunt adeo ut alia confeſtim uobis tradituri ſimus: & multa ſuper his quę a nationibus a tergo exiſtentibus collata peruehũt/ cõmeatus: itineriſq; ſeminaria/ magnis ſuffectura exercitibus: quorũ illis ſũma eſt inopia/ niſi ſi quę ex ſola

Macedonia.

Macedonia/ mõtana natione: aut ex theſſalia ꝓuincia artiſſima difficillime ſuſcipiũt: quę terra magno labore illis conuectare opus eſt. Si quid ex Libya aut Lucania: aut Apulia afferre cupiũt/ omnibus ĩ locis a Põpeio: Murco: Domicioq; intercludũt.

Theſſalia.

Libya.

Lucania.

Apulia.

Nobis uero per ſingulos dies: minimoq; labore/non a mari modo: inſuliſq; omnibus: ſed mediterraneis quoq; ex locis a Thracia uſq; ad fluuiū Euphratem copię afferunt: & hę nullo prohibente: cum nullus nobis a tergo inſtet hoſtis: ut in nobis ſit & bellum accelerare: & per ociū hoſtes inopia ſimul fameq; conterere. Tot & tanta uobis adſunt o cōmilitones ultra ſollicitudinem humanā prępatata. Reliqua autē illis a uobis: dijſq; īmortalibus cōueniēter accident. Nos omnia quę uobis ī primis polliciti fuimus exhibētes: & fidē ueſtrā munerū multitudine digne cōpenſantes: maius inſuper certamē quod ex deorū ſentētia futurū eſt/ ampliore proſequemur gratia: ac nunc quidē his qui ad id promptiſſime acceſſerint. Huius igit concionis cauſa ſtatim ab ipſo tribunali militi mille quingētas drachmas Italas: Turmę duci quincuplum: Tribuno amplius ad eundē tribuemus modū. Hęc effatus & uerbo & opere muneribuſq; eos inſtruens cōcionē dimiſit. Ipſi perſiſtētes Caſſiū ac Brutū ſūmis extulere laudibus: ac p illis quę ęqua forent facturos ſe obtulerunt. Hi uero munera illis confeſtim perſoluerūt: & alia porro ad occaſiones multas illuſtrioribus impenderūt: & qui ſuſcepiſſent cōtinue armatos per partes emittebāt: nec multo poſt ipſi inſecuti ſunt. Binas aquilas ad eos aduolantes ī argenteis uexillis conſediſſe fama eſt/ ſe inuicē roſtris: unguibuſq; lacerantes: uel ut alijs placet ſe mutuo obſeruātes ac manētes: quę publicis alimonijs a prętoribus educatę ſunt: eaq; die quę pugnā anteceſſit uolantes abierūt. Per biduū itaq; nigrū ſinū trāſeuntes ad Henū peruenerūt: ſupraq; illum quęcūq; alia uſq; ad Serrium montē maritima omnia ſibi uendicarūt. Serrio pelagus uerſus inclinante/ ipſi per mediterranea arripuere iter. Tulliū ad hęc Cimbrum cum nautis: & armatorum legione una: ac ſagittarijs quibuſdam littus maris adnauigare iubent: quod iampridem inhoſpitū fuerat quanq̄ tellure opima/ Thracibus minime mari utentibus: aut ad maritima deſcendentibus: aliorum gręcorum metu: & heraclidarum eas pelagi oras detinentium.

Finis orationis Caſſij.

Oſtentum.

Serrius mons.

Tullius Cimber.

Littus Thracię.

Philippus Amintę.

Cedicius.

Stratagema.

Rascupolis consiliũ.

Arpessus fluuius.
Hermus.

Floruere quippe mercatorum cõmercijs: & agricultura olim ea loca/oblectantibus se in his thracibus ob montiũ uarietatẽ: donec Philippus Amintę filius gręcos alios: & in primis heraclidas in bellũ mouit: ita ut his temporibus prętet sacellum unicũ nihil prętereuntibus intueri datum sit. Hoc itaq; desolatũ littus Tullius undequaq; percurrẽs: ut a Bruto imperatũ fuerat regiones accõmodas metiebat': diuidebatq; exercitibus: nauibusq; p partes aduentabat: ut Norbanus angusta illa/ueluti custodię inutilia defereret. Quę res ad uotũ cõtigit. Norbanus quippe nauiũ dubitatione pmotus ad Sapeoȝ angusta tumultuari cœpit: & Cediciũ ex turpilijs magna trepidatiõe i auxiliũ uocauit: cui ille subito affuit. Turpiliorum igit' derelictis angustijs/ Brutus agmen prędedere imperat. Simulatione deprebẽsa/ Norbanus & Cedicius Sapeorũ loca summa ui prędmuniũt/ adeo ut militibus Bruti neutiq; per ea pateret aditus. Desperatio igit' eorum mẽtibus denuo incidit/ ne circuitũ quẽ prius euitassent/ a principio cogerent' ingredi: & obsessa circũquaq; peragrare/ deficiente tẽpore ad id cõmodo. Sic igit' se habentes/ Rascupolis his uerbis allocutus est. Cõpendiariũ adesse iter iuxta ipsum Saperũ montẽ dierũ triũ: hominibus quidẽ in prędenti inuium ob rupiũ asperitatem: & inaquosa loca/ siluis referta undiq;. Cęterũ si aquã deferre uelint: & per semitas angustas progredi: quę transitũ tamẽ prębeãt ex arborũ cõdensitate: ne ab auibus quidẽ prędentiri posse/ quarta die ad Arpessum fluuiũ facile uenturos: qui in Hermũ defluit: ex quo per diẽ unã ad Philippos delati: inopine hostes prędenirẽt: quos debellare ad ultimũ liceret/ cũ nullus illis aliunde pateret reditus. Quibus edocti milites: quanq̃ itineris difficultate deterriti/ nihilominus spe adhibita tam ingentẽ exercitũ deprehendi posse/ partẽ ex suis cũ Lucio Bibulo prędmittunt: qui una cũ Rascupoli iter caperent. Hi igit' summo labore cũ eodẽ tamen sollicitudine: & impetu usi ꝓcessere/ freti potissimũ ꝙ ex his quos prędmiserãt nõ nulli redijssent/ flumen se a prospectu uidisse referentes. Quarta die

itineris aſperitate defeſſi: ac ſiti laborãtes deficiente aqua: quã triũ dierũ itinerationẽ accelerantes deferebant/ q̃ ea loca ina/quoſa dicerent̃/ trepidare: & ne per inſidias circũducerent̃ ex/paueſcere cœperũt/nõ q̃ his qui redierãt: fluuiũ uidiſſe dicen/tibus/ minus crederẽt: ue᷒ p̃ diuerſa itinera ſe duci exiſtiman/tes excandeſcere: & exclamare: & Raſcupolim ad eos accurren/tem: & adhortantẽ intuentes criminari: & repellere a ſe nite/bantur. Bibulo ſuppliciter orante ut reſiduũ itineris ęquanimi/ter perferre uellent: fluuius circa ueſperã a primis conſpectus eſt: & ſtatim acclamatio maxima: ut ęquũ erat: cũ lęticia audit̃: quę ab his qui ſequebant̃ excepta ad poſtremos peruenit. Bru/tus igitur: & Caſſius intellecta re per prę̃rupta quę̃q̃ reliquos agentes deferuntur. Ea uociferatio minime hoſtes latuit: adeo ut eos prę̃uenire nequiuerint. Nam Raſcupolis frater Raſcus ex clamore quod erat ſuſpicatus/ hoſtiũ adeſſe aduentũ ingenti admiratione correptus eſt tam ĩmenſum exercitũ p̃ inaquoſa iter tenere potuiſſe: quę ne feris ex ſiluaq̃ opacitate peruia exi/ſtimaret. ac ſubito Norbanũ: cęteroſq̃ certiores facit. Illi ex Sa/peorũ locis nocte fugientes Amphipolim uenere. Sic Thraces ambo fratres prę̃ſidia exercitibus ſuis prę̃ſtitere: unus p̃ igno/ta deducens loca: alter ne id etiã ignorans actũ. Milites interim Bruti admirabili audacia in Philippos deſcendere. Eo loci Tul/lius uiciſſim delatus eſt: & uniuerſus cõſedit exercitus. Philip/pi ciuitas eſt quę Datos olim dicebat̃: Crenida ante Dati nomẽ appellata. Fontes quippe plurimi circa collem/ uberibus ſcatu/riunt aquis. Eum locũ Philippus ut accomodũ metatus ſuper Thraces uallo ſepſit: & a ſe Philippos nuncupauit. Condita eſt enim ciuitas in prę̃rupto quodam colle: cuius magnitudo collis latitudinẽ complexa eſt. habetq̃ a ſeptentrione ſaltus & nemo/ra: ad quę Raſcupolis Bruti exercitũ conſidere monuit. A me/ridie palus adiacet: & mare ultra illã. Ab oriente Sapeorum: & Torpilo᷒ uiſuntur anguſta. Ex occidente campus ampliſſimus

Attende.

L. Bibulus.

Raſcus.

Amphipolis urbs.

Deſcriptio urbis Phi/lippi pluraliter nun/cupatę.

Creni fons eſt.

Campus Philipporū.
Murcinus.
Drabiſcus.
Zygos iugum eſt.
Collis Dionyſius.
Templa aurea.
Epidamnus.
Strymon fluuius.
Ganga fluuius.
Thaſus urbs.
Neapolis.
Pinarius.

ad Murcinū uſq; & Drabiſcū & Strymonis fluuiū ꝑ tercenta & quinquaginta ſtadia protendit: gramine uberrimus: & amœnus: In quo puellā per uim cōpreſſam florē induiſſe fama eſt: & fluuius ſubinde Zygacus. In eo dei licet exiſtentis iugū: curru mq; cōfractū eſſe memorāt: & ob id fluuio nomē inditū. Eſt autē campus ad imū procliuis: ita ut aptiſſimus ſit his qui a ſuperiori a Philippis aduerſus eos: qui ab Amphipoli ꝓgrediūt. Philippoq; prꝫterea collis nō longe alius: quē Dionyſiū nominant: in quo aurea templa eo nomine cōſecrata ſunt. A Philippis per decē ſtadia progreſſo: alij bini colles ſeſe offerūt: ab illis per octo ſupra decē ſtadia diſtantes. Ipſi ab inuicē per octo ſegregati ſtadia. Horū in altero qui ad meridiē uergit Caſſius caſtra metatus eſt. Brutus altera ex parte in colle qui ad Arcton pertinet cōſedit: & Norbanū ulterius cedentē minime inſecuti ſunt. Iam enī Antonius aduentare dicebat Cęſare ob ualitudinē in Epidamno cōmorante. Erat itaq; campus ad prꝫliandū peraccōmodus: colles ad metanda caſtra oppoꝛtuni. His uero i circuitu una ex parte paludes ſtagnaq; iacebāt uſq; ad Strymonis fluuiū. ex alia anguſta loca & impermeabilia. Inter utroſq; colles octo ſtadiorū planicies inerat: peruia & in Aſiā & Europam quaſi ꝑ portas quaſdā itinera emittebat. Hanc illi a uallo ad uallū muniere muro portas quaſdā in medio linquentes: ita ut bini exercitus unius duntaxat imaginē prꝫferrent. Decurrebat & iuxta fluuius: quē Gangā nō nulli: quidā Gangitim uocāt. & mare a tergo aderat: a quo apparatus omnes ingreſſus & egreſſus uidebant habituri. Thaſum quippe ut horreum belli per centū ſtadia diſtantē cōſtituerant. Ingreſſū autē triremibus Neapolim: quę per octoginta ſtadia aberat. Loco itaq; cōfiſi exercitus munierant. Interea Antonius ſumma celeritate exercitū agebat: ratus Amphipolim ad belli cōmoditatē protinus inuadere. Vrbē deinde a Norbano munitā intelligens exhilaratus eſt: omnēq; apparatū cū una legione: quā Pinarius ducebat in ea dereliquit. Ipſe audacter admodum progreſſus in campo

cõſtitit: ac ꝑ octo ſtadia ab hoſtib⁹ caſtris caſtra poſuit. Tũc uero exercituũ exilitatẽ: ac copiã inſpicere palã licuit. Bruti enĩ & Caſſij milites roſido in loco: Antonij imo in campo metabant̃. Illi ex mõtibus prodibant: Antonij ex paludibus. Illi ex fluuio aquationẽ aſſumebãt: Antonij ex puteis: quos repẽte effoderãt. Cõmeatũ prẽterea paucorũ ſtadiorꝝ ſpacio ex Thaſo illi afferebant: Antoniani ꝑ quinquaginta ſupra tercenta ſtadia ab Amphipoli adducebãt. Creditũ eſt etiã Antoniũ neceſſitate cõpulſum id egiſſe. Cũ qꝫ nullũ irriguũ locũ obtineret: reſiduũ uero campi: utpote decliue: pleruꝫ ſtagnãte fluuio latioribus inundaret aquis/ fontes laticũ dulces: & perennes effoſſis puteis inueniſſe. Huiuſmodi igit̃ audacia: quę ex inopia proceſſerat/ cũ ſic illis proximus ex itinere/ magno animo frẽtus acceſſiſſet: hoſtes uehemẽtiſſime cõterruit. Caſtella itaqꝫ plurima: & ea ſumma celeritate/ foſſis: muris: uallisqꝫ munibãt. Vallabãt & hoſtes quę reſidua camporũ ſuperfuerãt. Caſſius Antonij impetũ furenti adſimilẽ intuens/ quicqd ſupererat campi: & ab exercitu ĩ paludẽ ob anguſtiam loci haud multifecerat: uiciſſim prẽmuniuit: ita ut nihil omni ex parte munimine careret: niſi quę a Bruti latere prẽrupta inerãt. Caſſij ex parte palus: & mare paludẽ ultra cõtinebat. Cętęꝫ quicquid ſpacij medio interfuit/ id omne foſſis: uallis: muris: portiſqꝫ firmauere. Sic ambo exercitus caſtris ſe inuicẽ tutati ſunt. Interea equitũ: uelitũqꝫ leuibus quibuſdã inter ſe prẽlijs uires experiebantur. At cũ omnia quę animo cõceperãt perfecta uiderẽt̃: Cęſarqꝫ applicuiſſet: nundũ tamẽ ĩ bellũ firmus: lectica enĩ ĩ exercitũ delatus uenerat: ſubito qui ex parte eius ſteterãt explicauere aciẽ. Econtra Bruti milites editiori in loco ſe pugnę prẽpararũt: nec propterea ad ima deſcẽdere/ minime prẽliũ inire decernẽtes: ſola cõmeatuũ inopia hoſtes expugnare rati. Erat peditũ numerus utriſqꝫ nouẽ ſupra decẽ legionũ. Veꝫ qui a Bruti parte ſteterãt/ aliquãto inferiores numero fuere: Qui a Cęſaris parte ſuperiores. Equitum Thracum Cęſari & Antonio tria ſupra decem millia. Bruto &

Audacia ex inopia.

Copiarũ numerus.

Caſſio uiginti millia aderãt: ita ut uirorũ multitudine: imperatorũ audacia ac uirtute: armoꝝ inſuper apparatu ſplẽdidiſſimũ utraq; ex parte ſpectaculũ ederẽt. Per plures igit̃ dies cũ pręliũ inire diſtuliſſent/nihil inſigne peractũ eſt/ob eos: qui circa Brutum erant dũ hoſtes cõmeatibus prohibere meditant̃: Ipſi Aſiã propinquã admodũ: & neceſſaria exhibentẽ cõtinerẽt/uniuerſa e mari quibus indigerent ſuſcepturi: Hoſtibus econtra nihil uel domeſticũ ſupereſſet. Nõ enĩ ab Aegypto per negociatores quippiã aſſumere licebat ob ſterilitatẽ: famẽq; regionis: neq; ex hiberia aut libya ob Pompeiũ: neq; ex Italia ob Murcũ & Domiciũ: neq; Macedonia & Theſſalia in longum illis ſuffecturę uidebãt̃: quę ſolę ea tẽpeſtate cõmeatũ exercitibus eorũ ſuppeditabant. Quę omnia intelligẽtes Bruti milites/tempus in longũ differre ſatagebant. Antonius hęc ipſa ueritus p uim eos ad pręliũ prouocare inſtituit: & paludẽ/ſi qua poſſet/peruiã clanculũ efficere: ut a tergo hoſtibus adhuc inſcijs profectus/cõmeatũ qui a Thaſo ferebat̃ interciperet. Subito itaq; ſuis ad pręliũ inſtructis utraq; ex parte uniuerſis elatis ſignis: ut omnes ĩ aciẽ eduxiſſe uideret̃/ partẽ eorũ die noctuq; ſemitã quandã peranguſtam ĩ palude iubet ſubſternere: arundines ſenſim incidentes: & tellurẽ: lapideſq; utrinq; inijcientes ne agget ſolueretur. Profunda uero utroq; ex latere lignis in crucẽ actis cõfirmauit: iunxitq; põtibus miro ſilentio ne quis pręſentiſceret. Aſpectũ quippe operis arundinũ opacitas circa ſemitã celabat hoſtibus Decẽ dierũ ſpacio perfectis omnibus inſidias recto tramite per noctẽ propere emittit: & quę deſtituta erãt ſpacia in medio apprebẽdit: ac caſtella plura cõmuniuit. Caſſius operis machinationẽ & fraudẽ admiratus: & quę ab Antonio caſtella erecta fuerãt excludere feſtinans paludẽ omnẽ quę ſuperat muro uallauit/a caſtris uſq; ad mare omnia ſubſternẽs: ac pontes inſtruens & uallũ cõſtratis in locis & ualidis imponens: & quę ab Antonio facta erat ſemitã eripiens/ne in ea exiſtentes excurrere ullo in loco poſſent: aut ipſe ſuis auxiliũ afferre. His circa meridiem

Inſignem nota apparatum.

Aegyptus.

Antonij in re militari aſtus.

Caſſij opera in Antonium.

ab Antonio perceptis/nulla interpoſita mora/cū ira: & impetu exercitū: quē ex aduerſa parte inſtructū tenuit/propere cōuertens/ad Caſſij munimēta: quę paludis & exercitus ī medio erecta fuerāt educit: ferramēta: ſcalaſq; ī unū afferens: q̄ſi effracto uallo in caſtra eius irrupturus. Cōcurſu itaq; facto cū audacia e latere ex aduerſoq; campi ī medio inter utriuſq; exercitū/Bruti milites ad cōtumeliā id referētes: tam audacter diſcurrētib⁹ eos hoſtibus in armis exiſtentes/ pręfecti cuiuſdā mādato exciti ferūt: & quoſcūq; ex trāſuerſo inſurgētes impetu cędūt. Incboato iam belli opere: & exercitu Cęſaris a fronte ipſis conſtituto/ in eum decurrūt: ac cōuerſū fugientēq; inſequi nitūt: donec p ipſū erupere omnes: qui Cęſari cū Antonio cōmunis fuit: abſente tamē Cęſare ob inſomniū & diē illū obſeruāte diligētius: ut ab eodē ī cōmentarijs ſuis perſcriptū eſt. Antonius pugnā iam effuſam intuens/ lętitia correptus eſt: q̄ſi neceſſitate duceret: nā cōmeatus uerebat inopiā. Cōuertere igit milites in campo noluit ne phalangē diſſoluendo cōturbaret. Vt igit inſigne quippiā acturus/ magno impetu aciē mouit: & curſu pariter aſcenſum capit. Repulſus deinde nō ſine iugi labore perſtitit: donec p uim Caſſianę phalangi ſeſe īmiſcuit/ordinē ſibi appoſitū cōſeruanti adhuc: & quod actū fuerat: ueluti irrationabile quoddam admiranti. Qua repulſa ingenti animo ad ualli murum ſe proripuit: qui cāpi in medio paludiſq; cōſtiterat: uallū ſūma ui dilacerās: & foſſam tellure obruēs. ędificiū quoq; ſuffodiēs mira celeritate: & qui p portis ſteterāt/ fœda ſtrage undiq; pſternens: & quęcūq; a muro proijciebāt opperiens intrepidus: donec per portas tandē ingreſſus eſt. Alij per ualli ſciſſuras introierūt: qui deſcedētibus inſurrexere Caſſianis. Et hęc tanta celeritate effecta ſunt: ut bis qui ad paludē perſiſtebāt/operis cauſa ī auxiliū accelerātibus/ipſi occurrerēt: iam murū ualli detinentes. Auertētes itaq; illos uehemēti impetu: & ad paludem uſq; propellentes/ad Caſſij caſtra demū redierūt: quicunq; ſoli cum Antonio intra murū progreſſi fuerāt: reliqua alia multitudine

Antonij audacia.

Attende pugnam.

Vincitur Cęſaris exercitus a Bruto.

Cęſar de inſomnio in cōmentarijs ſuis.

Virtute Antonij uincitur Caſſius.

utraq; ex parte ab extra depugnāte. Caſtra interim q̃ſi deſtituta pauci tuebāt: Qua ex cauſa Antonius facillime illis potitus eſt. Et iam Caſſiani milites exteriori quoq; ex parte uicti ceſſerāt: cum caſtra ab hoſtibus intercepta cōſpicati ī fugā nullo ordine palantes abeunt/ Sic ut ab utriſq; pręliū confectū uideret. Brutus quippe ſiniſtrā hoſtiū aciē: occupatis eoꝝ caſtris loco mouerat. Antonius alia ex parte deuicto Caſſio: admirabili audacia hoſtiū caſtra predabat: Eratq; cędes utrinq; uaria. Ob amplitudinē uero campi: & pulueris in īmenſū elati nebulā/ uix ſe inuicē intueri poterāt: donec ſe mutuo interrogantes reliquos ad ſigna reuocabāt. At illi gerulonibus potius q̃ militibus adſimiles redibāt. Neq; tūc quidē una lętari: aut ſe mutuo intueri licebat: cū alij quęcūq; attuliſſent/ ab alijs temere aggreſſi proijcerēt: quę res magnā turbationē utriſq; attulit. Eo ī pręlio ad octo millia Caſſianorū lixis & ſeruis additis cecidiſſe exiſtimant. Ex Ceſaris parte bis totidē interijſſe. Caſſius caſtris exutus: cū nec ulterius ad exercitū redire poſſet/ Philippoꝝ collē ꝓpere aſcendit: eminus quę geſta erāt inſpecturus. Cęterū ob puluerē undiq; elatū: minus diligēter uniuerſa proſpectabat: Caſtra duntaxat ab hoſtibus capta eſſe diſcernebat. Pindarū itaq; ſcutiferū eius enſem exerere: & necē accelerare imperat. Cunctāte Pindaro: ſuperueniens quidā/ Brutū altera ex parte uictoria potitū hoſtiū caſtra deprędari nūciat. Quo audito Caſſius: hoc ſolum reſpōdit. Viciſſe nos illi uictoriā dicito omnē. Deinde ad Pindarū cōuerſus quid cunctaris inquit? cur me a turpitudine iſta nō eximis? Pindarus igit̃ berū ſuū iugulū ultro prębentē neci tradidit. Sic pleriq; Caſſiū interijſſe autumāt. Alij referūt accedentibus ad eum ut uictoriā annūciarēt/ Bruti militibus: hoſtes ſuſpicatū/ Titiniū qui ueritatē ſcrutaret̃ pręmiſiſſe: quē ut Caſſij beniuolū circūſidētibus cū lętitia militibus: & ob id magna uoce cōclamantibus: inter hoſtiū manus incidiſſe exiſtimantē: hęc dixiſſe. Suſtinuimus raptū ab hoſtibus intueri amicū: & ad tabernaculū quoddā cū Pindaro ſeceſſiſſe: nec ulterius Pindaꝝ ab ullo fuiſſe conſpectū. Quāobrem nō nulli credidere neutiq;

Victoria mirabilis utraq; ex parte.

Quantū obeſt puluis.

Pindarus.

Attende.

Caſſij interitus.

Plutarchi opinio.

iubente illo/ a Pindaro interfectũ esse. In hũc modũ Cassiũ de/
cessisse memorãt: eomet die qui natalis illi fuerat: ĩ quo prẽliũ
incidit. Titinius ob eius tarditatẽ/ Cassium se interemisse autu/
mans: se quoq; paritet occidit. Brutus cognita Cassij nece mul/
tis lachrymis ut optimũ romanoꝝ lamẽtatus est: q̃si neminẽ illi
parẽ ob uirtutẽ ulterius futurũ/ agẽdi promptitudine: ac celeri/
tate: & simul beatũ testatus est/ a curis: cogitationibusq; liberatũ
quẽ ipsũ ad tam ingentis operis finẽ excitarent. Deinde amicis
corpus exhibẽs/ clam ab omnibus sepeliri iussit/ ne intuẽtes mi/
lites ad fletũ cõcitaret. Ipse cibi: somniq; expers uniuersam no/
ctẽ in cõfirmãdis Cassij copijs absũpsit. Orta luce hostibꝰ se ad
bellũ prẽparãtibus/ ne numero debilitati uiderent̃ esse/ Brutus
eorũ petcepto astu/ Induamus & nos arma inquit: ut pari simu/
latione nõ inferiores illis esse uideamur. Eductis in aciem mili/
tibus: hostes retrocessere. Quibus illudens Brutus/ Hi inquit ut
defessos nos/ ꝓuocãtes: minime experiri ausi sũt. Eamet die qua
in Philippis inter utroq; certatũ fuerat: ingens clades in Ionio
pariter accepta est. Domicius Caluinus onerarijs nauibus duas
Cẽsari legiones: quẽ Martiẽ ob audaciam earũ cognominabãt̃
afferebat. Prẽtoriã insuper cohortẽ/ duũ milliũ uirorũ: equitũ
turmas quattuor: aliãq; multitudinẽ collectã ad bellũ: quã trire
mes eorũ paucẽ sequebãt̃. His centũ & triginta nauibus longis
occurrẽtes Murcus & Domicius eas strenue aggrediũt̃. Ex one
rarijs itaq; nauibꝰ paucẽ sublato uelo fugã primẽ arripiũt. Reli/
quẽ inclinãte cõfestim uento/ in trãquillo maris destitutẽ capi/
unt̃: felicitate quadã deorũ ĩmortaliũ traditẽ hostibus. Vnam/
quanq; etenĩ earũ inuadentes ĩmergere tentabãt: neq; triremes
illas subsequẽtes: & ob paruitatẽ undiq; cõclusẽ aliquid opis af/
ferre poterant. Erat igit̃ periclitantiũ hinc inde uariũ & ingens
prẽliũ: cũ naues celeri studio rudẽtibus ĩ unũ cõferre ꝓperarẽt.
telisq; ad inuicẽ instruerẽt/ ne hostes arripere eas possent. Quã
cõnexionẽ Murcus incidere festinãs/ sagittas igne accensas ru/
dẽtibus iniecit. a quibus celerrime cõnexio omnis dissoluta est:

Titinij fidelis obitus.

Laus Cassij.

Classis Cẽsaris: & An/
tonij superata fuit.
Domicius Caluinus.

Nauale prẽlium.

naueſq; fuga elapſę ignē mutuo euitare conabant. Illi cōfeſtim ad triremes cōuertunt/ ad inſequendū: aggrediendūue parati.

Deſperationē attende Martialium.

Quibus indignati milites & pręſertim martiales/ q; ui ſuperiores ob impotentiā agendi/ tam fœde necarēt: quidā ſe iniecere flāmis: alij triremes hoſtiū ingreſſi/ necē intulere alijs: aut ab illis paſſi ſūt. Naues ſemiuſtę p longū euaſere/ uiros deferentes:

Aduerte famem.

quoſdā ab igne: alios fame: ſitiq; cōſumptos. Quidā uela aut aſſeres tenētes/ ad petras: deſertaq; littora trudūt. Fuere ex ijs: qui mirū in modū ſeruati euaderēt. alij ad quinq; ſuperlati dies/ fame enecti/ picē: aut uela: funeſue ſugētes duxere uitā: donec a fluctibus ad terrā pellerent. Fuere multi qui ſe hoſtibus ultro traderēt: clade macerati. Tradidere & ſeptē ſupra decē hoſtiū triremes: quarū uiros Murcus ad ſe tranſtulit. Prętor eorū Cal-

Caluinus prętor.

uinus/ naui propria ꝓuectus/ quinto die Brunduſiū acceſſit: cū extinctus crederet. Sic una die/ eadē & in Philippis: & in Ionio clades ſimul incidit/ ſiue naufragiū: ſiue nauale pręliū uelimus appellare. Is enī cōcurſus operū/ poſterius cognitus/ timorē ingentē attulit. Brutus in concionē uocato exercitu/ in hūc modū

Conuocatio exercitus in cōcionē a Bruto.

locutus dicit. Nullū eſt pręter heſternū pręliū o cōmilitones in

Bruti oratio.

quo nō potiores hoſtibus ueſtris extiteritis. Pugnā q̄ppe promptiſſime incepiſtis/ etiā nullo ſigno dato: & quartā legionē: cuius apud hoſtes celebre nomē eſt: in qua eoꝝ cornu maxime cōfiderat: & qui cū illo ī ordine cōſtiterāt/ ad caſtra uſq; diſſipaſtis Quinīmo caſtra ipſa q̄ primū inuaſiſtis: diripuiſtiſq; ſic ut longe iniectā nobis cladē: quę ī ſiniſtro cornu accepta eſt uiceritis: & cū pręliū uno impetu ꝓficere poſſetis/ prędā maluiſtis inuadere: q̄ hoſtes deuictos neci tradere. Plurimi quidē e uobis illos prętereūtes ad eorū res uertere curſū. Et in hoc duo illi diripuere ſimul: quę noſtri uidelicet exercitus fuere: & alterius. Nam eorū omnia in poteſtate habuimus/ Ita ut calamitatis huius acceptio/ in duplo nobis cōſtet. Quantū uero & acie illis pręſtiterimus: quantūue ī cęteris ſuperiores ſimus/ facile a captiuis cognoſcere poteritis: de frumēti inopia: & cōtentione ob idipſū: ac uexatiōe ingenti: modicaq; ipſius ſuſcipiēdi ſpe/ iam palam

Inopia frumēti quantum obſit.

facta. Nō enī ex Sicilia aut Sardinia aut Libya aut Hiberia frumētū illis licet cōuectare ob Pompeiū: Murcūq; & Eneobarbū ducētis & ſexaginta nauib⁹ intercludētes illis maria. Iam Macedoniā omnē exhauſere: & ex ſola Thracia modicū quid accipiunt: & quantū illis pene ſufficit. Cū eos ad pugnā accelerantes cōſpexeritis/tūc a fame ſtimulatos/mortē ī manibus deferre cogitetis. Nos ecōtra ut fames ꝓ nobis in eos militet/omnino ſtudeamus: ut infirmioribus: & fame enectis cū opus fuerit occurrere poſſimus. Neq; ꝓmptitudine prętet tēpus efferamur: neq; tarditatē quiſpiam experientiā putet eſſe: aut celeritatē/ad mare qui a tergo eſt deflectēs oculos: quod nobis tam ingētes ſubminiſtrat copias: cōmeatus affert: pręlij huius uictoriā ſine periculo exhibet: Quā expectetis: neq; diffidatis/ſi inſurrexerint atq; prouocarint/ deteriores nobis facti: quēadmodū heſternū pręliū clare edocuit: Sed aliū timorē medicātes/promptitudinē quā uos cōtinere aueo/effundatis omnē: cū ipſe iuſſero. Victorię pręmia integra: cū perfectis rebus noſtris/ de nobis dij iudiciū dederint/ uobis tribuā. Nunc heſternę uirtutis gratia mille drachmas unicuiq; militi: ducibus ueſtris ęque pręmia debita perſoluā. Sic Brutus locutus eſt. Nec multo poſt munera legionibus ſingulis impēdit. Sunt qui putēt Lacedęmonē & Theſſalonicā urbes inclytas/a Bruto in prędā militibus promiſſas eſſe. Cętez Cęſar & Antonius Brutū tunc pugnā detrectantē intuentes/exercitū ī unū cōgregarūt: quē Antonius his uerbis allocutus eſt. Heſternū opus o milites/ſatis animaduerti ab hoſtib⁹ uerbo quidē fuiſſe diuiſum: quaſi quoſdā e nobis inſecuturi eſſent: exercitūq; direpturi: re autē ut uniuerſū noſtrū eſſe oſtenderēt. Polliceor uobis neq; craſtina eos die: neq; inſequēte pręliū ſpōte eſſe inituros. Certiſſima heſternę cladis eorū fides eſt atq; trepidationis: quādo quidē ueluti ī gymnicis cōtentiōibus inferiores loco cedūt. Non in tantū eorū caſtra protenderūt/ ut Thracū ſolitudinē ędificātes inhabitare cupiāt: ſed ea inſurgentibus nobis ob timorē cinxere muro: intra tabernacula deſides

Dōmicius Eneobarbus.

Attende.

Salubre conſilium.

Finis orationis Bruti.

Lacedęmon.

Theſſalonica.

Oratio Antonij.

ob hesternę cladis metū cōmorātes: & ꝙ antiquior eorū impe-
rator: atꝙ expertior desperatis rebus seipsū interemit. Maximū
prętetea calamitatis eoꝝ iudiciū estꝯ prouocātibus nobis: neꝙ
in pugnā prodeūt: neꝙ a mōtibus in aciē descendūt manuū lo-
co in pręruptis fiduciā suā apponētes. Quāobrē fidenti animo
estote o milites: & quēadmodū hesterna die a uobis factum est:
sic illos denuo licet inuitos in pugnā cogite: Turpe existimātes
dubitātibus cedere: aut a formidātibus cohibere manū: & cum
Optima adhortatio. uiri sitis eorū mœnibus esse infirmiores. Nō enī huc accessim⁹
tanq̄ in campis acturi uitam. Nec etiā cōmorātibus quicq̄ nobis
abunde erit. Veꝝ a prudētibus celeriter bella cōficiēda sunt: ut
Attende. diutius ī pace uiuat. Tempus igit: & opera nostra meditemur.
Hesternū opus sine querela omittamus. Solū uirtutē uestrā cū
ab imperatoribus uestris exigetꝯ palā edite. Neꝙ hesternę dire-
ptionis aut prędę memineritis: aut pro re minima mœsticiā ca-
piatis animo. Non ꝓ his quę possidem⁹ diuites esse possumus:
uerū si prouincias imperio subijciamus nostro. Non ideo eorū
causa quę erepta sūt cōturbari uos necesse est: quę apud hostes
nostros integra adhuc & salua permanent: cū etiā quę sua sunt:
nobis quoꝙ uictoribus ultra hęc sint prębituri: potissimū si ea
acceleremus īuadere: & ad pręliū una properemus. Quę abun-
de adhuc fuerāt hesterna die illis eripuimus: & fortasse utiliora
rebus nostris. Nā quęcunꝙ ex Asia ꝓ uim abstulere: rapuereꝙ
ī unū cōgesserūt. Vos tanq̄ a patria profecti quę cariora fuerāt
domi reliquistis: quę necessaria solū erāt afferētes. Si quid prę-
cioſū illis inerat: uestrorū potius imperatorū fuisse existiman-
Magnum munus. dū est: quę omnia ꝓ uestra uictoria uobis tradere parati sumus
Et ulterius huius damni causa: uictorię prędia uirtuti uestrę
impendere: unicuiq̄ militi drachmas quinq̄ mille: duci turmę
quincuplū: Tribuno in duplo amplius. Hęc effatus postridie
Finis orationis An- copias iterū in bellū mouit. Non descendentibus Bruti militi-
tonij. bus animo grauatus educere persteuerauit. Brutus interea aciē

paratã tenuit/ ne per uim cogeret̃ decertare. Itinera per quę ne-
ceſſaria afferebant̃ cõmuniuit. Erat collis non longe a Caſſij ex-
ercitu: quẽ hoſtes haud facile ſuperare poterant ob propinqui-
tatẽ eorũ qui ſagittas emittebãt/a Caſſio olim diligẽter cuſtodi-
tus/ne quis eũ locũ inopine inuaderet. Hunc a Bruto deſtitutũ
Cęſaris milites nocte profecti/quattuor legionibus propere in-
ſcendũt/crates: culcitraſq; q̃plures ĩ obiectũ his qui ſagittis ute-
bant̃ afferẽtes. Quo munito: alias decẽ legiones per quinq; ſta-
dia diſtãtes/uerſus mare ſtatuere. Porro ultra quattuor illas pri-
mas/duas addidere: ueluti omnia uſq; ad mare in poteſtate eo-
rum ſuſcepturi: & ulterius mare ipſum per paludes uel alium
modũ adituri: quo cõmeatus hoſtibus adimerẽt. Aduerſus hęc
Brutus cõtraria opera cõmentus eſt. Nã alia caſtra eorũ caſtris
oppoſuit: ad quę Cęſaris milites aduerſa & ipſi opera machi-
nati ſũt. Iam fames haud occulte pręualere cœperat. cuius ma-
gnitudo: timorq; per ſingulos augebat̃ dies. Nõ enĩ ex Theſſa-
lia quę exercitibus abunde eſſent ferebantur: neq; a mari ſpes
ulla aderat/ hoſtilibus nauibus circunquaq; maria omnia obti-
nentibus. Nunciata inſuper clades/ nuper in Ionio habita apud
utroſq;: adhuc magis auxerat timorẽ: aduentante hyeme: cũ in
locis maxime paluſtribus caſtra habetẽt. Quibus ex rebus per-
moti hoſtes/armatorũ legionẽ in Achaiã miſere: quę opportu-
na prępararet: ſummaq; celeritate illis mitteret. Ergo ulterius
tam ingenti diſcrimine incumbente: cũ neq; famẽ tolerare neq;
alijs machinationibus ſe amplius tueri: aut in reſiduo campi iu-
xta hoſtilem murũ caſtra munire poſſent: magno clamore pro-
deuntes Brutũ/ſalibus: conuicijſq; inceſſebãt: & utrũ obſeſſi in
morem: an inſania potius ducente/pugnã detractaret/ignorare
dictitabant. Quę omnia cũ a principio a Bruto eſſent cognita:
tunc amplius certior effectus/ perurgẽtis eos famis: & uictorię
ĩ Ionio adeptę: & deſperationis ex inopia eorũ prodeuntis/ob-
ſidionem: & quęcunq; alia ſe perpeti malle aiebat/ q̃ ad manus
cum his accedere: qui fame torquerentur: ſeq; deſperatis rebus

Interceptio loci.

Fames.

Achaia.

Deſperatio.

Contra opinionẽ Plu-
tarchi: qui hiſtoriam
hanc minus in omni-
bus uidet̃ intellexiſſe.

ſuis morti obijcerēt: nec ullā niſi in manibus ſpem apponerēt. Cęteꝝ Bruti milites ob inſcitiā/ haud paria imperatori ſuo ſentiebant. Egre itaq; ferentes intra uallū/ mulierū in morem/ nullo opere trepidātes cōtineri/ palā querebant. Excandeſcebāt & eorū duces: qui q̄q̄ Bruti cōſiliū extollerēt: hoſtes tamē ab exercitu prompto paratoq; facillime deleri poſſe exiſtimabāt. His cauſā prębebat Bruti facilitas eiuſq; clęmētia erga omnes: quę nullę in Caſſio aderāt/ auſtero a natura: & ad omnia ambitione maxime ęſtuāti. Quāobrem illi ex mādato parebāt milites/ neq̄ illius officijs ſe īmiſcētes: neq; cauſas inquirere audentes: aut quicq̄ cōſulētes: quod ipſe ſtatuiſſet: Quoꝝ nihil Brutus faciebat: ſed una milites ad conſilia acerſire ob humanitatē ęquū putabat eſſe. Tandē exercitu p cohortes ac deinde per cōcurſus apertius cōquerente atq; dicente/ Quid tandē imperator noſter meditatur? In quo nuper uictoriā adepti deliquimus? hoſtes perſequētes: aut aduerſos nobis occidētes: aut exercitū eorū diripientes: Brutus ſponte audire negligebat: neq; ī concionē deducere curabat/ ne indecentius a multitudine/ ad ea quę irrationabilia erāt cogi uideretur/ potiſſimū a mercenarijs militibus: quibus leuiū ſeruorū in motē a natura inſitum eſt/ ad alios cōtinue dominos/ ſalutis ſuę ſpem apponere: aut ad ęmulos & repugnātes libētius ſe cōferre. Inſtātibus deinde pertinacius ducibus: & exercituū primoribus: ſuadentibuſq; ut militū promptitudine uti uellet: fortaſſis eos ſplendidū quippiam acturos eſſe: ſi quid ſiniſtri interpugnādū accidiſſet/ denuo eos ad mœnia retrouerti poſſe: & caſtra in oppoſitū obijcere hoſtibus/ Indignatus Brutus maxime erga duces/ q; minus caute exercitui cōſulerent/ ipſo uictoriam ſine diſcrimine & periculo ullo policēte: eoꝝ temeritati proprioq; diſcrimini aſſenſus eſt/ hoc ſolū inquiens. Pompeij magni ī motē ad bellū cogimur/ militū imperio magis q̄ ductu noſtro pugnaturi. Quod Brutū in primis dixiſſe crediderim/ ut id quod uehemētius timebat: diligētius occuleret/ ne exercitus ſub Cęſare aſſuetus: & impatiens ad illū

Natura Bruti.
Natura Caſſij.

Querimonia exercitus.

Mercenarij milites.
Attende naturam.

Bis militum temeritate corruit romana reſpublica.

pertranſiret. Quemadmodū ipſe: & Caſſius a principio ueriti: omnem indignationis cauſam: quę cū eo oriri poſſet euitarant. His igit̄ ex cauſis inductus Brutus: q̄q̄ inuitus milites tamen in acię eduxit: diſpoſuitq; ante ualli mœnia: & ne longe a tumulo ſecederēt eos monuit: ut facilē cū opus eſſet redeundi haberent aditū: & in hoſtes cōmodius inſurgerēt. Erat utraq; ex parte apparatus ingens: & cupiditas maxima ineundi pręlij. Illis quidē ob inedię timorē. His uero ob iuſti reuerentiā: cū imperatorē educentē p uim coegiſſent/ ne deteriores eoꝝ pollicitationibus uiderēt̄ eſſe: neue infirmioribꝰ debiliores: temeritatiſq; pœnis potius obnoxij: q̄ ueri iudicij laude digni cenſerēt̄. Quę omnia cōmemorans illis Brutus inſigni ꝓuectus equo/ ſingulas percurrebat acies: ſeuero intuens uultu: & ut tēpus poſtulabat breuibus his alloquebat̄ uerbis. Vos pugnā elegiſtis o milites: uos aliter cenſentē: & uictoriā ī manibus habentē/ ad bellū cōpuliſtis. Nō igit̄ ſpe ueſtra me: aut uoſipſos defraudetis. Collē propugnatorē a frōte retinetis. Quęcūq; a tergo īminēt/ ueſtra ſūt. Hoſtes noſtri dubio in loco reſidēt/ ueſtri in medio: famiſq; deſtituti. Hęc referēs hinc inde uertebat curſū: uir ętatis ſuę pręſtantiſſimus: quē omnes ordines ut bene ſperaret hortabāt̄. Ac ſūmis laudibꝰ: magno clamore p̄mittebāt. Interea parte ex altera Cęſar & Antonius ꝓprias diſcurrētes acies/ dextras ad aſtantes ꝓtendebāt: & aſperius adhuc ſuos incitabāt: famē nō ulteriꝰ celantes: cuius recordatio audaciā in tēpore eſſet allatura. Inuenimus o milites aiebāt hoſtes noſtros: quos extra murū munimētaq; inuenire cōcupiuimus. Nullus itaq; inſurgens turpiter cedat: aut alterius cōminatione ſit inferior. Neq; famem mortē quidem difficilem & inexcogitatam: refertamq; doloribus: potius q̄ hoſtium corpora & caſtra appetat: quę temeritate: ferro & deſperatione exhibuere nobis. Preſentia celeritate in primis indigent: ita ut nihil in ſequentem diem differendum: uerum hodie de tota belli mole decernendū ſit/ ad uictoriam uſq; aut inſignem mortē. Victoribus una die: uno opere/ cōmeatus: pecunias: naues: exercitus: & uictorię ipſius pręmia licet adipiſci.

Belli apparatus.

Bruti adhortatio.

Adhortationes Cęſaris & Antonij ad ſuos.

Attęnde.

Hęc tantū nobis cordi ſint/ut cū primū ī illos impetu feremur: feſtinationis & celeritatis eorū recordemur : & eos pręcipites a caſtrorū portis excludētes a pręruptis locis ad camporū ima cō/pellamus/ ne pręlia denuo exſuſcitent: neue per inertiā in nos quicq̄ ulterius moliri queāt: qui ob debilitatē nullā ī pugnādo ſpem:ſed ab armis abſtinēdo poſuerūt. Sic Cęſar & Antonius ſuos ad bellū adhortati ſūt:ac propere omnib⁹ uerecūdia affuit ne indigni imperatoribus ſuis uiderēt:& ut famē ī īmenſū iam adauctā/ob cladē mari acceptā/ euitarēt:animo prius eligentes: ſpe optima in pręlio ſi opus eſſet mortē pati/ q̄ ab inexcogitata famis nece turpiter abſumi.Sic ſe habētib⁹ omnibus: & ad pro/ximū ſibi quoq; uertēte oculos/ animus adhuc angebat magis : audaciaq; indeſinēti replebāt/ nihil tūc quidē ęſtimātes q; īuicē ciues eſſent:neq; id memoria omnino retinētes:cętex ut hoſtes genere: ac natura mutuo ſe truci intuebant uultu/ In tantū re/pentinus eorū furor:ſolitam quoq; naturę uim extinxerat.Hoc ſolū utriq; mente uolutabāt diē illā/ hoc pręlio/uniuerſa roma/norū facta iudicio ſuppoſiturā eſſe.Iam die ī apparatu circa no/nā ferme cōſumpto horā/ aquilę duę campi in medio aduolan/tes/ mutuis inter ſe occurrere odijs: Qua ex re ſilentiū uniuer/ſos tenuit. Fugiente deinde prępete qui a Bruti parte ſteterat: clamor in īmenſū tollit:uexillaq; ab utraq; parte erecta ſūt:Im/petus porro ingens:& admirabilis/ſagittax:lapidū:telorūq; cū ſtrepitu audit. Nihil enī illis lege opus erat: qui nulla alia fere arte/ q̄ in gerēdis pręlijs uſi eſſent.Itaq; nudis enſibus ſe inuicē cōplexi/ corpora ferro petebāt:petebantq;: ſeq; uiciſſim ex or/dine pellebant:Illi quidē ob ſalutē magis/ q̄ ob uictoriā acriter pugnātes:Hi ob uictoriā & imperatoris ſolamen ptoprij: quē inuitū in bellum egerant.Ergo cędes horrida: & ſuſpiria ubiq; reſonabant.Corpora quoq; ab his omni ex parte efferebant/cū alios ex aduerſo obijcerent : qui pene illos ordines ſeruarent. Imperatores ipſos diſcurrentes:circūſpicienteſq; undequaq; ad impetum cogebant. Laborantes quoq; nomine inuocabant:& ut amplius labori aſſiſterent hortabantur. recentes etiā defeſſis

Famis timor.

Oſtentum.

Belli principium.

Attende ſollicitudinē

ōponebāt: ut animus his qui a fronte aderāt cōtinue augeret. Tandē Cęſaris milites/ ſiue famis metu: ſiue Cęſaris felicitate ducti: nō enī Bruti acies adhuc ceſſerat: phalangē hoſtiū ueluti machinā grauē cōuertētes/ cōmouere incipiūt: q̄q̄ illi pedibus adhuc inſiſterēt/ retro pulſi: rurſuſq; cū audacia ſe cōuerterent. Sed poſtq̄ oppreſſi ordines/ paſſim diſſoluti ſūt/ celerius uertere greſſū. & ſecunda poſt eos: tertiaq; cōſtituta acies loco ceſſit. Ipſi inuicē permixti/ nullo ordine/ a ſeipſis: & ab hoſtibus aſſidue incūbentibus fœde cōculcāt̄: donec aperte arripuere fugā. Cęſariani milites intellecta q̄primū fuga/ fortiſſime incūbētes: caſtroꝝ portas nō ſine ꝑiculo inuadūt: deſuperq; & a fronte eos deturbantes multos ab ingreſſu pepulerūt. Qua ex cauſa cōfuſi hoſtes/ nō nulli uerſus mare: quidā ad mōtes/ ꝑ Zygaci fluenta amnis ſe ꝓripiūt. Cōuerſione fieri cœpta/ imperatores reliquū operis inter ſe partiti ſūt. Cęſar a caſtris fugiētes occupabat: caſtraq; tuebat̄. Antonius omni ī loco aderat: omnibuſq; fugiētibus uel cōſiſtētibus adhuc occurrebat: cęteriſq; exercitibus eoꝝ illat⁹ patēti impetu uniuerſa ꝑ uim ſimul cōpellebat: duces ueritus ne a manibus elapſi/ nouas denuo copias ad bellū cōparārēt. Porro equites ad itinera ac pugnę exit⁹ mittebat: qui fugiētes exciperēt. Alij igit̄ a monte in montē pręteruecti/ Raſco duce: qui ob itinerū peritiā ad id munus electus fuerat/ caſtra: crepidineſq; ſcrutātes: quoſcunq; a fuga uenabant̄ alij intra munimēta deprehēſos cōtinebant. quidā Brutū inſequebant̄: quos a curſu minime ceſſantes intuens Lucilius/ parū ſubſtitit: & q̄ſi Brutus ipſe eſſet/ ad Antoniū nō ad Cęſarē duci pręcabat̄. Qua ex cauſa adhuc magis Brutū eū eſſe crediderūt: utpote implacabilē euitantē hoſtē. Cū ad illū duceret̄/ Antonius percepta re cōpoſito proceſſit ordine: fortunā uiri ſimul ac dignitatē uirtutemq; ſecum cogitans: quo pacto eum eſſet ſuſcepturus uerſabat animo. Verū cum appropinquaſſet Lucilius: & in conſpectū audaciſſime ueniſſet/ Brutus inquit a nullo captus eſt: nec unq̄ a malitia capietur uirtus. Ego hīs illudens tibi adſum. Eo ſermone equites rubore ſuffuſos intuens Antonius: ut paucis

Cęſaris felicitas.

Vincitur Bruti exercitus.

Antonij diligentia in bello.

Raſcus Thrax.

Lucilius.

Laus Bruti.

Attende.

ſolaretur/ Nō deteriorē prędā o uenatores cepiſtis inquit: uęꝫ
meliorē q̄ putatis attuliſtis/ inquantū hoſte potior eſt amicus.
Hoc dicto Luciliū cuidā ex neceſſarijs ſeruandū tradidit: quo
poſterius ut fido uſus eſt. Brut⁹ interea nō exigua multitudine
ſtipatus/ ad mōtes ꝓcurrit: quaſi ea nocte reuocaturus exercitū:
aut mare uerſus iter aſſumpturus. Sed poſtq̄ omnia prędidijs di
ligentius cuſtoditi cōperit: pernox cū reliquis in armis cōſtitit.
Bruti uerba. Fama eſt illū ad aſtra proſpectantē hęc dixiſſe. Teqꝫ Iouē haud
latuit: qui horū eſt cauſa malorū/ Antoniū annotantē: qui cum
Bruto & Caſſio cōſpirare poſſet miniſter fuiſſet Octauij. Quod
carmen deinceps in periculis proprijs dum actorū ſuorū pœni-
tuiſſet/ rettuliſſe ferūt Antoniū. Eamet nocte Antonius ut Bru
tū a fuga cohiberet/ armatus perſtitit: uallū cadaueribus & ſpo-
lijs Bruto circūponēs. Nā Cęſar ad mediā fere noctē ob ualitu-
Norbanus. dinē labore fatigatus exercitū Norbano cuſtodiendū dederat.
Procedente nocte/ Brutus animaduerſis hoſtiū inſidijs: cū non
amplius q̄ quattuor legiōibus uti poſſet: diligētiqꝫ cuſtodia un-
dequaqꝫ circūſeptus eſſet: primores exercitus/ facti pœnitentia
cōfuſos: & erubeſcētes adhortatus eſt: ut ſi qua liceret cuſtodias
aggredi & propria recuperare niterent: quę a ſuis in caſtris de-
relictis ſeruabantur. Illi haud ſponte id opus attentantes/ longe
Fortuna. ęquanimiores ac prius iam effecti: fortuna eos deſerēte/ Bruto
reſpondere Scire ſe imperatori ſuo indigne cōfuluiſſe bellū: &
cū pleruqꝫ fortunā experti eſſent: nullā ulterius ſpem in rebus
ſuis eſſe poſituros. Quibus auditis Brutus ad amicos conuer-
ſus: In nullo deinceps inquit ſic ſe habētibus rebus patrię uti-
Strato. les eſſe poſſumus: ac unum ex domeſticis Stratonem nomine:
ſibi cariſſimū acciri: necemqꝫ accelerare iuſſit. Illo uero ut dili-
gentius conſuleret Bruto ſuadente: alium quendam ex ſeruis
poſtulauit. Tum Strato Non egebis inquit o Brute amico po-
tius q̄ ſeruo ad nouiſſima mandata tua. quo dicto latus illi enſe
Mors Bruti uiri ma- aperuit: neqꝫ auertente ſe Bruto: neqꝫ impellente. In hunc mo-
gnanimi. dū Caſſius: & Brutus uiri nobiliſſimi ac clariſſimi obiere mor-
tem. uiituti ſi unum eximas ſemper dediti. Nam Caius Cęſar

Pompeianas profecutos partes/ex hoſtibus amicos ſibi fecerat. Ex amicis deinde filiorū loco habuerat. Quos Senatus cōtinuo amore proſecutus eſt: ac poſt cladē miſeratus. Horū duntaxat duorū cauſa: cęteris obliuionē necis dederat: Abeūtibus quoq; prouincias decreuerat: ne profugi uiderent eſſe: nō tamen Caij Cęſaris cōtemnēs necem: aut his quę geſta erant delectatus/ cū unū ob uirtutē: fortunāq; admiraret. Nā defunctū publico decorauit funere. Opera etiā eius īmortalia ex decreto haberi ſtatuit. Prouincias & magiſtratus ex ſcriptis eius diutiſſime obſeruari uoluit: nihil melius his: quę Cęſar decreuiſſet īueniri poſſe ratus. Vex eiuſdē ad utroſq; ſtudiū ac ſuarū rerū timor eū ad ſuſpitionē calumnię impulit. Tanto apud omnes honore ꝓſecuti ſunt: & cęteris exulibus etiā optimis digniores habiti: Pōpeio proximi: neq; cōciliationis īmeritā habente cauſam uenia nō indigni uiſi ſunt. Cū autē a longe diſceſſiſſent deſperata uenia: & agendoq; neceſſitas incūberet: duob⁹ nec his integris annis/ armatorū uiginti legiones: totidēq; equitū millia ī unū cogegerūt. Naues longas ſupra ducētas: apparatū quoq; cōgruentē tantis copijs. Porro infinitā pecuniaq; uim a uolentibus pariter & inuitis abſtulerūt: populos urbeſq; expugnarūt: & aduerſantes plurimos ad deditionē cōpulerūt/ a Macedonia ad Euphratē uſq; imperiū eorū ꝓpagātes. Quoſcūq; ꝑterea uiciſſent: in ſocietate belli allectos/ fidiſſimos ſibi reddiderūt. Vſi ſūt regū: dynaſtaq;: Parthorūq; ī bellis ope/q̄q̄ inimicorū latino nomini. Et hęc minoribus ī rebus. Cū uero ad maiora ſe uertiſſent/ minime eoīdē perpeſſi ſūt ne gentē barbarā: aduerſamq; romano populo in eum aſſueſcerēt. Vex quod omniū admirabiliſſimū eſt. exercitū utplurimū ex Cęſaris collectū copijs felicitatis eius beniuolētięq; cupidū Cęſaris percuſſores ipſi ī cōtrariā uertere partē: & in Cęſaris filiū incitantes/ fideliorē q̄ ipſi & Antonio eius collegę & ꝓpugnatori experti ſunt. Nō enī quiſpiā ex his Brutū aut Caſſiū uictos dereliquit: qui Antoniū ad Brūduſiū & ante experiētiā belli reliquere occaſionē laboq; pręten dētes.

Adulatio.

Lege Ciceronem in Philippicis.

Apparatus celerrimus.

Caſſij & Bruti laudes.

Differentia inter Caſſij: Brutiq; mores.

Sacer uir.

Dęmon.

Nota de apibus.

Patrocli uerba morientis apud Homerū

Aethiops.

Sub Pompeio pręterea & deinceps nō ꝑ ſeipſis: ſed ob popularis ſtatus nomen: inſigne quidē illis/q̄q̄ cōtinue inutile pugnarunt. Sed dū nihil patrię ſe prodeſſe arbitrāt/ uiciſſim ſe ambo cōtēpſerūt. In actionibus rerū gerendarū: curiſq; Caſſius pertinacē ſe & incōmutabilē pręſtitit: quēadmodū athletę ad agoniſtem ſolent. nā ad bella cōtinue uertebat animū. Brut⁹ quocū q; in loco ad cōueniendū: audiendūq; facillimus: utpote qui philoſophię ingenue dediſſet operā. Ab huiuſmodi itaq; uiris/cōtrariū in omnibus nec ſimplex quidē facinus ī Cęſarē emerſit: nec modica profecto in re. Nā in amicū pręter ęquū iuſtūq; deliquere. In benefactorē quoq; qui eos ex pręlio q̄q̄ ingratos cōſeruauerat. In imperatorē pręterea nefande cōſpirātes ī Senatu potiſſimū ſacrū uirū: & ſacra amictū ueſte trucidātes/ principē qualē utiliorē neminē patrię imperioq; fuiſſe: ſatis conſtat: ut a dęmone ipſos coarguente plerūq; indicatū eſt. Nam Caſſio exercitū perpurgāti lictor diadema inuerſum attulit: Et uictorię eiuſdē inſigne aureū in terrā corruit. Alites exercitui inſidētes ſępenumero mœſtū clangorē edidere. Apū inſuper examina cōtinue uolitātia uiſa ſunt. Ferūt Brutū cū in Samo ſupra mare natalē ſuū celebraret: nec ſatis admodū bis in rebus ſe haberet: hūc uerſū/ nulla ratione adductū protuliſſe. Sed me ſors miſera & latone perdidit infans. Ex Aſia quoq; in Europā trāſmiſſuro cū exercitu/ nocte/ deficiente pene lumine horrendā uigilanti aſtitiſſe imaginē: quam cū impauide rogaret ille: quiſnam hominū aut deoꝝ eſſet/ hoc ſolū reſpōdiſſe. Tuus o Brute dęmon mālus: In Philippis me uidebis: eamq; nouiſſima ī pugna quę ī Philippis acta eſt: iterū illi apparuiſſe. Exercitui e caſtris exeūti ęthiopē obuiū factū memorāt: quē ut iniquū omen auerſati interemere milites. Diuinū & illud habebit⁹/ Caſſium ī ambiguo adhuc pręlio ſpem omnē abieciſſe. Brutū a tarditatis optimo cōſilio a ſuis ꝑ uim cōpulſū/ inter man⁹ ſe inieciſſe hominū fame pereuntiū/ cū ipſe cōmeatu abunde potiret: claſſe etiam longe ſuperaret: idq; a domeſticis potius/q̄ ab hoſtibus ſuis pertuliſſe

Et cū uterq; bella plura peregiſſet nihil ī prelijs paſſos eſſe: uez ambos necis ꝑprię fuiſſe auctores: quēadmodū & Cęſaris fuere prius. Has igitur Caſſius: Brutuſq; dedere pœnas. Antonius Bruti cadauere inuēto purpurea ueſte cōtegi: adoleriq; flāmis: reliquias uero ad Seruiliā eius mattē mitti iuſſit. Bruti milites cū primū eū interijſſe uulgatū eſt/ legatos ad Cęſarē miſere: & Antoniū: a quibus ſubinde uenią adepti/ inter copias eoz relati ſunt: Qui quattuor ſupra decē milliū adimpleuere numerū. Munitiones uniuerſas: quę multę ab his aſſeruabant/ ſimul tradiderunt. Cęſaris & Antonij exercitibus caſtra omnia diripere conceſſum. Ex illuſtribus autē uiris qui circa Brutū extitere/ nō nulli ī bello perierūt: quidā imperatoribus ſe ſponte tradidere. alij ex induſtria ad mortē uſq; produxere pugnā. Inter hos Lucius Caſſius Caſſij prioris ex fratre nepos: & Vticenſis Catonis filius Cato nomine: qui cū plerūq; inter hoſtes irruiſſet: cedentibus tandē ſuis galeā exuit: ut uel notus fieret: uel egregie occumberet: uel utrūq; potius aſſequeret. Labeo ſapiētię nomine illuſtris/ Labeonis eius parens: cuius ob legū experiētiā celebre nomē eſt/ locū in tabernaculo ad corporis ſui modulū effodit: Et quę coniugi: filijſq; indicaret/ ſeruis ſuis ex ordine diſſeruit. Epiſtolas etiā familiaribus afferendas dedit. Vnū pręterea ex his fideliorē dextra apprehenſum ad ſe conuertens: ut romanis ī liberandis ſeruis mos fuit: gladiū ſibi tradidit: iugulūq; ultro obtulit. Sic illi tabernaculum ſepulchrū pręſtitit. Raſcus thrax multos ex mōtibus in exercitū adduxerat: quoz cauſa cū gratiā expeteret: Raſcupolim germanū ſuū uenia donari petijt: quod ab imperatoribus facile cōceſſum eſt. Ex quo ſatis liquet non a principio inter ſe fuiſſe hoſtes: uez ob exercituū duorum magnitudinē: atq; ambiguitatē: qui per regionē eorum tranſituri eſſent: in euentu dubios. fortunā inter ſe partitos eſſe/ ut uictus a uictore cōſeruari poſſet. Porcia Bruti conſors/ Catonis iunioris ſoror/ intellecta amborū nece: cū a domeſticis diligētius cuſtodiret/ prunas ab igne accenſas rapuit: carboneſq; abſorbuit.

Seruilia Bruti mater.

Lucius Caſſius.

Cato filius Vticenſis.

Labeo.

Romanorū mos in liberandis ſeruis.

Raſcus Thrax.

Attende aſtum.

Porcia Bruti conſors.

Meſſala orator eximius.

Lucius Bibulus.

Inſignis uictoria

Crudelis pugna.

Democratia.

Pompeius.

Ex cęteris illuſtriores: qui Taſum ſe contulerāt quidā enauigarunt: Alij ſe cū reſiduo exercitu Meſſalę Cornificio: & Lucio Bibulo collegis tradidere: ut quę pro ſeipſis deliberaſſent/pari modo de omnibus cōſulerēt. Non nulli Antonio ſe dedentes: eodem Taſum uerſus nauigante/quicquid pecuniarū: armorū: cōmeatus: ac apparatus prope infiniti in oppido aderat/illi prębuere. Sic Cęſari: & Antonio ob ſingularē quandā audaciā/duobus pedeſtribus pręlijs tam inſignis uictoria parta eſt: qualē neminē ante eos conſecutū fuiſſe cōſtat. Nō enī huiuſmodi exercitus: tamq; ingens romanorū manus utraq; ex parte ante eos bello dimicauit/ nō ciuili more inſtructa: ſed ex optimis collecta uiris: neq; bellorū inexpertis adhuc: uerū iampridē inter ſe mutuis probatis armis: neq; alienigenas: barbaraſue nationes ſolitis euertere: ſed qui eiuſdē linguę homines: eiuſdē belli artibus inſtructos: eiuſdē pręterea exercitationis ac tolerātię inter ſe inexpugnabiles ſuperare didiciſſent. Nec ulli profecto unq̄ tanto impetu: & audacia ī bello uſi ſunt/ ciues ſimul exiſtētes: tum domeſtici ſub eiſdē aſſueti ducibus. Argumentū huius rei abunde erit defunctorū multitudo: cū ęquata pugna nō inferior apud uictores cōſpiceret numerus. Cęſaris & Antonij militesimperatorū ſuaſionibus rite perfuncti ſunt/ una die: & uno opere extremā famis: neciſq; formidinē/abundāti cōmeatu ſtabiliq; ſalute: & illuſtri uictoria cōmutantes. Contigit nēpe illis quod a prudentioribus ea in pugna romano populo uaticinatū eſt: ut eius reſpublica eo ex pręlio iudiciū eſſet ſubitura: & ad Democratiā tranſiret denuo. Neq; uero laboribus eum ī modū amplius uexata eſt/unico dūtaxat nō multo poſt excepto opere cōtentiōe ſcilicet inter Cęſarē: & Antoniū nouiſſime romanis orta. Quę autē ſub Pompeio: & Caſſij Brutiq; beniuolis/ hinc inde profugis/ poſt Brutū geſta ſunt: reliquias tam īmenſi apparatus obtinētibus/ neutiq; pręmiſſis audacia ſe ęquarūt: neq; uirorū: ciuitatū ue: aut imperatorū ad prouincias impetu/ſimilia extiterunt. Non enim illuſtriū illis quippiam: non Senatus adhuc: neq; gloria ipſa/ ut Caſſio: Brutoq; ulterius acceſſit.

Appiani Alexandrini ſophiſtę ciuiliū bellorū liber quartus finit. Incipit eiuſdē quintus & ultimus. Traductio. P. Candidi.

POſt Caſſij: Brutiq; necem Cęſar ī Italiam profectus eſt: Antonius uero in Aſiam: quo in loco Cleopatra Aegypti regina ad eum uenit: ac protinus uiſa/ eundē ad amoris ſui cupiditatem impulit. Qui tamen amor utroſq; ſimul: & Aegyptum inſuper extremis tandē calamitatibus inuoluit. Eam ob rem Aegyptus ipſa huius libri pars quędā erit. uęq; modica: nec ſatis digna ſcriptiōe noſtra: & propterea ciuilibus quę plura ſunt/ inſerta bellis. Quippe alia poſt Brutū: & Caſſiū ciuilia denuo inſurrexere bella/ nullo duce ut in alijs preſidente omnibus: uęq; per partes geſta: donec Sextus Pompeius: magni Pompeij filiorū ętate iunior/ Bruti ſeditiōis reſiduus auctor interijt: Lepiduſq; a principatus ſui parte collapſus eſt: ac omnis romanorū uis atq; poteſtas ad duos tandem Antoniū ſcilicet & Cęſarē peruenit. Quę ſingula in hunc fere modū geſta referūt. Caſſius cognomine Parmenſis: ſub priore Caſſio: & Bruto relictus ī Aſia quo naues: & exercitū: & pecunias colligeret/ defuncto Caſſio/ nulla ſpe adempta Bruti rebus Rhodiorū triginta naues: quas repleri poſſe exiſtimabat/ elegit. Reliquas ſacra duntaxat excepta/ ne quid noui molirent: igne cremauit: & cū eiſdem proprijſq; comitatus inde diſceſſit. Clodius ad Rhodios nauibus tribus ſupra decē miſſus a Bruto Rhodios nouis reb⁹ elatos intuens (Iam enī Brutus deceſſerat) preſidia armatorū triū milliū ex urbe ſuſtulit: & ad naualia cū reliquis ſeſe tranſtulit. Nam & Torulus alijs plutibus ſtipatus nauibus: pecunijſq; quas e Rhodo ad parandā eam claſſem ſuſtulit eo aduenerat. Et quicūq; circa Aſię oras morabant: ueluti ad potētiā quādā p partes ad huiuſmodi miniſteriū acceſſerāt:

Cleopatra.

Aegyptus.

Sextus Pompeius.

Lepidus.

Caſſius Parmenſis.

Clodius.

Rhodij.

Torulus.

ac quibus potuerãt armatis: remigibuſq; ex ſeruis: aut captiuis additis/ ad inſulas inſulareſq; adnauigantes replerant claſſem.

Ciceronis filius.

Venere inſuper ad eos Cicero: Ciceronis filius: & alij quicũq; illuſtres e Thaſo perfugerãt: ac cõfeſtim multitudo & cõcurſus imperatorũ: exercituũ: nauiũq; nõ cõtemnẽdus in unũ affuit. Aſſumentes ꝓterea a Lepido alias copias: quas Bruto ad Cretã attribuerat ad Murcũ & Domiciũ/ magna prędítos claſſe delati/ Ioniũ percurrebãt ęquor. Eorũ pars cũ Murco in Siciliam ſe tranſtulerat: & potentiã nõ mediocrẽ Pompeio addiderat. Alij cũ Domicio ipſo perſiſtẽtes factionẽ quandã ſeparatim per ſe fecerãt. Hę igiť quę e Caſſij Brutiq; apparatu reliquię ſuperfuerãt: tum primum firmauere uires. Cęſar & Antonius poſt uictoriã in Philippis habitã/ ſacrificia dijs imortalibus adoleuere

Sacrificia.

ſplendida. Deinde laudatis exercitibus: atq; adornatis uictorię prędmijs/ Cęſar in Italiam ut militibus agros: domoſq; deligeret profectus eſt. hoc enĩ onus ob ualitudinẽ ſibi aſſumpſerat. Antonius ad natiões quę ultra mare incolũt deflexit iter/ pecunias ĩ unũ coacturus. quas enĩ ꝑ prius polliciti fuerãt/ a primis collectas nationibus/ exercitibus impẽderãt: & quaſcũq; Lepidus habuerat ulterius addiderant. Galliã porro que intra alpes ſita eſt

Gallia.

ex decreto prioris Cęſaris/ nouo poſcẽte Cęſare ĩmunẽ dereliquerãt. Et quoniã Lepidus cũ Põpeio cõſpiraſſe ferebať: ex decreto ſtatuerant/ ſi calumniã accuſatio ſaperet/ Cęſarẽ alia ꝑ his quę habuiſſet/ conferre Lepido. Dimiſerãt quippe ab exercitu ea tẽpeſtate multitudinẽ ingentẽ eoꝝ qui militiã integre exercuerãt/ octo millibus duntaxat exceptis: quos iterũ militare deprecãtes ipſi inter ſe diuidẽtes/ ad prętorias cohortes addiderãt. Reſiduus illis exercitus cum his qui a Bruto receſſerãt legionũ undecẽ peditũ quattuor ſupra decẽ milliũ equitũ fuiſſe dicit. Ex quibus Antonius peregre proficiſcẽs/ equitũ decẽ millia: legiones ſex ſecũ duxit. Equitũ dũtaxat quattuor millia: legiones qnq; Cęſari attributę ſũt: Et quos ex Antonij copijs cũ Caleno

Calenus.

in Italia relictis ſibi aſſũpſerat. Cęſar igiť ĩ Italiã ut prędiximus

profectus eſt. Antonius Epheſũ delatus/ Ioui magnificẽtiſſime perſolutis uotis ſuperſtites e Bruti Caſſijq; calamitatibus: in tẽplo ſupplices/ uenia donauit/ Petronio: Quintoq; exceptis. Petronius quidẽ in Cęſaris necẽ cõſpiraſſe dicebat. Quintus ĩ Laodicia urbe Dolobellã Caſſio ultro prodidiſſe. Greços inſuper cęteraſq; nationes: quę circa Pergamũ Aſiam incolunt/ fœderũ cauſa per oratores cõuocauit: quos ſubinde his uerbis allocutus eſt. Vos quidẽ o greçi cũ Attalus uobis imperaret/ ex teſtamẽto reipublicę noſtrę dereliquit: ac cõfeſtim Attalo ipſo potiores uobis fuimus. Nã quę eidẽ tributa pendebatis/ ultro condonauimus: quouſq; inſurgẽtibus in nos ambitioſis quibuſdã uiris: cũ pecunijs egeremus/ nõ ꝑ facultatibus: & opib9 impoſuimus uobis onera/ ſine periculo tributa uendicare cupiẽtes: ueꝝ unũquenq; fructuũ ſuoꝝ portionẽ: ut cũ ęmulis noſtris cõmuniter illis potiremur/ afferre iuſſim9: qui tamẽ hęc pręter Senatus auctoritatẽ: & cũ iniuria extorquentes/ multo plura a uobis exegerũt. Caius Cęſar tertiã pecuniarũ partẽ: quas illis cõtuliſtis ex tributo dereliquit: Cõtumelias etiã ſedauit omnes. nam ab agricolis pecunias uobis exigere cõceſſit: quẽ tamẽ clęmẽtia huiuſmodi utentẽ/ optimi noſtrorũ ciuiũ tyrannũ appellarũt. His uos pecunias multas cõtuliſtis: q̃q̃ benefactoris ueſtri percuſſoribus: & nobis hoſtibus/ necẽ eius uiri ut par erat uendicãtibus. Iuſtã itaq; fortunã/ nõ ut uoluiſtis: ſed ut dignũ fuit bello diſcernẽtes: ut aduerſatiorũ noſtroꝝ propugnatoribus & beniuolis oportet uti. Mulctã igit' uobis inferre neceſſe eſt. Cęterũ cũ intellexerimus/ nõ libenter quidẽ uos: ſed neceſſitate potius ad id coactos eſſe: a maioribus pœnis abſtinendũ duximus. Pecuniaꝝ: telluriſq; indigemus: tum urbiũ ad exhibẽda quę militibus uictorię promiſſa ſunt pręmia. Octo & uiginti armatorũ legiones nobis adſunt: quę cũ reliquis ad bellũ cõſtitutis/ centũ & ſeptuaginta milliũ/ equitibus exceptis: adimpleuere numerũ. Adeſt & alterius exercitus electa multitudo. Ex huiuſmodi uirorũ copia neceſſitatẽ noſtrã diſcernere poteſtis. His agros &

Quę ab Antonio in Aſia in promeredis uictricibus copijs agitata ſunt.

Epheſus. Pettonius. Quintus.

Conuocatio nationũ & Antonij oratio.

Attalus rex.

Caius Cęſar.

Attende.

Ingentes copię.

urbes diſtributurus in Italiã conceſſit Cęſar. uel ſi unico uerbo rem explicare opus eſt cõſtituturus Italiam. Vos ne tellure: urbibus: domibus: templis quoq; ac ſepulchris depellamus/ pecunia mulctabimus: nec omni ꝓfecto quã habetis (non enĩ poſſibile id uobis) ſed ut partẽ licet tenuem cõferatis. Quod optimę intelligẽtibus pergratũ eſſe credimus. Nã quę hoſtibus noſtris duorũ ſpacio annoꝝ/ decẽ tributa perſoluentes contuliſtis: eadẽ quoq; nobis aſſumere perabunde fuerit: ueꝝ unicũ intra annũ: Sic enĩ neceſſitas: & cõſciẽtia ueſtrę cogit caritatis: Tantũ duntaxat imponemus. quoniã nulli peccato par pœna impẽdit. In hũc modũ Antonius elocutus eſt/ octo ſupra uiginti legionib⁹ relaturus gratiã: quas tres ſupra quadraginta olim extitiſſe: cũ Mutinę iuicẽ cõciliati ſũt. Et hęc quę illis ꝓmiſerũt fuiſſe intelligo. Cętęꝝ aſſidue bellorũ clades/ ad tam infimũ eas adduxere numerũ. Hęc referẽte Antonio audiẽtes greci cũ fletu humi ſe ſternẽtes/ neceſſitatẽ a Bruto: Caſſioq; inditã/ neq; ęquã erratibus eorũ: ſed miſericordia potius dignã rettulerũt. Daturos ſe ſpõte benefactoribus ſuis ſi haberẽt: ueꝝ ab hoſtibus ſpoliatos eſſe: quibus nõ pecunias ſolũ cõferre: ſed apparatus omnes pro pecunijs adijcere coacti forẽt/ Illi autẽ ĩ cudendis nũmis abſumpſiſſent. Tandẽ rogãtes ac deprecantes/ ut nouẽ annorũ tributa duobus annis cõferre poſſent/ exorarũt: quę nõ ſolum regibus: dynaſtis: liberiſq; ciuitatibus: ueꝝ iuxta uniuſcuiuſq; poteſtatẽ iniuncta ſunt. Eodẽ nationes peragrãte/ Lucius Caſſij frater: & quicũq; alij ex timore delituerãt/ intellecta uenia: quę cęteris in Epheſo cõceſſa fuerat/ ultro ſupplicatũ acceſſere. Quos omnes pręter eos: qui in Cęſarẽ olim cõſpirauerãt (bis enĩ implacabilis ſemper fuit/ uenia donauit. Vrbes quoq; maximas opprefſas calamitatibus cõſolatus eſt. Lycios tributis ĩmunes eſſe iuſſit. Xanthios eorũ urbẽ reſtituere adhortatus eſt. Rhodijs Andrũ: Tenũ: Naxum: & Gnidum tradidit: Quas nõ multo poſt q̃ſi ex ſorte legalius illis imperãtes abſtulere. Laodicenſes: Tarſenſeſq; liberos: ac tributoꝝ ĩmunes eſſe uoluit. Ex Tarſenſibus

Perfidus uir: & ſimulator.

Conſcientia optima.

Mutina.

Greçorum reſponſio cum fletu.

Lucius Caſſij frater.

Lycij.
Xanthij.
Rhodij.
Laodicenſes.
Tarſenſes.

precio uenũdatos edicto liberauit. Athenieẽſibus ad eũ acceden tibus ultra Tenũ Eginam quoq; tradidit. Icum pręterea: ac Ceum: Sciatũ: Peparethũ: Epipatiũq;. Phrygiã inſuper: Myſiam: Galathas qui Aſiam incolũt: Capadociã: Ciliciã: Syriã inferiorem: & Paleſtinã: Tureonãq;: & quaſcunq; alias Syriotũ nationes/ grauioribus tributorũ oneribus afflixit: quę ſeparatim regibus: & populis impoſuit. ut Ariarathi in Cappadocia: ac Syſino. Cui etiã ad obtinendum regnũ adiutor affuit/ matris eius pulchritudine ductus ac feſtiuitate. In Syria tyrãnos ex urbibus pepulit. In Cilicia autẽ accedente ad eum Cleopatra/q; Cęſaris laborũ nullã attigiſſet partẽ conqueſtus eſt. Verę ea non tam ſe a crimine purgãte q̃ actorũ exhibente rationẽ/q; quattuor legiones per Dolobellã emiſiſſet: exercitũq; aliũ paratũ tenuiſſet/a tempeſtate prępedita. Dolobella celerrime bello ſuperato: minitante inſuper Caſſio ni una militaret. Ipſis pręterea in Ionio pugnãtibus cũ exercitu: & apparatu magno adnauigaſſet/nullo Caſſij timore habito aut Murci: qui claſſe maria omnia obſideret: quoad tempeſtate correpta naues omnes amiſiſſet/ Ipſa graui ualitudine fere ad interitũ oppreſſa eſſet. Quibus ex rebus gratię ſibi potius habende forent q̃ poſterius deuictis inferenda arma. Antonius ultra aſpectũ prudẽtia eius ſtupefactus: iuuenili quodam amore ſubito exarſit: q̃q̃ quadrageſimũ ętatis attigiſſet annũ. Verũ pronior ad huiuſmodi libidines ſemper habitus. Ferunt quippe eiuſdẽ uirgunculę adhuc pulchritudine correptũ: ardentius eam cõcupiſſe: cũ Gabinio in Alexandriam proficiſcẽti ad bellũ/ ipſe pręfectus equitũ/ adoleſcẽtior comes acceſſiſſet. Statim igit̃ quę Antonio ad omnia diligentia & cura affuit/uno impetu extincta eſt. Quicquid Cleopatra imperaſſet/ nec difficulter quidẽ tam de iuſtis: q̃ de ſactis exequebatur: poſteaq̃ ſororẽ eius Arſinoem ſupplicẽ Mileti in Leucophryenis dianę templo pręmittens interemit: Et Serapionẽ in Cypro ꝑ ea depugnantẽ cũ Caſſio: & pro Tyrijs ad ſe ſupplicẽ

Athenienſes.

Tributa duplicia.

Cleopatra.

Dolobella.

Caſſius.

Amor Antonij.

Gabinius.

Arſinoe.

Serapio.

profectũ/ Tyrios Cleopatrę tradere coegit. Et alterũ item deprecantẽ Aradios illi prodere. Hunc ignotũ quendã Ptolemęo Cleopatrę fratre nõ apparẽte nauali pugna: quę in Nilo cõtra Cęsarẽ gesta est: Aradij habuisse dicũt: qui se Ptolemęũ profiteri esse. Ac etiã in Epheso dianę flaminem: quẽ Megabysſũ existimãtq; aliquãdo Arsinoem ueluti reginã susciꝑ imperasset/ Ephesijs Cleopatrã deprecãtibus facile concessit. Adeo Antonius ad omnia propere ĩmutatus est: quę passio principiũ ac finẽ omniũ subinde calamitatũ illi attulit. Enauigãte etenim in patriã Cleopatra/ Antonius equites ad Palmyrã urbẽ nõ longe ab Euphrate fluuio sitam/ modica quędã ciuibus imponens/ ut eam diriperẽt emisit: quoniam Romanis & Parthis finitima ad utrosq; accõmoda futura esset. Negociatores in ea habitãtes ex Persia Indorũ res: & Arabũ solent cõuectare. Igit ueluti romanorũ partes dispositurus in urbe/ re ipsa ut militibus ĩ prędam traderet adire illam iubet. Palmyrenei intellecta fraude/ necessarijs ĩ contrariã fluminis partẽ euectis: pręparatis etiã arcubus in aduersa ripa: ad quorũ usum promptissimi habentur/ si quis uim afferre uellet urbẽ destituerãt: quã uacuã offendẽtes equites/ nullo cũ ipsis inito prędio: ac ne pręda quidẽ abacta discessere. Quę res non multo post Antonio Parthicũ uidet intulisse bellum/ multis ex Syria tyrãnis in eam fugientibus. Nam Syria ad Antiochũ usq; Eusebium: & Antiochũ eiusdem filiũ ab his qui a Seleuco Nicatore originẽ duxere regebat: ut a nobis in libro quem de Syrijs edidimus perscriptũ est. Pompeio deinde Syriam romanis uendicante: & Scaurũ prętorem in ea statuente/ Senatus post Scaurum prętores alios instituit: & Gabinium qui Alexandrinos bello aggressus est/ imposuit. Gabinij discessu Crassus ei prouincię prędfuit: qui habito cum Parthis prędlio uita excessit. Hunc Bibulus prętor insecutus est. Nouissime post Cęsaris necem seditiones in ea a tyrannis emerserũt: quibus Parthorum imperiũ secutis/ a Crassi clade/ Parthi Syriam

Ptolemęus.

Megabysſus. id est magno linthęo amictus

Palmyra urbs.

Attende.

Seleucus Nicator.

Lege in libro Syrioꝝ.

Syrię prętores.

Bibulus.

occuparũt tyrannis potiſſimũ fauẽtes: quos in Parthienẽ fugientes Antonius urbe expulit: plurimis tributa grauiora inferẽs ac Palmyreneis/ illata iniuria/ prouinciã tumultu excitam/ minime cõfirmare aggreſſus: militibus per urbes ĩ hiberna diſtributis in Aegyptũ poſt Cleopatrã profectus eſt. Illa uenientem apparatu ſplendido ſuſcepit. Eo loci Antonius depoſitis imperij ſignis atq; apparatibus/priuato habitu uictuq; tranſegit hyemem/ſiue q; alieno in principatu: & regia urbe morã duceret: ſiue q; hyemẽ ueluti ĩ ſpectaculis quibuſdã ageret. Exutus nẽpe curis omnibus: & imperij obſequijs/ſtolam quadratã greçorum more: pro patria & domeſtica induit. Calciamẽta candida qualia Athenienſiũ ſacerdotes & Alexandrinoꝝ: quos Phecaſios uocant deferre cõſueuerũt/ſibi aſſumpſit: Deambulabatq; uel ad tẽpla: aut gymnaſia: aut ad philologorũ cõuerſationes: aut greçorũ conuenticula ſub Cleopatra: cum qua preçipue in aduentu hęc peregit. In his itaq; obuerſabat' Antonius. Ceſarẽ interea Romã redeuntẽ grauior ualitudo afflixit: ita ut nõ ſine periculo Brunduſiũ delatus/ex rumore interijſſe crederet'. Cõualeſcens deinde urbẽ ingreſſus eſt: & Antonij preçfectis litteras quas attulerat exhibuit. Hi Calenum duas Ceſari legiones cõcedere iuſſerũt. In Libya preçterea ad Sextiũ miſere ut Libya excederet: eamq; prouinciã ex mãdato illi traderet. Quę omnia ab ipſis perfecta ſunt. Ceſar Lepido cũ nihil indignũ egiſſe cõperiſſet/Libyam priorum nationũ loco aſcripſit: ac reliqua quę ex proſcriptione in publicũ ablata fuerãt/ coemere curauit. Cũ uero milites per colonias diſtribuere: agroſq; illis aſſignare niteretur/magna ſollicitudine: & cura tenebatur. Nam urbes: quę a principio illis pollicitę fuerant/ad belli preçmia poſcebant. Quę res totam fere Italiam/uel illoꝝ libidini ſubijcere: uel ad alia loca ex neceſſitate eos mittere cogebat. Agrorum preçterea precia expetebãt: nullis aſſiſtentibus pecunijs. Quę palam facta cũ iuuenes pariter: ac ſenes intelligerent/Romã continue per partes

Parthiene.

Antonij peregrinatio in Aegyptum.

Phecaſij.

Quę in Italia a Ceſare in promerẽdis uictricibus copijs geſta ſunt.

Sextius.

Difficilem attende prouinciam.

aduentabant. Mulieres porro cū pueris in foro: templiſq; paſſim illachrymabant/nihil impiū egiſſe dictitantes:Seq; cū Itali forent/ab agris:domibuſq; ueluti belli iure captos/indigne deturbari. Super quę audientes romani angebant animo:atq; deflebant: potiſſimū cum nulla utilitate urbis: ſed eorū cauſa: ac reipublicę mutatione/bellū geri animaduerterēt:pręmiaq; obinde illis dari:Colonias etiā concitari/ ne popularis ſtatus ulterius locū eſſet habiturus/ cohabitātibus una cū ducibus:mercenarijſq; exercitibus: qui ad omnia: quę illi concupiſſent/parati aſſiſterēt. At uero Cęſar neceſſitatem exponebat urbibus: quę

Militum proteruia.

neutiq; ſufficere adhuc illis uidebantur.Neq; ſe cohibebāt milites: ueȝ finitimos nō ſine iniuria aggreſſi/longe plura q̄ illis pollicita eſſent/rapiebāt: quę potiora etiā forēt auferētes:Neq; increpante eo qui munera exhibebat. Ad multa quippe Cęſari ſilentiū indixerāt: potiſſimū cū imperatores ad tuendū principatū illis indigentes ultro ſpernerent. Iam enim annoȝ quinq; tempus illi effluxerat: & neceſſitas ſecuritatē utrotūq; exoptare uidebat. Nam & imperatoribus ad tuendū principatū exercitu opus erat:& exercitui/ut quę abſtulerat retinere poſſet/ſtabili opus erat imperio.& cū ſeipſos ad id agendū impotētes cernerent/ex neceſſitate interim coacti depugnabāt.Multa pręter hęc indigētibus e ſactis mutuo ſumpta tribuerat Cęſar.Qua ex cauſa ad illum q̄primū uertebant oculos:& plurimoȝ gratia illi acceſſerat:utpote qui agros:urbes:pecunias: habitacula quoq; eſſet prębiturus: & omniū non ſine inuidia qui hęc adepti forent celebraret uoce:& contumelias exercitus gratia perferret.

Contētionis origo inter Octauiū:& Lucium Antonium.

Quę ſingula mēte repetētes Lucius Antonius Antonij frater: tū forte cōſulatū gerens:& Antonij uxor Fuluia:& ex abſentia Antonio fauens Lucius Manius/ne uniuerſa Cęſaris opera agi

Fuluia.

Lucius Manius.

uiderēt:neue ſolus gratiā ſibi aſſumeret:Antonius benuolētia & caritate fraudaret/ habitationes militū abſente Antonio differri ſuaſere. Cū difficile id eſſet ob inſtātē militū ſollicitudinē

atq; cutam: qui Antonij legiones per habitacula disponerent: decernendos esse: eosq; ab se exigendos postularūt: quas decreto Antonij solum Cęsari concessas dicerēt. Questi insuper neq; dante Antonio concessas esse. Ipsi Fulniā: Antonijq; liberos inuidiose admodum in exercitū ducentes/ ne Antonij glorię: benignitatisue obliuiscerent̄: aut beneficioꝝ: que ab illo suscepissent/ precabant̄. Creuerat iam enī & apud milites & apud alios Antonij gloria belli in Philippis acti/ ob Cęsaris ualitudinē: cū id opus Antonij tantūmodo arbitrarent̄ esse. Cęsar eoꝝ quę in illū tentarent̄ minime ignarus: Antonij tamē gracia facile concessit. Sic habitatiōes: qui Antonij legionibus impenderēt/ eoꝝ arbitrio permissi sūt. Illi militibus subinde cōtulerūt: & ut Cęsare indulgentiores erga suos uiderent̄ esse/ multos adhuc amplius iniuria affecere. Nam & pleręq; urbes non longe ab his quę distributę fuerāt incolebāt̄: quę plura a militibus indigna sustinētes/ ad Cęsarē clamabant/ habitationes huiusmodi proscriptionibus longe iniquiores esse: illas quidē ī hostes: has ad nihil delinquentes instrui. Hęc Cęsar minime ignorabat: uerū difficillima illi erant. Nam argentū quod cultoribus in telluris pręmiū daret̄/ nequaq̄ aderat: neq; uictorię prędia incumbentibus adhuc hostibus suscipere ab ullo poterat/ Pompeio maria obsidente: & famē indicente urbi. Eneobarbo pręterea & Murco exercitū & classem aliā in unū cōparantibus: despectiores se quoq; apud illos futuros intelligabāt/ ni prędia priora suscepissent. plurimū illis cōsumptū ad quinquēnij imperiū. & exercitus beniuolentia longe amplius opus esse: & ob id cōtumeliaꝝ ac cōtemptus nullā rationem habendā existimabat. Nempe in theatro prędente illo/ miles quidā sessione indignus ad equitū processit ordines: qua ex re populus turbatus est. Cęsare illum assurgere imperāte/ milites ira cōciti: ac illum circūstantes/ excedentē theatro iterū reuocāt/ eos: qui minime inspexerāt/ ad rixam concitare rati. nam redeuntē e carcere duci prodiderunt.

Opus Antonij.

Difficultas.

Lege militum superbiam: & indignitatē.

Abnuentẽ deinde illũ & ut res geſta fuerat palam enarrantem: arguere & ueluti cõmunia prodentem increpare incipiũt. Hęc autẽ in theatro facta ſunt. Vocati deinde ad diſtributionẽ milites Marciũ in campũ/ ex feſtinatione etiã noctu peruenerunt.

Nonius.

Cęſare tardius ad eos accedẽte/ira ſublati ſunt. Cũ Nonius turmarũ dux/ſumma fiducia eos argueret: & honeſtatẽ ab ipſis ad imperatorẽ deferret/ualitudinẽ porro nõ ſuperbiã eius excuſaret: ut adulatorẽ ſalibus primũ infectati ſunt. Increbeſcente in maius ira/conuicijs aggreſſi/e campo pepulerũt: ac fugientẽ inſecuti: cũ forte ad Tybrim declinaſſet/pręcipitauere in fluuiũ: exceptũ quoq; eo loci abiecere: quo Cęſari iter futurũ erat/ ad campũ accedẽti. Amici itaq; ut a cõgreſſu illorũ abſtineret: iterãq;

Audaciã attẽde Cęſaris cũ optima ratiõe.

uehementiorẽ euitaret monuerũt. At is ultro ad illos uenit: ratus ſe furorẽ militũ incenſurũ magis/ſi cõſpectum eorũ euitaſſet. Deinde corpus proiectũ intuens/cũ paulum e uia declinaſſet: ueluti paucorũ facinus id eſſe queſtus/ ut ĩ futurũ ſibi ipſis mitiores forent adhortatus eſt: Nullaq; interiecta mora/ agros partiri cœpit: & ut digniores dona expoſcerẽt cõceſſit: ac indignis quibuſdã prẽter mentẽ eius cõtulit: quoad multitudo grauitatem eius admirata/poſt penitentiã gauiſa eſt: quaſi ſibi ipſi culpam inferẽs: eoſq; qui Nonio attuliſſent manus/ſi agnoſceret ut puniret perſuaſit. Ille eos ſe cognoſcere profeſſus/ſibi ſoli notum prẽter cẽteros punire uelle dixit: neq; ullã apud eos eſſe culpã. Sic milites uenia ſimul & honore doniſq; adornati/ confeſtim ex mutatione prẽconijs eũ extulere plurimis. Huiuſce

Ratio militum arrogantię.

uero indignitatis: & arrogantię erga imperatores maxime/duę uetiſimiliter cõiecturę afferri queunt: Et fortaſſis cauſa erit/ qꝝ prętores utplurimũ creandorũ munerum: ut in ciuilibus bellis expertes erant: nec exercitus eoꝝ ullis patrijs moribus ad comicia acerſebant. neq; utilitate patrię potius: aut reipublicę communi bono/ q̃ ducentiũ eos auſpicijs in unum conſpirauerant: neq; neceſſitate legũ: ſed pollicitationibus allecti proprijs: neq;

ad cõmunes ſed ad proprios duntaxat ferebant hoſtes: neq; in exteros ſed in ciues & collegas pugnaturi. Hęc enĩ omnia militatẽ illis ademerãt timotẽ. Non enĩ militare ſe magis exiſtimabant/ q̃ ex eorũ uoluntate: & gratia afferte opem. Imperatores quoq; ducẽtibus ipſis ad propria ex neceſſitate tranſiſſe credebant. Cauſam etiam attuliſſe dixerim: ut q; olim apud romanos tranſfugam haberi: uenia indignũ fuit: tũc munerũ quę offerebant gratia dignũ habebat. Quod & exercitus ex multitudine agebãt: & illuſtriũ prẽterea nõ nulli. Nõ tranſfugas ſe arbitrantes: cũ ad ſibi ſimilia tranſiſſent. Nam ſimilia tũc erant omnia. Nec alia ipſis ad cõmunẽ cũ romanis inimicitiã diſſimilitudo inerat: Et eadẽ imperatorũ ſimulatio: quaſi omnes ad utilitatẽ patrię auxiliũ afferrent. Quę res proniores ad mutationẽ eoſdẽ reddidit: ueluti qui omni ĩ loco patrię ſe opem allaturos crederent. Hęc prętores eoꝝ intelligẽtes/ nõ legũ cauſa potius q̃ munerũ & utilitatũ imperatores ſuos perpeſſi ſũt. Sic omnia ad ſeditionẽ denuo collapſa: quę exercitus ad indignitatẽ cõtra ſeditionis duces impulit. Interea fames urbẽ perurgebat. Nihil enĩ e mari ob Pompeium: aut ex Italia/ bellorũ cauſa diſtributis ad culturã agris ferebat. quicquid autẽ ex his fieret/ ab exercitibus cõſumebat. Multi adhuc p̃ noctẽ latrocinijs uniuerſam infeſtabant urbẽ: Et quod deterius erat/ nullo timore in omnes craſſabant. Eius rei culpa potiſſimũ ad milites referebatur. Iam multitudo prędcluſis officinis duces ſibi etexerat: utpote quę nullis artibus: aut magiſtratibus neceſſe ſibi duceret in deſolata & exhauſta urbe. Lucio igit Antonio populari admodũ triũuiratus munus deteſtante: aſſerenteq; nullo unq̃ tẽpore ceſſaturũ eſſe: offenſiones multę in Cęſarem prodibant: amplioreſq; in dies rixę pullulabant. Cultores omnes: qui e proprijs expulſi agris potentis cuiuſlibet ſupplices effecti erãt/ ad ſe uenientes ſolus admittebat: auxiliumq; pollicebatur/ ipſis ad quecunq; libuiſſet: pari modo opem ſuam offerentibus. Qua ex cauſa Antonij

Alia ratio.

Simulatio imperatoꝝ.

Fames urbis.

Peſſimus ciuitatis ſtatus.

Lucij Antonij ſeditio.

Homo uarius.

exercitus de ipſo grauiſſime conqueſtus eſt. Sic Cęſar Fuluiam

Cęſaris probitas. quę Antonio cõtraria eſſent operari faſſus/ intempeſtiuum illi
prępatare aiebat bellũ: donec Manius maligne admodũ Fuluiã
tandẽ in deterrus cõuertit. Is nempe quieſcẽte Italia Cleopatrã

Malum conſilium. Antoniũ detentuꝝ prędicabat: Inſurgẽte uero bello q̃citiſſime
ad ſe rediturũ fore. Fuluia muliebri paſſione ducta/ Lucium ad
cõtentionẽ ſponte impulit. Egrediente itaq; Cęſare ad reſidua
militibus prębenda loca/ Antonij filios: qui eum ſequerent cũ
Lucio emiſit: ut nõ amplius apud milites auctoritatis Cęſari q̃

Brutij. filijs ineſſet. Equitibus igit Cęſaris ad Brutiorũ maritima: quę
Pompeius olim diripuerat egreſſis/ ratus Lucius: ſiue ſponte a
ſeipſo cõmẽtus/ equites ĩ Antonij filios emitti/ ad Antonij colo
nias celeri curſu ſe ꝓripuit: multiſq; ad tutelã ſui ĩ unũ cõpara-
tis/ Cęſarẽ apud milites arguere conatus eſt: ueluti Antonio in-
fenſũ. Cęſar ecõtra omnia ſibi cũ Antonio cõmunia: & pacifica
eſſe edocuit: Luciũ alia ratione inter eos lites ſerere ut triũuira-
tũ oppugnaret per quẽ colonias ſibi aſcriptas tute demũ eſſent
habituri. Equites ĩ Brutios ad mãdata eius exequẽda ꝓceſſiſſe.

Theanum. Hec prędecti exercituũ: duceſq; audiẽtes cũ eodẽ ĩ Theano col-
Ordines ſeparatim locuti: his uerbis cõuenere. Conſules quę patrię neceſſaria ſolũ
Triũuiris: & con- fotẽt ꝓuidere. Neminẽ ex Triũuiris illos ꝓhibere. Nulli ex ijs
ſulibus. qui in Philippis militaſſent agros impartire poſſe: Pecuniaſq;
in publicũ redactas: & cõdemnationes eorũ qui uenales adhuc
eſſent non attingere. Antonij exercitũ per Italiã ęque partien-
dum eſſe: neq; aliũ ex Italia amplius eligendũ. Cęſari in Pom-
peium militanti duas Antonij legiones tribuendas fore. Alpes
patere his: qui a Cęſare in Hiberiam proficiſcerent: neq; Aſi-
nium Pollionẽ prohibere ulterius. Luciũ his contentũ/ cuſto-
diam corpori ammouere: intrepideq; ĩ urbe uitam agere. Hęc
per exercitus primores ad inuicem decreta. Ex quibus duo po-

Saluidenus. ſtrema illa ſolũ confecta ſũt: Et Saluidenus licet inuito eo alpes
tranſgreſſus eſt. Cũ cętera neutiq; fierẽt: uel in longũ ducerẽt:

Lucius Preneſte ꝓfectus eſt/ Cęſarē ſe uereri inquiens princi/
patus cauſa circūſeptum armis: cū ipſe nullo cuſtode ī publicū
prodiret. Seceſſit & Fuluia Lepidū ſibi exemplo eſſe referens
ut filijs caueret. Hec enī in primis Cęſari obijciebantur: quę ab
utriſq; Antonio pariter cōſcripta ſunt: Et amici cū epiſtolis ad
eū miſſi: qui ſingula edocerent. Quę ſi minime perquirens in/
ueniret/ apertius reſcriberet. Subito itaq; exercituū pręfecti iu/
reiurando ſancientes/ Se quod iuſtum eſſet inter imperatores
iudicaturos eſſe: & diſſentiētes ad idem inducturos/ eos: qui cū
Lucio erāt/ uiciſſim poſtularūt. Non aſſentientibus illis/ Cęſar
inuidioſe admodū ad exercituū duces: romanorūq; optimos de
his conqueſtus eſt. Illi ad Luciū arrepto curſu/ ut urbis: Italięq;
miſereret ob ciuilium bellorū metus deprecati ſunt: Aliquem
quoq; eligeret: qui medius inter eos & imperatores eorū iudi/
caret. Erubeſcente Lucio/ non ob ea ſolum: quę dicebantur: ſed
ob eos etiā qui referrent/ Manius audacter admodum Antoniū
ad nil aliud q̄ in exteris pecunias accumulare dixit. Cęſarē ex/
ercitus: & oppottuna quęq; Italię muneribus: & obſequijs ſibi
aſciſcere. Celtarū prouinciā Antonio ante conceſſam/ decepto
eo libertati reſtitutā eſſe. Italiam fere omnem octo ſupra decē
urbiū loco/ militibus attribui: & quattuor ultra triginta legio/
nibus/ ꝓ octo ac uiginti: qui una militaſſent impendi. Nō agros
modo: ſed pecunias e templis ab eo eripi: quaſi in Pompeium
eſſet ꝓfecturus/ ad quod impotens omnino eſſet: urbe iampri/
dem fame laborante. Diuidere pręmia militibus ut ī Antoniū
eos irritaret: cum quę in publicū relata forent/ non nenundare
magis q̄ elargiri uideretur. Neceſſe eſſe ſi re ipſa pacem cupiat:
eorum quę conſtituta forent ſubire rationem. In futurum uero
quę communi utilitati conſulentibus uiſa ſint/ ea ſolum facere.
Sic Manius ſingulari audacia/ nec Cęſarem alicuius operis fore
dominū: nec Antonio pactionē ullam affirmandā eſſe cenſuit:
utrunq; cum iniuncta peregiſſet: Imperatorē habendum eſſe:

Probitatem attende
pręfectorum.

Manij audacia.

& eorū quę publice uenundarent/ ad inuicē retinere poteſtatē.

Apparatus belli. Omnino itaq; Cęſar ſe ab his oppugnari intuens/ non nihil uerebatur: & ſe uterq; eorū prępparabat. Duę legiones olim Cęſari paternę aderant/ in Ancona urbe cōſtitutę: quę cū Antonio militabāt. Hę utriuſq; apparatū ſentiētes/ ob cōmunē beniuolentiā: ac familiaritatē uerecundia ductę/ legatos inuicem miſere Romā: qui ambos conciliarent. Cęſare illis referente/ non cum Antonio pugnare ſe: ſed a Lucio oppugnari/ exercituum primores allocuti ad Luciū oratores deſtinant: qui eum cū Cęſare in iudiciū uocarent. Iam enī quę facturi eſſent/ ſi id recuſarent/ clare licebat intueri. Lucio conditionē admittente/ locus

Gabiorum urbs. nunc Gallicanum. cauſę diffinitus eſt. urbs ſcilicet Gabiorū/ inter Romam Preneſteq; media: & ſeſſio uiciſſim iudicibus aſcripta. Tribunalia inſuper duo in medio erecta: ueluti in iudicio facturis uerba. Pri-

Attende fortunā loci iudiciarij. mus Cęſar adueniens/ equites ad locū p quē Lucius trāſiturus erat emiſit/ inſidias ſi quę forte adeſſent/ ſcrutaturos. Illi equitibus quibuſdā Lucij pręcurſoribus: ac uiciſſim exploraturis ea loca/ obuiam facti non nullos interemere. Qua ex cauſa Lucius

Ambigua ſuſpitio. aggreſſionem: ut aiebat ueritus retroceſſit. Reuocantibus deinde illum exercituū prępfectis: & tute affuturū illū pollicētibus: neutiq; aſſenſus eſt. Sic conciliationes nullo perfecto opere ſoluūtur: bellūq; ab utroq; meditari cœptū. acerbioribus etiā epiſtolis inter ſe cōtendere aggreſſi ſūt. Lucio ſex legionū exercitus aderat: quas ipſe ad conſulatū accedens congregarat. Huic

Calenus. Antonij undecē alię acceſſerāt: quibus Calenus pręſidebat: & hę per Italiam diſtributę omnē. Cęſaris legiones quattuor Capuę fuere: & prętorię quędā circa ipſū. Sex quoq; alias Saluide-

Saluidenus. nus ex hiberia adduxerat. Aderāt & Lucio pecunię a nationibus: quę minime ab Antonio expugnatę fuerant. Cęſari uero quas ab omnibus acceperat: atq; expugnarat/ Sardis exceptis: & quas mutuo ex ſacris retributiōis gratiā pollicit? aſſūpſerat Romę a capitolio: ab Antoniano a libanubio a Nemis ac Tybure:

Lege loca ſacra: ī quibus theſauri inerant

quibus in locis thesauri nunc uel maxime sacratū pecuniarum asseruātur copiosissimi. Nam quę Italiā extra idem possidebat: eo tempore turbationibus discidijsq; agitabant. Nempe Pompeius ob proscriptiones & exercituū incolatus: Lucij pręterea dissensionē ad summū glorię potentięq; peruenerat. Quicunq; enī pro seipsis solliciti: aut qui propria abstulissent: aut rempublicam penitus auerterēt/ ad illū ferebāt. Alia porro iuuentus lucri causa ad militiā festinans: & sub quo potissimū militaret haud multifaciens: cum ubiq; romanis miscerēt/ ad Pompeiū pręcipue inclinabat: ueluti iustiores eligentē partes: & qui ad ingentē opum abundantiam ob prędas mari abactas peruenisset. Naues plurimas haberet. maximū quoq; terū apparatū. Nā Murcus duas agens legiones: sagittarios porro quingentos: pecunias multas. ad hęc naues octoginta/ ad illū uenerat: Aliūq; exercitū ex Cephalenia acersierat/ Sic ut a non nullis creditū sit Pompeium si se audacter bis rebus intulisset/ Italię tunc fame: dissensionibusq; laborantis: & ad ipsū inclinātis maxime/ fuisse potiturum. Cętęq; Pompeio ob inscitiā/ nō Italiam aggredi: sed opem potius afferre uisū: donec res eius inferiores tandē effectę sunt. Quippe Sextius equitum Antonij pręfectus in libya: iam antea exercitū iubēte Lucio/ Fagioni Cęsaris pręfecto dederat: & subinde qui repeterent ad eum miserat. quo recusante cū eodē gerebat bellū: nō nullos ex militantibus: aliamq; libycorum multitudinē: & a regibus q̄ multos in unū congregans. Fagio pugna superatus/ utroq; amisso cornu/ exercitibus se inuicem suscipientibus: ex proditione id eueniisse ratus/ seipsum interemit. ac confestim Sextius utranq; Libyam assecutus est. Lucius Bocchum Maurusiorū regem ut cum Carrina bellum gereret: qui Hiberiam Cęsari tradiderat adhortatus est. Eneobarbus octoginta nauibus: duabus pręterea legionibus: ac sagittariorū: funditorumq;: nec non uelitum: & gladiatorū ingenti manu Ionium deprędabatur ęquor: Et quęcunq; Triūuirum

Pompeij gloria.

Murcus.

Cephalenia.

Inscitiam Pompeij nota.

Sextius.

Fagio.

Bocchus Mauruſiorū rex. Carrina.

Eneobarbi potentia.

Brunduſium.

ſubiecta imperio depopulabat̃. Ad Brunduſium quoq; delatus Cęſaris triremes ptęlio aggreſſus partem interceperat: partem igne cõburens/ Brunduſinis intra mœnia cõcluſis/ regionẽ deuaſtabat omnem. His ex cauſis cõmotus Cęſar/ militũ legionẽ Brunduſium ire iuſſit: Et Saluidenũ in bibetiam euntẽ magna celeritate ad ſe reuocauit. unaq; Cęſar: & Lucius: qui exercitus per Italiã colligerẽt cõtinue mittebãt. Exterorũ quoq; incitationes maiores minoreſue ab utroq; fiebant. Inſidię etiã plerunq; interueniebant. Verũ Italorum beniuolentia utplurimum ad Lucium inclinabat: quaſi pro ipſis in ſortem diſtributis depugnantem. Neq; ſolum urbes exercitibus deſcriptę: uerum uniuerſa Italia timore ducta/ ne ſimilia illis pateretur/ aſſurrexerat. Et qui pecunias ex eorũ ſactis ob Cęſarẽ abſtulerãt: ex urbibus expellentes populi: interficienteſue mœnia in poteſtate ſibi aſſumpſerant: & ad Lucium una confluebant. Itidem & ad Cęſarem: qui per colonias ab eo diſtributi fuerant accedebant: ueluti ad domeſticum iam inter ſe diuiſi bellum. Quibus ex rebus Cęſar Senatum: equeſtremq; ordinem in unũ conuocans: his uerbis allocutus eſt. Deſpicior equidem ſatis ſcio ab his qui circa Luciũ ſunt: quaſi ob debilitatẽ: timiditatemue eos minime ulctus fuerim: propter quę nunc ordines ueſtros alloquentem me uituperant. Mihi quidẽ ualidior in dies exercitus fit: atq; audacior: quicunq; contumelia mecũ affectus a Lucio ſortione ſua ſpoliatur: omniſq; alius quicunq; adeſt. ualidiora etiã & cętera exurgunt: una duntaxat ſentẽtia excepta. Nõ enĩ mihi iocundũ ciuilibus cõcertare bellis niſi ad ea neceſſitate impellat maxima: neq; ĩ reliquis ad inuicẽ abuti ciuibus: potiſſimũ ciuili bello: quod a uobis nõ ex Macedonia aut Thracia audiendũ ſit: ſed ĩ ipſa Italia agendũ: quę ultra tot uirorũ cladẽ: atq; interitũ tot ingentes calamitates: ueluti ſtadiũ quoddam effecta nobis: paſſura uideatur. Hęc quippe ego addubito: & adhuc teſtor neq; iniuria me affeciſſe Antonium: neq; ab illo affectum eſſe.

Attende.

Cęſaris oratio ad Senatũ: & equeſtrem ordinem.

Italia.

Solum uos ut Luciũ: eiuſq; ſequaces arguatis perſuadeo: meq; illi ut cõcilietis uehementer cupio. Qui ſi mihi nõ obtemperarint: minuſue crediderint/ faciã ut uniuerſi intelligant/ conſilij rectitudinẽ uſq; nũc affuiſſe mihi: nõ timiditatẽ. Vos autem ut apud Antoniũ teſtes mihi ſitis deprecor: & ob Lucij ſuſpitionem una cõſurgatis. Hęc a Cęſare palam dicta. Quorũ cauſa bi denuo Preneſte profecti ſunt. Quibus Lucius hoc ſolũ rettulit Cur ad horũ aſſumptionẽ operũ uterq; eorũ delatus eſſet/ diſſimulare Cęſarẽ: qui nuper legionẽ/ ut a reditu ꝓhiberet Antouiũ/ Brunduſiũ emiſerit. Manius etiã Antonij epiſtolã ꝓtulit/ ſiue conficta a ſe: ſiue uere editã hac ſentẽtia pugnaturũ ſe ſi quis dignitatẽ eius deſtruat. Rogantibus ijs qui e Senatu aderant/ quis dignitatẽ eius ꝓpugnaret: & ob id eos ĩ iudiciũ uocantibus/ Manius plura alia ſophiſtice admodũ his inſeruit: quoad illi infecto negocio abiere: nec ad iudiciũ cũ Cęſare ulteriꝰ uenere/ ſiue a ſeipſo unuſquiſq; renũciaret: ſiue alia ex cauſa: ſiue rubore duceretur. Sic bellũ cõtinuo apertũ eſt. Ad quod Cęſar proficiſcens Lepidũ duabus cũ legiõibus cuſtodię urbis dereliquit. Ea tempeſtate multi illuſtriũ: tum uel maxime triũuiratũ deteſtari uiſi ſunt: Nam ad Lucium tranſiere omnes. Belli autem principia huiuſmodi fuere. Duę Lucij legiones apud Albam diſſidentes/ eiectis ducibus ad defectionem inclinarunt. Feſtinantibus ad has Cęſare: & Lucio/ pręueniens Lucius iterum pecuniarum oblationibus: pollicitationibuſq; leniuit. Firmio deinde exercitũ alium ad Lucium ducente/ Cęſar Firmium aggreſſus: accurrentis ad collem exercitus poſtrema inuaſit. Cum nocte ad Sentiam urbem acceſſiſſet: quę earundẽ partium dicebatur eſſe/ Cęſar inſidias ueritus/ minime nocte inſecutus eſt. Orta luce Sentiam ſimul & Firmij exercitum obſedit. Lucius Romam propetans/ tres acies pręmiſit: que in urbẽ accurrentes neutiq; per noctem conſpectę ſunt. Ipſe magno exercitu equitũ: gladiatorũq; proceſſit. Nonio cuſtode per portas illum admittente: & exercitũ qui ſub eo fuerat exhibẽte/ Lepidus ad Cęſarem aufugit. Lucius romanos affatus/ Cęſarem: ac

Finis orationis.
Preneſte.
Superba Lucij reſponſio.
Manius.
Belli principia.
Alba.
Firmius.
Sentia urbs.
Nonius.

Lepidū nefandi magiſtratus pœnas cōtinuo daturos eſſe dixit. Fratrē eius eundē magiſtratū ultro ponere: & conſulatū qui legalior habet/ ꝓ eo accipere: & legitimā: patriāq; dignitatē pro tyrannica uelle aſſumere. Ob quę exultātibus cūctis: & triūuiratus dignitatē diſſolui exiſtimātibus/ ipſe imperator a populo appellatus/ in Cęſarē progredit: exercitūq; aliū ex colonijs ab Antonio cōditis in unū cōgregās/ urbes ī poteſtatē redegit. Hę autē Antonij partes ſequebant. Barbatius Antonij quęſtor/ nō nihil Antonio infenſus: & ob id reuerſus ī patriā: interrogātibus dicere ſolebat/ Antoniū his qui ī Cęſarē ꝓ cōmuni eoꝝ poteſtate depugnarēt ſubiraſci. Qua ex re fere omnes niſi ſi quis circūuentus eſſet: Barbatio aſſentiētes/ a Lucio ad Cęſarē trāſibant. Lucius autē Saluideno cū ingētibus copijs a Celtis ad Cęſarē proficiſcēti occurrit. Saluidenū Aſinius Pollio: Vētidiuſq; ſequebāt Antonij prętores: qui progredi ulterius ipſū uetuere. Agrippa Cęſari amiciſſimus ne Saluidenus intercluderet extimeſcēs: Subriū intercepit/ locū Lucio accōmodiſſimū: ratus Luciū omiſſo Saluideno in ipſum moturū copias: & Lucio a tergo inſtāte/ Saluideno auxiliū afferre poſſe. Nec eū fefellit opinio: nam Lucius ſpe defraudatus: uerſus Aſiniū Vētidiūq; ꝓceſſit. Inſurgētibus utroq; ex latere Saluideno & Agrippa: opperiētibuſq; ut illū inter anguſta depꝫbēderēt: cū inſidię apparuiſſent: Lucius utroſq; aggredi non auſus: Peruſiā ſe cōtulit/ urbē mœnibus copijſq; munitā: iuxtaq; eam caſtra metatus eſt/ Ventidij copias opperiens: ac ſimul ipſum: Peruſiāq; urbē Agrippa. Saluidenus: & Cęſar ſuperueniēs/ tribus exercitibus circūdedere. Porro exercitum alium Cęſar omni ex parte magna celeritate comparauit: quaſi in hoc belli moles uniuerſa cōſiſteret: ſi quis Luciū oppreſſiſſet. Pręmiſit & alios: qui ad Ventidiū uenientibus ſe obijcerēt. At hi ꝓ ſeipſos accelerare nō auſi/ ſubſtitere: pręlium neutiq; expectantes: neq; Antonij mentem adhuc clare diſcernentes: cum ad exercitus imperium iuxta dignitatem neuter eorū aſſiſteret. Lucius neq; in pugnam progredi auſus:

Lucius imperator appellatus.

Barbatius.

Saluidenus.

Agrippa.
Subrium.

Peruſia urbs: quę nūc Peruſium dicitur.

Tres Cęſaris exercitus attende.

pluribus ac longe melioribus: bellicosioribusq; incumbẽtibus: cũ ipse exercitũ maiori ex parte nouis collectũ copijs haberet: neq; ad iter se apponere tot undiq; illum circũstantibus Maniũ ad Vẽtidiũ: Asiniũq; prẽmilit ut obsesso celerẽ afferrẽt opem. Tissiniũ etiã cũ equitibus quattuor millibus ad diripiẽda Cẽsaris oppida ire iubet ut inde discederet. Ipse Perusiam ingressus est: ueluti munitissima in urbe transacturus byemẽ/ si necessitas impelleret: donec Ventidij copię accessissent. At statim Cęsar uniuerso exercitu sũma celeritate Perusiã uallo: fossaq; pręcinxit: sex & quinq̃ginta stadia cõplexus ob mõtuositatẽ urbis brachia lõge usq; ad Tyberim ꝓtendens/ ne quis urbẽ ingrederet. Ex aduerso Lucius alijs fossis uallisq; in illũ nitebat: montis semitã undiq; cõmunies. Et Fuluia Ventidiũ & Asiniũ: Ateiũ quoq; & Calenũ ex celtis accelerabat/ ut Lucio auxiliũ afferrẽt. Aliũ insup exercitũ ĩ unũ cõgregãs/ Plancũ ad Luciũ prẽmiserat. Plancus Romã ꝓficiscẽte Cęsare/ legionẽ ĩ itinere deprehẽsam ad interitionẽ fere amisit: Asinio ac Ventidio segniter admodũ cunctantibus: nundũ satis ꝓspecta Antonij uolũtate. Cũ a Fuluia & Manio subinde exciti ad Luciũ accelerãtes/ obstãtes quosq; repellerẽt/ Cęsar Agrippa comite/ relicta urbi custodia: illis occurrit. Hi neq; insimul cõgressi: neq; ea qua decuit celeritate retrouersi Rauenã unus: alius Ariminũ fuga petiere. Plancus ad Poletiũ iter arripit. Cęsar unicuiq; eorũ seꝑatim apposito exercitu/ ne in unũ cõuenirẽt/ Perusiã denuo reuersus/ fossas magna celeritate muniuit. ꝓfunditatẽ etiã in duplo adauxit: latitudinẽ quę triginta pedes utraq; ex parte excederet adiũxit murũ excelsũ erigens: & turres ligneas sexagĩta pedũ ĩ circuitu ad quingentas supra mille cõstituẽs: pinnis septas densissimis: omnẽq; aliũ apparatũ a fronte obijciẽs: ut nõ minus obsessos q̃ exteri9 irruere tentãtes repelleret. Hęc autẽ multis experimẽtis uarijsq; pręlijs inter utrosq; cõfecta sũt: cũ Cęsaris milites iaculandi arte pręcellerẽt/ Lucij gladiatorũ ĩ morẽ ad cõgrediendũ cominus essent potiores: multosq; complexi trucidarẽt. Postq̃ uero hęc omnia a Cęsare confecta sunt/ fames Lucium inuasit.

Tissinius.

Insignis & peruulgata Perusinę urbis obsidio.

Ateius.

Plancus.

Rauena. uel Rauenę pluraliter.

Ariminum.

Poletium: ex quo prisci Rauenę domini.

Notabilis obsidio.

Perusina fames: de qua Lucanus.

Ea clades dietim augebat/ q̄ nihil ab urbe conuectari posset. Id Cęsar intelligēs/ custodias diligētius agere cœpit. Anni solen/nibus in sequentē diē futuris: Lucius festū obseruans/ q̄ hostes ea die negligentius custodias acturos putaret/ ad portas nocte procurrit: ueluti prędudio quodā aliū in eos ducturus exercitū: nam magnę copię nō nunq̄ illi aderāt. Proxima autē legiōe ad prędidia existētes: Cęsare insuper cū prętorijs cohortibus celeri cursu afferēte opem: q̄ primū Lucius pugnās repellit. Hisdem diebus militibus frumentū Romę pręderuātibus/ multitudo uictoria: belloq; sublata/ aperte tumultuari cœpit: & ad domos ciuiū delata: ut frumētū scrutaret/ omne quod subinde inuentū est diripuit. Ventidij milites Lucio fame oppresso uerecundia ducti: ut Cęsaris exercitū urbi assistentē ui repellerent/ Perusiā uersus iter capiūt. Agrippa: & Saluideno longe ampliorib9 copijs aduersū prodeuntibus: ueriti ne in medio amborū claderent: ad Fulciniū locū declinarūt. qui per sexaginta supra centū stadia a Perusia distat. Eo in loco Agrippa eos obseruāte: ignes plures excitarūt: per quę Lucio signa aduentus eorū proderēt. Ventidius & Asinius iter pugna faciendū consulebāt. Plancus Cęsaris & Agrippę ī medio existentes: quę faciēda essent prędstolari adhuc amplius illis suadebat. Vicit tandē Planci sententia. Qui Perusię aderant cōspectis ignibus exhilarati sunt. Tardantibus ipsis uicissim ab hostib9 prępeditos esse: demū cessante igne/ ab eisdē profligatos esse crediderūt. Lucius incumbēte fame: noctu iterū a prima custodia ad aurorā usq; munimenta omni ex parte oppugnate cœpit. Vex̄ repulsus Perusiam iterū redire cogit. Ibi reliqua cibaria ī unū cōportata: seruis dari ꝓhibuit: custodiri insuper eos diligentius iussit/ ne quis aufugeret: & extremę difficultatis cognitio ad hostes perueniret. Deprehensa est igit seruorū multitudo ingens: qui & in ipsa urbe cōciderūt: & usq; ad propriū uallū/ pabulū si quod reperissent: & ramalia edentes reperti sunt. Hos fame uitā expirantes/ Lucius ingētibus fossis obrui mādauit/ ne igni ī posita cadauera indiciū

Nouitas populi.

Fulcinium credo locū: quem nunc Fulgineum dicimus.

Planci sententia.

Difficilis prouincia.

aperirẽt hoſtibus: aut putreſcentiũ uapor fetorẽ cęteris & morbos gigneret. Cũ uero neq; famis neq; mortis finis ullus uideretur eſſe/ turbati milites ob inſtantem cladem/ Luciũ adeunt: rogantq; ut hoſtiũ munimenta denuo aggredi uelit: ſperare ſe per uim ea omnino erupturos eſſe. Lucius promptitudine eoꝝ cõmendata/ Non digne inquit iampridem cum huiuſmodi neceſſitas adeſſet/ bello decertauimus. nunc autem ſi uoſmetipſos dedere neceſſe eſt: aut ſi id morte deterius uidetur/ ferro dimicare placet: uſq; ad mortem cenſeo pugnandũ. Conditione ab omnibus promptiſſime accepta: ne qua occaſio ut ĩ nocte euenire poſſet/ ad aurorã ſe duci poſtularunt: quos Lucius ante diem mouit. Inſtrumenta ad euertendos muros ferrea: ſcalas pluritariã ad uniuerſa fabricatas ſecum ferens. Aduehebat & machinas quaſdã ferreis hamis ad ſuperandas foſſas peraccõmodas. Turres fixiles: quę aſſeres muro appellerent: omnis generis iacula: lapideſq; : tum crates: quas ſudibus inijcerent. Aduolantes itaq; uehementi impetu foſſas ſtatim repleuere: lignaq; in tranſuerſum ducta ſuperarũt. deinde muris propiores facti: nõ nulli uallum fodere: alij ſcalas afferre properabant: quidam turres admouẽtes/ nullo mortis habito reſpectu/ ſaxis: ſagittis: fundiſq; nitebant. Et hęc quidẽ per partes haud minima geſta ſunt. Sed cũ hoſtibus multis in locis diſtributis/ omnia apud illos infirmiora cõſpexiſſent/ aſſeribus muros quatientes/ nõ ſine periculo ſũma ui depugnabãt. Quippe aſſeribus ipſis inſiſtentes/ ſagittis ex tranſuerſo: teliſq; omni ex parte petebãt. Tandẽ uiolentia ſũma uſi: licet pauci murũ cõſcendere. quos alij cõfeſtim inſecuti ſũt. Et fortaſſe aliquid nõ ſine labore tamẽ: ac deſperatione perfeciſſent/ niſi q̃ optimi ex Cęſaris exercitu: qui in ſubſidijs cõſtiterant/ machinarũ huiuſmodi inopiã apud eos intuentes/ milites labore uacuos defeſſis obiecere. Tũ uero pręcipites e muris deturbãtes: machinaſq; cõterentes/ nõ ſine contemptu ex alto ad ima pepulere: quibus in terrã procidentibus arma ſimul: corporaq; proterebant. Deficiẽte illis ad clamandũ

Lucij adhortatio.

Deſperatorũ bellum.

Repelluntur Luciani milites.

uoce/nō ſine ptomptitudine tamē perſiſtebāt. Cū autē eoꝝ qui ſupra mutū expirauerāt corpora armis ſpoliata intuerent̄/ faci/noris magnitudine cōmoti contumeliā ferre nō poterant: uerū aſpectu illoꝝ cōturbati patūper quid agerēt incerti morabant̄: ut in gymnicis certaminibus hi qui a labore aliquantulū reſpi/rant facere conſueuerūt. Sic ſe habentes miſeratus Lucius tuba reuocari imperat. Ob hoc exultātibus Cęſaris militibus: & ut ī uictoria mos eſt: arma quatiētibus/ Luciani dolore exciti: ſcalas denno aſſumūt. Cūq; turribus caretēt: ad muros deſperatione magna deferūt̄. Hos igit̄ in hoſtes nihil peragentes (nō enī po terāt) circūcurrens Lucius/ ne fruſtra pugnare uellēt precabat̄. Eoq; modo ſuſpirātes inuitoſq; a pręlio abduxit. Sic muroꝝ op/pugnatio tanto impetu cœpta: ac furore ī hūc modū deſijt. Cę/ſar ne hoſtes ſimili audacia ad muros denuo redirent/ exercitū omnē: qui geſtis rebus interfuerat/ ſuper mœnia cōſtituit: do/cuitq; per mutū aliū alio cōtinue deferri/ ad tubę ſonū: q̄q̄ ne/mine cogente: ut ſuis pugnādi peritiā adijceret: hoſtibus uero timor augeret̄. Triſticia ob hęc Lucij militibus: ut in talibus fi/eri cōſueuit adaucta eſt: ac cuſtodes derelicta urbis cura uniuer/ſa negligebant: ita ut ex ſimili incuria pleriq; dietim ad hoſtes ptranſirēt: neq; abiectiores tantū: ſed ex primoribus nō nulli id agerēt. Verſus eſt itaq; ad cōciliationē Lucius/ tantę multitudi/nis: quę indies deperibat miſericordia cōmotus: iterūq; ab imi/micis quibuſdā Cęſaris: qui pro ſeipſis uerebant̄/ perſuaſus ab incepto deſtitit. Poſtea uero q̄ Cęſarē tranſfugas ad ſe uenientes benignius ſuſcipe: multorūq; impetū ad cōciliationē inclinare uidit/ dubitare cœpit/ ne illis aduerſando & ipſe traderet̄: ex/perientia quadā ad id facta: nec incerta ſpe. Exercitū igit̄ ī unū cōuocauit: quē biſce uerbis allocutus eſt. Mens mihi fuit o cō/militones patriā uobis reſtituere/ rempublicā: tyrannidē triūui/rorū & principatū intuēti. ſed nec occaſio affuit/ Caſſio Brutoq; defunctis: Lepido inſuper magiſtratus ſui parte ſpoliato: An/tonio longe a nobis pecunias duntaxat in unū colligēte: cū hic ſolus ad uoluntatē eius cūcta miniſtraret/ romanoꝝ reſpublica

Deſperatio militum.

Tranſfugę.

Lucij oratio ad exer/citum.

Solus erat Cęſar.

ut figura quędā & irrisio effecta esset. Ea propter ad libertatem
pristinā popularē statū īmutare cupiēs: cū prędia militibus pe
tita traderent/ monarchiā dissoluere arbitratus sum. Cūq; nihil
profeciſſem/ in cōsulatu meo necessitate id quadā efficere ten/
taui. At hic nō mediocri me apud milites calūnia affecit: quasi
sortiones ipse ꝓhibuissem/ agricolarū ductus pietate. Hoc pro/
fecto diutius me latuit. Sed neq; cū intellexissem quicq̄ in ani/
mū induxi meū/ Incolas qui sortiones uobis prębituri essent/ ad
me inclinātes intuens. Vez nō nullos hęc calūnia ad ambitum
induxit: & ad illum ueluti in nos pugnaturi ut existimāt delati
sunt/ cū tēpore a seipsis militare formidātes. Hęc ego uobis te/
stor: qui potiora elegistis: & ultra posse tam ingentia mala per/
pessi estis. Victi quippe sumus nō ab hostib9: sed a fame: quo/
niam a prefectis nostris derelinquimur. Mihi quidem honeste
cesserit ꝓ patria ad extremā pugnasse fortunā: & honestā laudē
usq; in finē a cōscientia mea suscepisse. Sed nec propter uos de/
ficiam: quos glorię męę fautores semper habui. Mittā ad eū in
cuius manu potestas est: rogaboq; ut pro salute uestra/ me solū
arbitratu suo enecet: uobis mei causa ueniā impędat; ciuibus &
militibus quondā suis: & qui nihil usq; nūc inique peregistis:
nec nisi honesta ex causa induistis arma: nec bello magis q̄ fa/
me superati estis. Sic ille locutus est: nullaq; interposita mora
tres ex potioribus: qui ꝓ cęteris uerba facerēt ire monuit. Mul/
titudo iureiurādo assensum prębitit: cū quidā ipsoz gracia: alij
imperatoris mente ducerent: ut qui optimus: & democraticus
illis uideret: & extrema tandē necessitate est superatus. Tres il/
li ad Cęsarē profecti exercitus utriusq; genus: & einsdē natiōis
edidere uiros: & qui una aliquādo militassent. Affinitatis etiā
illustriū: & parētū uirtutis meminere: quę neq; ad implacabilē
seditionē eos impulissent: & quęcūq; alia his similia ad sedan/
dū eū rettulerūt. Cęsar partē eoz insolentē intuens: partē ꝓ sor
tionibus ultro depugnantē/ arte usus ī būc modū reddidit. His
qui sub Antonio militiā egissent/ sponte ueniam elargiri uelle

De Cęsare loquitur.

Finis orationis Lucij ad exercitum.

Legatio ad Cęsarem.

Breuis: & artificiosa Cęsaris responsio.

ueluti qui gratiã illi redderet: alios ut uolũtati ſuę ſe ſubijcerẽt edicere. Hęc in cõſpectu omniũ ab illo dicta. Vnum deinde ex tribus Furniũ priuatim ad ſe euocans/ maiore caritatis ſpe erga Luciũ: cęteroſq; proprijs exceptis hoſtibus/ incendit. Qui igit̃ Cęſari aduerſabant̃/ ſeparatim Furniũ cũ eodẽ locutũ eſſe/ eoq; cauſa ſuſpicati/ redeuntẽ conuicijs inſectati ſunt: Luciũq; ut uel pro ipſis cũ cęteris iniret fœdus: uel ad necem uſq; depugnaret exorarũt. non enĩ priuatim ipſis inimicũ Cęſarẽ: ſed cõmunẽ pro patria hoſtẽ extitiſſe. Lucius cõmendatis ipſis collegæ miſericordia & caritate ductus/ alios ad id munus eligere uelle ait: & neminẽ ſe potiorẽ eſſe inquiẽs/ nullo pręcone comitatus iter arripit. Pręcurrẽtibus nõ nullis: qui Cęſari Luciũ aduenire nũciarẽt/ Cęſar obuiã illi prodijt. Cõſpicui itaq; ad inuicẽ apparuere/ amicis comitati: pręclari quoq; eodẽ ueſtis ornamẽto/ militarẽ in modũ pariter amicti. Lucius ſepoſitis amicis/ cum duobus lictoribus progreſſus eſt/ ſimul mentẽ eius ab aſpectu indicans: quẽ Cęſar ꝓficiſcens ad exemplũ imitatus eſt: q̃ſi beniuolentia quadã erga illũ teneret̃. Luciũ deinde ad uallũ properantẽ intuens: ut palã omnibus ſe ad eũ cõuerſũ faceret/ pręueniens e uallo progreſſus eſt: ita ut Lucio cõſulendi de ſe: ac iudicandi libertas eſſet. In hũc modũ ſe a nutu: ueſteq; indicãtes ad inuicẽ cõgreſſi ſũt. Cũ autẽ ſupta foſſam cõſtitiſſent/ ſalute inuicẽ accepta: reddítaq;/ Lucius priot hęc loqui orſus eſt. Si quidem exterus eſſem o Cęſar: turpe mihi exiſtimatẽ in hũc modũ a te bello ſuperatũ eſſe: turpiorẽ adhuc deditionẽ a me factã ducerẽ: cuius dedecus: atq; etubeſcentiã facile a meipſo potuiſſem euitare. Exquo uero cũ ciue cõtendere: ac collega ꝓ patria cõtigit/ neutiq; indecorũ mihi arbitror/ huiuſmodi occaliõe tali uiro ĩ bello cõceſſiſſe. Hęc quippe refero: qui minime quęcũq; uelis pati recuſo. ob hoc enĩ in hunc tam ingentẽ/ nullo fœdere a te habito/ profectus ſum exercitũ: ſed ut alijs ueniã: & tuis cõgruentẽ rebus iuſte expetam. Oportet autẽ hęc me indicantem orationẽ ꝓ illis & me ęque diuidere. ut harũ rerũ cauſam a me

Furnius.

Suſpitio.

Lucij audacia.

Congreſſus Cęſaris & Lucij.

Attende.

Lucij oratio ad Cęſarem.

proceſſiſſe intelligas: & ī me uno irā tuā eſſe colligendā. Neq; fiducia cōmotū quicq; reprehendere uelle exiſtimes. Intempeſtiuū id quidem: ſed ut ueritati potius innitar: quę nemini me excepto nota eſt. Ego bellum contra te ſuſcepi Cęſari non ut te ſuperato principatū mihi aſſumerē: ſed ut optimā rempublicā triūuirorū potentia patrię noſtrę ademptā ī melius reſtituerē: quod nec ipſe arguis. Nam cū in unū conueniſſetis/ faſſi id imperiū periniquū eſſe ut neceſſariū & tēpori accōmodū eſſe iudicaſtis/ Caſſio: & Bruto perſiſtentibus adhuc: cū illis cōciliari minime poſſetis. At uero defūctis illis qui diſſenſionis huiuſce capita fuere: alioq; reliquijs ſi quę extiterāt penitus extinctis: non bellantiū illa reſpublica: ſed uos formidantiū uiſa eſt. Igit quinquēnij finiēte principatu magiſtratus ad patrios mores reuocādos duxi/ nō fratrē patrię anteponens: quē redeuntē ad id cōpellere ultro credidi: idq; ut fieret ī cōſulatu meo properaui. Quod ſi ipſe occepiſſes ſolus eius rei gloriā aſſecutus eſſes. Ex quo igit ut pareres minime tibi ſuadere potui/ Romā proficiſcens quim ad id inducere putaui/ ciuis exiſtens: & notus: & cōſul. Hę igit ſuſcipiendi a me belli cauſę extitere. Hę inquā ſolę: non frater: nō Manius: nō Fuluia: nō ſortiones eorū qui in Philippis depugnarūt. nō deniq; agricolarū miſericordia: quibus propria auferebāt: Ex quo fratris mei legionibus: qui habitacula tribuerēt/ impendi. qui plura ab agricolis dementes/ militibus aſcriberent. Sed tu hac me infamia apud eos aſperſiſti: belli cauſam ad ſortiones/ a te tranſferens. Quę ratio potiſſimū eos inuoluens ī me cōuertit. Nō enī ſub me militare amplius: aut ut inique agentē ope pſequi cōfiſi ſunt. Diſſimulare etenī bello utentē te oportuit ut uictoriam aſſequereris: & ſi hoſtis patrię eſſes: me hoſtē iudicare/ in his: quę illi cōferre uidebant ob famē cōſulentē. Hęc ipſe tibi refero/ me tuis cōcredens manibus: quicquid de me deliberes ut dixi/ clare effundens qualia de te prius ſenſi: & adhuc ſentiens ſolus ad te proficiſci uolui.

Triūuiratus.

Excuſatio Lucij.

Audax Lucius.

Hęc ꝑ me dixiſſe ſat erit. Pro neceſſarijs autē meis: amiciſq;: & uniuerſo exercitu/ niſi ſi quid de me ſuſpicari mauis: quę utiliſſima tibi ſunt aperte cōſulam. Nihil inique eos ob mutuam inter nos cōtentionē egiſſe aio: neq; hominē quēpiam fortuna utentē in re dubia prohibere eos: qui in caſibus & opportunitatibus propter te pericula ſubire uelint: cū ex lege tua intelligāt difficulter ſaluari poſſe/ niſi uicerint. Sin hoſtile conſiliū ut ſuſpitioſum: & infidū reſpuis/ hoc te adhortari audeā/ ne amicos meos ob delictū fortunāue punire pergas: ſed in me unū uniuerſa ingeras: cunctorū cauſam: exquo illos ab ſententia mea penitus abſolui. ne forte exiſtimes audiētibus illis: pro meipſo ſtudioſe uerba facere. Hec cū dixiſſet Lucius: & ſubinde ſiluiſſet/ Cęſar ī hūc modū illi reddidit. Sine fœdere ad me uenientē te intuens o Luci/ e caſtris ꝓprijs q̄celerrime obuiā ꝓfectus ſum: cū exterius adhuc eſſes: ut tui compos per te cōſulere: & ea dicere & facere poſſes: quę utilia tibi eſſe arbitrareris. Poſtq̄ uero delinquentiū ī morē: & peccata ſua cōfitentiū/ teipſū poteſtati meę ſubijcis/ nihil ulterius habeo quod redarguā ex his quę in me diſſimulāter admodū mētitus es. A principio quidē me lędere inſtituens/ nūc uel maxime lędis. Fœdera etenī mihi imponēs/ a uictore & iniuria pariter affecto cōſecutus es: cū te: amicoſq; tuos: & exercitū ſine fœdere mihi credidiſti. Irā ademiſti omnē: poteſtatē quoq; eripuiſti mihi: quā ex neceſſitate fœdus tibi impartiens attribui: quos ęquius expugnaſſe fuit: & uos quę obueniſſent patiēter ferre. Verū quę me digna ſūt pręponere inſtitui. per deos. per meipſum: & te Luci/ hac ſpe qua erga me fidenter uſus acceſſiſti: neutiq; te falli ſinā. Hęc inter ſe locuti ſunt: ueluti e cōmentarijs quibuſdam referentes elata uoce: quoad licuit: quę dicturi fuerāt ex animo prius meditati: ſeq; inuicē cenſentes. Cęſar Luciū laude & admiratione proſecutus eſt/ q; nihil ut in aduerſis imprudenter ignaueq; dixiſſet. Lucius Cęſaris modeſtiā: breuitatemq; loquendi uel maxime

Cęſaris reſponſio.

Principe digna oratio.

laudauit. Reliqui eorum quę dixiſſent ex utriuſq; aſpectu faci/le tulere ſententiam. Lucius deinde ad Tribunos militū miſit ut exercitus ſignū a Cęſare expoſcerent. Illi militū numerū ad eum detulerunt: quę cōſuetudo nunc etiam a noſtris obſerua/tur. Moſq; eſt Tribunū ſignum expetentē diurnalium librum afferre regi: exercitus numerū prędentis cōtinentem. Illi igitur ſignū aſſumentes: cuſtodias quoq; ad manus habuere. Cęſare quę ſua eſſent: utroſq; ea nocte cuſtodire imperante: cum illu/xiſſet/ſacrificia inijt. Lucius exercitū ad illum miſit/arma defe/rentē: & ueluti in agmine ad iter apparatū. Milites Cęſarem ut imperatorē a longe ſalutarunt. Legiones quoq; per partes ſta/tuentes/ eo in loco: quo idem iuſſit firmauere ſigna qui ſortio/nes depoſcebant ſcilicet ac tyrones ſeparatim ab illis diſtributi. Cęſar rite peractis ſacris lauro redimitus: quod uictorię ſignū erat: tribunal aſcendit; omnibuſq; ut arma ponerent eo in loco quo conſtiterāt edixit. Cum depoſuiſſent qui ſortiones expe/tebant/propius accedere monuit. quibus cognitis/ ingratitudi/nem eorum improbauit; miniſq; conterruit. Hoc enim factu tū eſſe illū/iam antea cognouerāt. Cęſaris igitur milites/ ſiue con/ſulto moniti: ut in rebus plerūq; ſolitis: ſiue paſſione ducerentur ut ad uiros domeſticos atq; neceſſarios/deſtitutis ordinibus: quibus prędidebant/ Lucianis propius mouere gradū: ac ueluti cōmilitonibus ſuis circūfuſi: arctiuſq; cōplexi fletum edidere: Cęſarēq; pro illis precari cœpere. Nec prius a clamore tempe/ratū eſt: ipſis inter ſe complexis: & cōmunicātibus dolorē: ty/ronibus quoq; idem factitantibus ita ut nihil inter eos diuiſum aut diuidi poſſe uideretur/q̄ Cęſar a ſententia propria excuſſus eſt. ut uix clamorem cohibens: his proprios milites quiuerit af/fari. Vos o commilitones ſic continue mihi aduerſamini: quaſi nihil a me feliciter poſſitis conſequi. Ego nuper militantes/ ex neceſſitate cum Lucio militare exiſtimo. Eos igit̄ plerunq; no/biſcum aſſuetos: & nunc a nobis conſeruatos/ alloqui in animo

Lege modū traditio/nis exercitus per de/ditionem.

Signū eſt. Teſſera: nō uexillum.

Victorię ſignum.

Receptio exercitus ab imperatore.

Cęſaris reprehenſio ad ſuos.

ſtatueram/ quid a nobis paſſi: aut qua gratia indigni habiti: aut quid ab alijs maius expectātes/in me: uoſq; ac ſeipſos arma mouerint. Hęc enī in quibus defatigor ad ſortionē pertinēt: quaꝝ pars ad iſtos ſpectat. Quod ſi annuitis & id intelligam non ſuadentiū: ſed inceſſanter deprecantiū eſſe ſignū: quęcunq; cupieritis ultro indulgeam. Diſcedent quippe a reorū numero impune illi: qui i futurū paria nobiſcū ſentient. Vtriſq; pollicentibus gratię: uotaq; in Cęſarē reddita: ac nō nullis eorū quoſdā attribuit: ut ſuſciperent. Multitudinē uero tabernaculū eo loco i quo prius cōſederat collocare iubet: donec urbes ad hyemandum opportunas & aduerſantes in urbibus illis traderet. Ipſe ꝑ tribunali ſedens Luciū e Peruſia cū romanorū legione ad ſe uenire iuſſit. Venere igit plurimi e Senatoꝝ numero: plurimi etiā ex equeſtri ordine/aſpectu mœſto & miſerando: ut ī ſubita mutatione perſiſtentes. Et cū Peruſiā egreſſi eſſent/ cuſtodia urbi appoſita eſt. Accedentibus illis/ Cęſar Luciū penes ſe conſtituit: alij alios ex Cęſaris amicis. Alios duces turmarū ſuſcepere/ pręmonitos omnes in honore: & inſigni cuſtodia futuros eſſe. Peruſinos autē e muris deprecantes/ſine Senatu exire monuit. uenientibus quoꝙ indulſit. Senatores cuſtodibus attribui mādauit: qui nō multo poſt interfecti ſunt: Lucio Emilio excepto. Is Romę cū iudiciū de Caij Cęſaris nece haberet: abſolutionē protulit: & ut omnes idem facerēt: q̄ſi ſolutos omni odio ſuaſit. Peruſiā Cęſar militibus prędę ſubijcere ſtatuerat. Verū Ceſtius quidā inſolentior: qui pręlio geſto in Macedonia Macedonicū ſe olim appellauerat/ domū propriam incendens/ ſe: ſuaq; iniecit igni. Hunc uenti inſurgētes ꝑ urbē effudere. Sicq; uniuerſa ciuitas cōſumpta eſt. Vulcani dūtaxat templū ſuperfuit. Hunc finē Peruſia habuit uetuſtatis gloriā: & dignitatis in ſe cōtinens: quā ab Tyrrhenijs iampridē in Italia conditā/ inter duodecem primas urbes fuiſſe memorāt: & ob id Iunonē Tyrrheniorū more ī ea coli ſolitā. Qui reliquias urbis ex ſorte delegerunt: Vulcanū deum patriū: Iunonis loco ſtatuere. Poſtridie Cęſar inducias conceſſit omnibus. Exercitus neutiq; a tumultu

Indulgentia reatuum pręteritorum.

Lucius Emilius.

Ceſtius Macedonicus.

Peruſia igne abſūpta.

Templū Vulcani.

Peruſię origo.

conquieuit:donec nō nulli ex illis necarēt:& erāt hi potiſſimū Cęſaris hoſtes/Canutius ſcilicet:& Caius:tum Flauius:Clodiuſq; bithynicus:alij quoq;.Et hic finis Lucij obſidiōis ī Peruſia fuit:bellumq; hoc modo diſſolutū eſt:quod omniū grauius: ac diuturnius ī Italia futurū timebat.Nā Aſinius ſtatim: & Plancus: Ventidius inſuper:& Craſſus: Ateiuſq;:& quicūq; eiuſdē factionis extitere/exercitū haud cōtemnēdū deducētes.tres enī ſupra decē legiones:equites quingentos ſupra mille pugnaces habebant:rati potiſſimā huius belli partem ex Lucio pendere: ad mare alius alio itinere profecti ſunt:quidam Brunduſiū:alij Rauenas:nō nulli Tarantū.Fuere qui ad Murcū proficiſcerēt: & Eneobarbū:alij qui ad Antoniū ſe trāſferrēt/Subſequētibus cōtinue Cęſaris amicis:& inducias illis offerētibus: & recuſantes clade aliqua circa pedites maxime afficientibus.Ex his ſolus Agrippa/ duas Plancū legiones:quę in Camerijs relictę fuerāt ſibi tradere ſuaſit . Effugit & Fuluia comitātibus filijs in Dicearchiā. Ex Dicearchia uero Brūduſiū acceſſit: equitibus tribus millibus illā ſubſequētibus:qui a prętoribus ueluti ductores ad eā miſſi fuerāt.Eo ex loco nauibus quinq; longis comitata: quę a Macedonia aduenerāt: alijs qnq; prius exiſtētibus iter cœpit: cū qua & Plancus una profectus eſt/exercitus reſidua ob timorem derelinquēs:quę Ventidiū imperatorē ſibi delegere. Aſinius & Eneobarbus amicitiā cū Antonio inire decreuerūt: miſereq; ambo ad Antoniū: tranſitū: cōmeatūq; ut in Italiam celerrime ueniret pollicētes. Inter hęc Cęſar aliū Antonij exercitū:quem Fufius Calenus magnis copijs circū alpes deducebat: Antoniū iam infenſū ſibi exiſtimans/ aſſumere tentabat: ratus ſi ī amicitia idē permanſiſſet/ exercitū ſibi cōſeruare.ſin hoſtis fieret/magnā uim adijcere ſuis rebus.Id cum facturus eſſet:nec indecorū uideret/ Calenus morte pręuentus eſt. Sic Ceſar ad utrūq; occaſionē nactus:ac illuc proficiſcēs/exercitū aſſumpſit. Celticā inſuper prouinciā: hiberiāq; ſuſcepit: quę olim Antonio parere cōſueuerāt:Fufio Caleni filio ex nouitate pauefacto

Canutius. Caius.
Flauius. Clodius.
Brunduſiū.
Rauenę. Tarantum.
Agrippa. Camerij.
Dicearchia.
Fufius Calenus.
Fufius.

& uniuerſa ſine armis ullis exhibẽte. Sic Cęſar uno opere legi-
ones undecẽ: ꝓuinciaſq; ingentes cõſecutus/ prętores earũ ma-
giſtratibus abſoluit: ꝓprijſq; appoſitis ad urbẽ ſe cõuertit. An-
Regredit' ad Antonij hiſtoriam. tonius hyeme perſiſtẽte adhuc/legatos: qui ad eũ ſortionũ cau-
ſa profecti erãt/ penes ſe detinuit: quę mente cõceperat occul-
tius adhuc cohibẽs. Ex Alexandria deinde Tyrũ profectus: Ex
Tyro Cyprũ: Ex Cypro uero Rhodũ: & Aſiã enauigans/ quę ĩ
Peruſia facta erãt intelligit. Fratrẽ igit': Fuluiãq; cauſatus: & in
primis Maniũ Fuluiã Athenis morantẽ repperit ex Brũduſio
profectã. Iuliã porro matrẽ ad Pompeiũ fugientẽ: qui clariores
Iulia Antonij matet. circa illũ extitere ex Sicilia triremib9 ad eũ pręmiſerũt. Lucius
Lucius Libo. autẽ Libo Pompeij ſocer: & Saturninus & alij quicũq; Antonij
Saturninus. magnificẽtię utilitate ducebãt': ut cũ Pompeio ſocietatẽ iniret:
unaq; cũ illo in Cęſarẽ inſurgeret/ enixe ſuadebant. At ille gra-
tias Põpeio q̃ maximas habere recepta matre profeſſus eſt: eaſq;
ĩ tẽpore redditurũ fore. Se quidẽ ſi cũ Cęſare pugnandũ eſſet:
Pompeio ut ſocio in bello uſurũ. Sin in his: quę pollicitus erat
permãſiſſet Cęſar/ datuꝝ operã ut Põpeiũ illi cõciliaret. Sic ille
reſpõdit. Cęſar uero e celtis in urbem proficiſcẽs/ ab his: qui ex
Athenis uenerãt/ Antonij reſpõſũ ſatis intellexerat. Cęterũ rei
Suſpitio. effectũ haud clare intuebatur. Itaq; qui ſortiones ſuſcepiſſent
in Antonium irritare pergit: ueluti Pompeio agrorum culto-
res reducere tentante: quos ipſi poſſiderẽt. multi quippe ex il-
lis ad Pompeium ſe contulerant. Et q̃q̃ ea perſuaſio facile eorũ
animis hęreret: tamẽ qui ſortiones ſibi aſſũpſerãt/ haud prom-
pte in Antoniũ capiebãt arma. Tantã illi uictoria in Philippis
habita/ apud omnes gloriã attulerat. Cęſar Antonio: Põpeioq;
& Eneobarbo armatoꝝ multitudine lõge ſuperiorẽ ſeſe exiſti-
mãs: habebat enĩ ea tẽpeſtate legionũ quadraginta haud infe-
riores copias: tamen cũ claſſem nullã obtineret: & tẽpus ad eã
pręparandã minime ſufficeret: Illi quingẽtas naues poſſiderẽt:
ne Italiã circũnauigãtes fame opprimerent/ nõ inepte uerebat'.
Hęc igit' animo cõtemplans/ uirginibus q̃plurib⁹ in cõnubiũ

oblatis/ ad Mecenatẽ miſit/ut ex ijs Scriboniã: quę Libonis Põ/ Mecenas.
peij ſoceri ſoror erat cõnubio ſibi adiungeret: ut ſi cõciliatione Scribonia.
opus eſſet occaſionẽ ad id promptã & paratã obtineret. Id intel
ligens Libo ad neceſſarios & ipſe miſit: & ut ſponſionẽ eam cũ
Cęſare inirent perſuaſit. Cęſar Antonij familiares: & exercitus
quos ſuſpectos habuit/ occaſione aſſumpta alios alio demittere
curauit. Et primũ quidẽ Lepidũ in Libyã/ ex decreto ſibi tradi/
tã pręmiſit: ſex Antonij legiones ſuſpectiores deducentẽ. Lu/
ciũ deinde ad ſe euocãs ad fratris beniuolentiã adhortatus eſt:
ut ſi qua Antonij ſententia ſubeſſet/ animo eius propriũ illi cri/ Fallacia.
men obiectaret. Exprobauit autẽ illi ingratitudinem: qui tanto
in honore apud ipſũ habitus/ nihil de Antonij mẽte rettuliſſet:
qui palã cũ Põpeio cõueniſſe diceret. Hęc ego tibi fidens ediſ/
ſerã inquit. Defuncto Caleno exercitũ: ꝓuinciaſq; ſub illo po/
ſitas/ ne principatus ſui parte fraudaretur/ per amicos proprios
Antonio diſponere curaui. nũc inſidijs eius apparentibus/ om/
nia illa mihi ſubijcere inſtitui: teq; ad fratrẽ ſi abire cupis adhi/
bita uenia facile cõcedo. Sic illũ affatus eſt/ ſiue ut Luciũ tenta/
ret: ſiue ut quę ab eo dicta eſſent ad Antoniũ deferri cuperet.
Lucius ut a principio iterũ locutus eſt. Ego Fuluiã monarchiã Lucij reſponſio.
eſſe intelligens: fratris mei exercitib9 ad omniũ ueſtrũ directi/
onẽ uſus ſum. Q9 ſi nũc ad monarchię euerſionẽ accedit frater
clam palãq; ad illũ ꝓficiſcar/ pro patria cõtra te geſturus bellũ:
q̃q̃ erga me beneficũ expertus ſim. Sin idẽ dicit: & cũ collegis
ad id decernere intendit/ tecũ pariter in illũ aſſumã arma: quo/
uſq; te monarchiam conſtituere nolle intelligã. Hoc enim pro
patria ſemper anteponam/ gratia ſimul: genereq; reiectis. Sic
Lucius rettulit: Quem Cęſar ut prius admiratione proſecutus
neutiq; ſe inuitum & reluctantem ad fratrem miſſurum eſſe
ait. Cęterũ tanti uiri fidei hiberiã omnem: exercitũq; in ea exi/
ſtentẽ/ Speduceo: & Lucio prętura gerẽtibus/ uelle cõmittere. Speduceus.
Sic Cęſar Luciũ cũ honore pariter: ac dignitate a ſe dimiſit/ ab Lucius.
his: qui ſub eo militabãt/ haud aperte cuſtoditũ. Fuluiã interea

Sicion.
Corcyra.

morbo laborantē Antonius ī Sicione dereliquit. Ipſe e Corcyra in Ioniū claſſe peruenit/ haud ingenti uectus exercitu: nauibus ſolū ducētis: quas ī Aſia perfecerat enauigans. Sentiens deinde Eneobarbū magno exercitu: & ingenti claſſe ad ſe properare: cū nō nullis haud ſatis tutū ex induciarū pręmiſſione uideret̄: Fuerat enī ex his Eneobarbus: qui in cauſa p Caij Cęſaris nece habita/ in damnatorū numerū relati ulterius inter proſcriptos habebant̄: & in Philippis cōtra Cęſarē & Antoniū arma ſumpſerāt. nihilominus nauigare perſeuerauit: & nauibus quinq; pręſtantioribus euectus/ ut fidem illi prębere uideret̄: reliquā claſſem ex īteruallo ſubſequi iuſſit. Eneobarbo deinde uniuerſo exercitu: & claſſe/ celeri remigio ad eum nauigante/ Plancus

Plancus omni in loco timidus.

Antonio proximus/ formidine correptus eſt. Et ut curſū contineret: aliquoſq; ad Eneobarbū periclitandę rei cauſa: ut ad uirū ambiguū emitteret admonuit. Antonius fœdere recepto/ mortē ptius ſubire uelle inquiēs/ q̄ formidine pręlata ſalutē adipiſci: nauigare pergit. Iam ī cōſpectū uenerāt: & rates pręcedentes ex ſignorū uexillis apparebāt: & ad curſū ut ſe inuicē adirēt

Audax lictor.

hortabant̄/ cū lictor Antonio ante prorā aſſidens: ut mos fuit: ſiue q; ambiguū illum uirum ignoraret: qui tanto exercitu proprioq; ad eos nauigaret: ſiue a generoſitate animi id exprimeret/ ut inferioribus dignitate uiris/ ſignū e naui deponere imperauit: Quod ab illis factum eſt: nauemq; ad Antonij latera nauis appulere. Ibi ſe inuicē dignoſcentes cōplexi ſunt. Domicij exercitus Antonium imperatorē appellauit. Quo facto: uix tunc quidem Plancus fiduciam aſſumpſit. Antonius Eneobar-

Paloenta.

bo intra nauem propriā recepto/ in Paloentā adnauigauit: quo ī loco peditatus eius ſeruabat̄. Eneobarbus tabernaculū egreſſus Antonio loco ceſſit. Inde ad Brunduſiū uenere ambo: qui locus a cohortibus Cęſaris cuſtodiebat̄. Brūduſini Eneobarbo ut hoſti ueteri: Antonio ut hoſtē adducēti clauſere portas. Antonius animo turbatus: & id lenocinio quodā fieri exiſtimans: re autē Cęſaris mandato prohiberi aditu urbis/ Iſthmum muro pariter: foſſaq; uallauit. Eſt autē ea urbs inſulę in modū telluri

addita: ſtagno lunę in formā circūclauſa. ita ut preciſo colle: & muro cōmunito/ neutiq; ex cōtinēti ad illā ire liceat. Portū igit Antonius magnitudine ampliſſima: inſulaſq; in eo exiſtentes: crebris cuſtodijs omni ex parte circūſepſit: & ad maritima Italię pręmittēs/ ad opportunitatē incitabat omnes. Iuſſit & Pompeiū Italię inferre claſſem: & quęcūq; poſſet bello inuadere. Ille Menodorū magna claſſe: quattuor legionū inſtructū apparatu in id bellū miſit: qui Sardiniā Cęſari parentē: duaſq; ī ea legiones ſibi aſſumpſit/ ob Antonij cōſpirationē cū Pompeio/ metu territas. Italię itaq; Sigiuntā ī Auſonia Antoniani ſibi uendicarūt. Thurios: & Cōſentiā Pōpeius obſedit. regionē quoq; equitib? attribuit. Cęſar ſubita aggreſſione omnibus ī locis cōfeſtim facta/ Agrippā: qui Auſonijs bello laborātibus afferret opem in primis miſit. Agrippa ex itinere: qui tellurē ex ſorte conſecuti erāt/ ex interuallo ſequi iubet: q̄ſi ī Pompeiū ſumpturos arma. Illi ex Antonij ſententia hęc fieri intelligētes/ clanculū ad propria uertere gradū: quę res Cęſarē maxime cōterruit. Brunduſiū itaq; proficiſcēs: alio comitāte exercitu his ipſis a caſu obuiat admonetq;: & qui ab ſe in colonijs diſtributi fuerāt uerecundia correptos iterū reuocat: inter ſe ſecrete uolutātes Antoniū Cęſarēq; inuicem cōciliare uelle: ut ſi nō obſequeretur Antonius: ipſi Cęſari ope adſiſterēt. Cęſar in Canuſio per nō nullos dies morbo conflictatus eſt. Omnino igit ſecundū multitudinem Antonio ſuperior: Brunduſiū adhuc circūuallantes repperit: nec aliud q̄ prope aſſidens caſtra metabatur: & quę fierent intentus obſeruabat. Cęterum Antonius munitiora quęq; facile adeptus: utpote qui multo plura tute expugnare poſſet: exercitū ex Macedonia ſumma celeritate ad ſe euocat. Interim circa ueſperā naues longas rotundaſq; clanculū populari multitudine replere ſtatuit: quę deinde per diē ex interuallo nauigantes atq; armatę/ curſū caperēt: ueluti e Macedonia tūc primū redeuntes/ ut intuente Cęſare/ machinas ab illo deſtitutas ipſe inuaderet: quibus Brunduſinos aggredi ſperabat/ turbato Cęſare q̄ nihil illis pręſidij afferre poſſet. Circa ueſperā utriſq; nunciat

Portus Brunduſij.

Menodorus.

Sigiunta Auſonię.

Thurij.

Conſentia.

Terror Cęſaris.

Canuſium.

Stratagema Antonij.

Sigiuntam ab Agrippa occupatã fuiſſe. Pompeianos a Thuriis reiectos/ circa Conſentiã adhuc habere caſtra. pro quibus Antonius cõturbatus eſt. Cum uero Seruiliũ ducentis ſupra mille

Seruilius.

equitibus ſtipatũ ad Cęſarem tranſiſſe nunciatũ eſt/ Antonius nulla interpoſita mora/ ab ipſa ſtatim cœna/ cũ amicis: quos paratos repperit: & equitibus fere quatercentis audaciſſime pro-

Yria urbs.

uectus: mille & quingentis circa Yriam urbem quieſcẽtibus: celeriter inuehitur: eoſq; nullo marte ſibi aſciſcit: Eademq; die Brunduſiũ iterũ redit. Sic Antoniũ ut inuictũ/ belli opinione in Philippis acti/ uerebantur omnes. Qua gloria inſuper elatę prętorię cohortes: quę cũ illo militabant/ ad Cęſaris caſtra per partes proficiſci auſę ſunt: & cum eo caſtrametantes/ conuicijs inceſſere/ q; ad oppugnandum Antoniũ una conueniſſent: qui eos in Philippis ſaluos pręſtitiſſet. Reclamãtibus illis q; ipſos pugnaturi potius ueniſſent/ ſermones inter aſtantes coorti: conuiciaq; ad inuicem obiecta. Antoniani/ excluſionẽ Brunduſij: ac Caleni copiarum ſurreptionem referebant. Cęſaris milites ecõtra Brunduſij excluſionẽ: obſidionemq; exprobabant. Auſonię prętetea excurſionẽ: q; q; cum Eneobarbo percuſſore Caij Cęſaris: ac Pompeio cõmuni hoſte inijſſent fœdus. Poſtremo Cęſaris milites quę mente cõtinebãt cęteris aperiũt/ q; Ceſarẽ uidelicet ſecuti eſſent/ neutiq; ĩmemores Antonij uirtutis: ſed conciliationem inter utroſq; meditati/ in Antoniũ ſi abnueret ſumpturi arma: & hęc etiã Antonij uallo appropinquantes referebant. Dum hęc inter eos agitant̃: ſubinde Fuluiã deceſſiſſe

Nuncius mortis Fuluię.

nunciatũ eſt: quę ex Antonij querelis ualitudine correpta/ ob eiuſdẽ irã morbũ ſponte produxiſſe ferebat̃. Egrotantẽ quippe reliquerat: neq; cũ relinqueret adierat. Viſum eſt itaq; utriq; eius mortẽ ĩ rebus baudquaq̃ cõtemnendis permaxime cõferre: muliere ambitioſiſſima e medio ſublata: quę Cleopatrę çelo tam ingens exuſcitaſſet bellũ. Eius obitũ Antonius perfacile ppeſſus eſt: utpote qui mortis ſuę cauſam a ſe prodijſſe ſciret.

Lucius Cocceius: de quo Horatius meminit.

Erat Lucius Cocceius Cęſari & Antonio pariter amicus: & qui

ſuperiore ęſtate cum Cecina in Phœniceam a Cęſare legatus: Antoniū adierat. Is redeūte Cecina: cū Antonio morā trahens cōmoditate temporis ad hęc ſumpta ſe ad Cęſarem iturū: quaſi illum inuiſurus ſimulauit. Annuente Antonio idem tentandi gratia: an aliquid ad Cęſarem nunciari uelit interrogat: litteras eius cauſa/ ſe delaturū eſſe ſpondet. Cui Antonius quid ad inuicē ſcribemus inquit hoſtes exiſtentes: niſi ut calumnias mutuo loquamur? Has enim per Cecinā iampridem ſcripſi: quarum ſi cupis antigrapha ultro accipe. Quo dicto ridere cœpit. Ad hęc Cocceius non ſinam inquit Cęſarem hoſtem dici: qui talem erga Luciū cęteroſq; Antonij amicos ſe pręſtiterit. Tum ille qui e Brunduſio inquit me excluſerit: nationeſq; mihi ſubditas: & exercitū tam ingentem ſub Caleno eripuerit: hic amicis beniuolus ſolum tibi apparet. At is non amicos meos ſaluos eſſe: ſed pro beneficio inimicitiam reddere uelle uidetur. Cocceius de quibus quereretur intelligens/ nihil ulterius acerbitatem eius irritare auſus/ ab eo ad Cęſarem tranſijt. Qui cū illum aſpexiſſet: cur non celerius ad eum redijſſet admiratus eſt. Nō equidem inquit fratrem tuū/ ut inimicus mihi eſſes conſeruaui. Tum ille: quid hoc inquit: Amicos inimicos uocas: & exercitus illis eripis & prouincias? Ad hęc conuerſus Cęſar/ Non defuncto Caleno inquit/ neceſſe fuit adoleſcenti filio/ abſente Antonio/ tam ingentes concredere copias: quibus Lucius irritatus deſęuiret. Aſinius & Eneobarbus propinqui in nos uiciſſim uterent: exquo Planci legionē ſūma celeritate ne ad Pompeiū trāſiret interceperā. nam equites eorū ī Siciliā delati ſunt. Ad hęc Cocceius aliter inquit hęc uerbo referūt: quibus nec fidem adhibuit Antonius: quouſq; a Brunduſio ut hoſtis excluſus eſt. Tū Cęſar nihil huiuſmodi ſe mādaſſe: aut aduentū eius cognouiſſe ait: neq; cū hoſtibus eū uenturū credidiſſe: ueq; Brūduſinos ac pręfectū eo loco derelictū/ ob Eneobarbi excurſiōes a ſeipſis Antoniū prohibuiſſe aditu: cū Pompeio cōmuni hoſte cōſpirantē: & Eneobarbū parentis ſui percuſſorē adducētē:

Cecina.

Mira arte hic inimicos nititur concordare.

Attende perpropriā hiſtoriam.

Q. aſtute ad rem accedat aduerte.

Excuſatio Cęſaris.

decreto:ac iudicio:ꝑſcriptioneq̄ damnatū:& poſt bellū in Phi-
lippis habitū: Brunduſij etiā urbem obſidentem. Ioniū porro
omne in circuitu depręḋantē qui inſuper naues eius ſuccendiſ-
ſet: Italiāq̄ uniuerſam excurſioni: prędęq̄ ſubijceret. Tū Coc-
ceius cōueniſtis inquit cū quibus uelletis fœdera pariter inire:
neq̄ cū percuſſore aliquo fœdus inijt Antonius: nihilminus q̄̄
tui parentē tuū in honore ducens. Eneobarbus porro in percuſ-
ſorū numero nequaq̄ fuit: neq̄ decretū ullum in eū ex ira illa-
tum eſt: Non enī cōſilij eius particeps fuiſſe dicit̄: neq̄ ſic ami-
co Bruto nō ignouiſſe exiſtimamus. Nec profecto uel modicū
pręueniremur ſuccenſentes omnibus. Neq̄ cum Pompeio una
depugnare pollicitus eſt Antonius: ſed cum a te oppugnaret̄:
ſociū ſibi aſſumere: aut illum tibi conciliare/ nihil intolerabile
hucuſq̄ peragentē. Tu autē & horū cauſam tibi aſſumis. Siqui-
dē per Italiā bellū minime paſſurus eſt Antonius: neq̄ etiā cū
his legationes initurus. Hęc quippe de Antonio confido. His
auditis Cęſar quid Italiā inquit nominas? Me quidē cum ipſa
Manius & Fuluia: Luciuſq̄ bello perſecuti ſunt. Neq̄ Pōpeius
primum: ueꝝ nūc Antonio confiſus maritima inuaſit. Ad hęc
Cocceius: Non Antonio cōfiſus: ſed ab Antonio pręmiſſus. nō
enī hoc tibi celabo inquit ut reliquā Italiā/ claſſem nullā conti-
nentē/ingenti claſſe percurrat/ni uos in unū cōueneritis. Cęſar
huiuſmodi dicēdi artē haud incurioſe audire uiſus: cū paulū ſe
cōtinuiſſet/ī hūc modū rettulit. Sed nec gloriabit̄ Pōpeius neq̄
male nūc ex Thurijs expulſus. Cocceius ſermonū ambiguitatē
utraq̄ ex parte intuens/ Fuluię mortē cœpit recenſere: modū
quoq̄ eius rettulit: q̄q̄ ob Antonij irā grauius cōtraxiſſet mor-
bū: & ex mœſticia ī longū languiſſet: cū Antonius ne ęgrā in-
uiſere curaſſet: & ob id mulierē interijſſe nō ambigeret. Ea igit̄
e medio ſublata nihil inter uos inqt neceſſe arbitror/ q̄ ut eorū
quę ſubdubitatis uera fateamini. In hunc modū Cęſarē leniens
Cocceius/ea die apud illū hoſpitatus eſt: & ueluti iuniorē ma-
iori natu non nihil ad Antoniū mittere ſuaſit. Ille belligeranti

Optimū uerbum ad concordiam.

Prudentis reſponſum ad ſuſpitionem.

Verba Cęſari grata.

adhuc quicq̃ ſcribere uelle renuit. nõ enĩ illum ad ſe ſcripſiſſe. De matre uero eius palã ſe queri profeſſus eſt: q̃ cũ illi generis affinitate iũgeret̃: prę cęteriſq̃ ab ſe coleret̃: diligeret̃q̃ ex Italia fugiſſet: quaſi apud neminẽ filio excepto diuertere liceret. Hęc quidẽ Cęſar ſtudioſe machinatus eſt: & ad Iuliã pręmittere curauit. Cocceio egredienti exercitũ / multi ex pręfectis & ordinũ primoribus exercitus mentẽ prodidere. Cocceius cũ alia multa: tum hęc etiã Antonio referre ſtuduit: ut ſi Cęſari ſe minime cõiungeret / milites ĩ eum pugnaturos eſſe ſciret: Conſuluitq̃ ut Pompeiũ ab his quę populabat̃ auertens / ĩ Siciliã prę/mitteret. Eneobarbũ etiã aliquo legaret: dum inter utroſq̃ fœdus iniret̃. Matre itaq̃ illũ adhortãte: nam a Iulijs genus deducebat: rubore motus uereri ſe dixit ne ſuccedẽtib9 minime fœderibus / iterũ cũ Põpeio ſocietatẽ inire cogeret̃. Nõ deſperante matre ea fore ſecutura: Cocceio inſuper inſtantius urgente: & ampliorẽ ſpem adhuc illi pollicente / Antonius tandẽ aſſenſus eſt: Pompeioq̃ in Siciliã redire perſuaſit: quaſi eorũ quę ꝓmiſiſſent cõſilia initurus. Eneobarbũ in Bithyniã qui ꝓuincię illi pręeſſet delegauit. Hęc exercitibus Cęſaris cũ ĩnotuiſſent / oratores ad utrũq̃ inter ſeſe decreuere: qui calũnias cõpeſcerẽt: q̃ſi non inter illos iudiciũ laturi eſſent: ſed inuicem cõciliaturi ambos / Cocceiũ a ſeipſis ueluti cõmunẽ utriuſq̃ amicũ eligentes. Ex Antonij uero parte Pollionem nominarũt: ex Cęſaris amicis Mecenatem: qui Cęſari: & Antonio pręteritorũ obliuionẽ primũ nunciarent: deinde in futurum beniuolentiã utriq̃ indicerent. Nuperrime autem defuncto Marcello qui Octauiam Cęſaris ſororẽ matrimonio ſibi adiunxerat: ex fœdere ęquum ſtatuere Ceſarem Antonio eandem uxorem tradere: Quod celeriter effectũ eſt. ſeq̃ inuicem imperatores complexi ſunt: ac cõfeſtim clamores ab uniuerſo exercitu: laudationes ad utrũq̃: nulla intermiſſione per uniuerſam diem: noctemq̃ patuerũt. Sic Cęſar: & Antonius romanorũ principatum denuo inter ſe partiti ſunt. Terminos uero imperij Codropolim Illyriorum:

Inclinatio Cęſaris ad concordiam.

Iuliorũ familia.

Aſinius Pollio.
Mecenas.
Marcellus: de quo Virgilius.
Conciliatio iterum: & affinitas: orbiſq̃ partitio inter Octauiũ & Antonium.
Termini imperij a Cęſare: & Antonio conſtituti.
Codropolis.

quę Ionij finiū in medio potiſſimū ſita eſt/ inter ſe ſtatuerunt.

Euphrates. Antonio deinde ab oriente ad Euphratem uſq; fluuiū: deſuper populos: inſulaſq; ſubeſſe. Cęſari quę ad occidentē pertinerent

Lepidus. uſq; ad oceanū parere uoluerūt. Lepidū Libyę pręeſſe ab Cę-

ſare cōceſſū. Cęſari Pompeio inferre bellū/ ni una cōuenirent:

Attende fœdera. iniunctū eſt. Antonio Parthos adoriri/ ob cladē pręter fœdera

Eneobarbus. Craſſo illatā. Eneobarbo eaſdē cū Cęſare: quę cū Antonio fuiſ-

ſent manere ſponſiones. Exercitū ex Italia utrūq; poſſe delige-

re. Hęc nouiſſima inter Cęſarē: & Antoniū fœdera fuiſſe refe-

runt: ac cōfeſtim unuſquiſq; ad ea quę celeritate indigebāt ami

Ventidius. cos pręmiſere. Ventidiū in Aſiā Antonius: qui Parthos: Labi-

Labienus. enūq; per ociū Syriā ad Ioniū uſq; percurrentes cōtineret. Quę

Helenus. uero Labienus: Parthiq; a Ventidio paſſi ſunt: eo libro quē de

Parthis ſcripſimus priuatim referūt. Helenū autē Cęſaris ꝓto-

rē magno impetu Sardos inuadentē/ Menodorus Pōpeij prętor

itęq; e Sardis expulit. Qua ex re maxime cōturbatus Cęſar/ An-

tonij ſuaſiones: qui Pōpeiū ſibi cōciliare cuperet cōtēpſit ultro.

Romā deinde reuerſi ambo/ nuptias ſolenni more celebratūt.

Et Maniū quidē Antonius: utpote qui Fuluiā ad bellū irritaſ-

Manij mors. ſet/ ad Cleopatre calūniā neci tradidit/ tantorū malorū cauſam

afferentē. Saluidenū inſuper perfidię apud Cęſarē accuſauit/q;

defectionē priuatim cogitaſſet: cum exercitus eius circa Rho-

danum deduceret: ſibiq; ad Brunduſium caſtra habenti/ per

nuncios idipſum intimare curauiſſet. Hęc igitur ab Antonio

peracta: non omnium tamen iudicio comprobata ſunt/ ob na-

Antonij natura. turam eius ſubitam: nimiſq; procliuem ad beniuolentiam. Sal-

uidenū igitur Cęſar ſumma celeritate: quaſi eo ſolo opus eſſet:

ad ſe reuocauit: extemploq; ad exercitū remiſſū: cū denuo re-

Saluideni mors. uerteret/ conuicijs prius impetitū cōfodi iuſſit: Exercitū quoq;

ſub eo exiſtentē ueluti ſuſpectū Antonio tradidit. Inter hęc fa-

Vrbis fames. mes aſperius inuaſit urbē: nullis ab oriente negociatoribus/ ob

Pōpeij timorē: Sicilięq; adiacētis/ maria adnauigātibus: neq; ab

occidente ob Sardiniā: & Corſicam: quas idē obtinebat: neq; ex

ſupioribꝰ libyę: ratibus eius utraq; ex parte maria infeſtãtibus. Quãobrẽ uniuerſa calũnijs refeita erãt: cauſęq; uel prẽcipue ad cõtentionis duces referebantur: quos ſubinde increpabãt: & ad cõciliationẽ cũ Põpeio ineundã incitabãt. Cęſare nec ſic quidẽ cõciliationẽ admittente/ Antonius ut bellũ in eũ acceleraret ob famẽ hortabat̃. Obſtante pecuniarũ inopia/ deſcriptio in publicũ prolata eſt: Eos uidelicet qui ſeruos poſſiderẽt/ quinq; & uiginti drachmarũ precio dimidiũ pro quolibet ad onera cõferre oportere: quod alias bello in Caſſiũ & Brutũ geſto factũ uidebat̃. Cõferre inſuper & ſortẽ qui ex teſtamẽtis fructũ ſuſcepiſſent. Hãc deſcriptionẽ furibundo impetu turbatus populus ſtatim lacerauit. queſtus eos qui ęraria publica olim exhauſiſſent: ꝓuincias prędę ſubieciſſent: Italiã ipſam tributis: uectigalibus: & bonorũ publicatione oppreſſiſſent/ nõ in bellis ex acquiſitis imperare poſſe: ſed in ꝓprios hoſtes ob domeſticas ſolũ craſſari dignitates: quorũ cauſa ꝓſcriptiones: & occiſiões: fameſq; ex omni dolorũ genere emerſiſſent: Et adhuc reſidua inter ſe partiri cuperẽt. Inſtãtes itaq; clamabãt: & eos qui minime una inſurgerẽt/ reijciebãt a ſe: eorũq; domos diripere: ac igni ſubijcere uelle minabant̃. Dũ igit̃ multitudo omnis tumultu fluctuat: Cęſar cũ quibuſdã ex amicorũ numero: & ſcutiferis paucis comitatus ĩ mediũ uenit: Eos alloqui: & querelam huiuſmodi ab his inquirere affectans. Illi q̃primũ in cõſpectũ uenientẽ fœde repulere: & nec ſe ſuſtinentẽ aut offerẽtẽ amplius/ uulneribus quibuſdã impetitũ irriſere. Quę cũ ad Antoniũ relata eſſent: ut illi opẽ afferret ꝓperabat. Per ſactã igit̃ uiã deſcẽdentẽ nõ utiq; expulere ciues ueluti ad Põpeij cõciliationẽ inclinantẽ: ueꝝ reuerti ſuaſerũt: quibus cũ minime pareret/ repulerũt. At ille armatos q̃plures extra murũ cõſidẽtes ad ſe aduocat. Nõ permittentibus illis/ milites inter ſe diuiſi per trãſuerſa itinerũ: foriq; uertũt̃: obuios quoſq; cędentes. Sed nec facilis illis euadẽdi exitus: cũ a multitudine oppreſſi/ locũ fuge baudquaq̃ inuenirẽt. Cędes igit̃ ĩmenſa orit̃. plagę undiq;: & ab tectis ululatus: uoceſq; ſtrepebãt/ Ita ut Antonio uix ſubterfugiendi pateret iter:

Deſcriptio.

Tumultus popularis.

Via ſacra.

Periculum nouitatis maximum.

Qui tamē Cęſarē ab inſtanti tūc quidē periculo abſoluit: & intra domus penetralia tutū reddidit. Fugiēte multitudine: ne reliquos aſpectus rei cōturbaret/ iacentia paſſim cadauera in Tybrim iaciebāt: ac ſubinde alioꝙ inſurgebat fletus: corpora a fluuio delata contēplantiū circūſidētibus ea militibus: maleficiſꝙ. Quę enī honeſta erāt ut domeſtica facilius ferre poterāt. Verū hęc tandē nō ſine imperatorū odio: ac timore cōſopita ſunt. Interim fames dietim augebat̄: & populus nil preterq̄ quieſcens

Natura popularis.

ſuſpiria emittebat. Antoni⁹ Libonis neceſſarijs: ut eundē ex Sicilia acerſirēt: ueluti magnū quippiā acturū/ ex generi cōſenſu ſuadebat: Liboni quippe ſe ſecuritatē abunde pręſtituꝙ. Quod ab illis ſūma celeritate effectū eſt. Pōpeius quoꝙ Liboni aſſen

Libonis aduentus.

ſū pręſtitit. Progreſſus igit̄ Libo ad inſulā quā Enariam uocāt: in anchoris cōſtitit. Id intelligēs populus/ iterū in unū cōuenit: multiſꝙ fletibus Cęſarē deprecatus eſt: ut Liboni ad eū ꝓ pace uenienti fidē ſecuritatēꝙ ꝓmitteret. Itaꝙ Cęſar q̄q̄ inuitus tandem annuit. Populus inſuper Muciā Pompeij matrē/ ignē cōminatus ni filium cōciliaret una miſit. Libo igit̄ hoſtibus ad id

Mucia Pōpeij mater.

inclinātibus: duces ut ad ſe uenirēt adhortatus eſt: quaſi inuicē cōceſſuros quę illis uiderent̄. Impellente itaꝙ per uim populo: Cęſar & Antonius Baias uſꝙ ꝓgreſſi ſunt. Pompeio interea ut pacē iniret alij omnes ſine ulla dubitatione ſuadebāt. Menodorus ſolus e Sardis pręmittēs: ut uel bellū proſequeret̄ uel pacem ulterius differret: quaſi fame ꝓ ipſo depugnāte: & fœderibus cū placitū eſſet in melius illi longe ſucceſſuris/ hortabat̄.

Baie.

Quibus cū Murcus aduerſaret̄/ Pōpeius eundē tacite cuſtodiri

Murcus.

iuſſit: quaſi imperiū ſibi aſciſcere querentem. Iam enī antea cū ob dignitatē: atꝙ interiorē eius mentē grauiter perferret: tum uel maxime ob hęc ipſa aſpernari uidebat̄: nec ulla in re colloquiū cū illo inibat. Murcus ob hęc cōturbatus Syracuſas cōceſſit. Ibi non nullos ex cuſtodibus ſe ſubſequentes contemplatus

Syracuſe.

aperte de illo cōqueſtus eſt. Pompeius ductore turmę: ac Tribuno eius prius interfectis/ qui Murcū etiā occiderēt inſtruxit:

37
13
24

feruntq; illū a ſeruis quibuſdā interfectū eſſe: quos Pompeius ad tegendū ſcœlus crucibus affigi iuſſit. Nō latuit tamē id odiū in Bithynicū ſecundo exercēs/ erga hominem bello inclytū: & qui a principio ob beniuolentiam partes eius ſecutus fuerat: In Hiberia benefactorē quondā ſuū: & ad illū ſponte profectū in Siciliā. Murcus igit̄ in hūc modū perijt. Cęteris deinde Pōpeiū ad cōciliationē impellētibus: & Menodorū ut regni cupidū pa/ lam arguētibus: qui nō beri ſui beniuolētia potius q̄ ut exerci/ tū: prouinciāq; adipiſceret̄ his obſtaret/ aſſentiēs Pōpeius mul/ tis nauib⁹ ac ſextremibus inclytis Enariā enauigauit: Indeq; Di/ cearchiā circa ueſperā/ inſigni pompa & apparatu/ inſpectanti/ bus hoſtibus/ curſū tenuit. Orta luce/ modico interuallo/ lignis per trāſuerſum intra mare fixis/ aſſeres appoſuere: per quas in/ ferius additis ſtramentis/ Cęſar: & Antonius ad ea quę telluri propiora erāt applicuere. Pompeius autem: & Libo ad id uſq; quod adnauigari poterat/ modico ſubeunte ſalo/ne ad inuicem clamantes audirent̄ firmauere ratē. Cū Pompeius ſe ad princi/ patus cōmunionē Lepidi loco admitti poſceret/ Illi reditum in patriā duntaxat polliceri dicerēt/ nullo cōfecto negocio ab inui/ cem digreſſi ſunt. Legationes deinde amicoq; crebrę hinc inde uolitabāt/ uarijs petitionibus ab utriſq; emergentibus. Petebat Pōpeius ut proſcriptis: & Caij Cęſaris percuſſoribus: qui ſecū una conueniſſent/ fuga ſine dolo pateret. cęteris reditus in urbe prębereť. Subſtātię inſuper quā perdidiſſent/ reſtitutio illis fie/ ret. Accelerātes itaq; ad cōciliationē partim a fame: partim a po pulo coacti/ uix hoc quartū tandē annuere: ut a poſſidentibus emerēt. Et hęc ꝓſcriptis ſubinde annūciarūt/ ſperātes hęc ipſis abunde ſuffectura. At illi iam Pompeiū ob Murci odiū nō ni/ hil formidātes/ omnia hęc ultro ſuſcepere: & ad Pompeiū pro/ fecti/ ut fœdera iniret ſuadebant. Ob hęc Pompeiū ueſtē diſci/ diſſe aiunt: q̄ſi ab illis prodereť: quoq; cauſa Menodorū pugna/ re: & ut prętoriū uirū: ſolūq; beniuolū crebro cōclamare cœpit Demum matre Mucia: ac Iulia Antonij matre compellentibus

Menodorus.

Dicearchia.

Nouus apparatus ad colloquia ſuſpecta.

Attende petitiones.

Matrum auctoritatē nota.

Cõciliatio: ſeu fœdera inter Cęſarem: Antoniũ: & Sextũ Pompeium.

iterũ bi tres uiri ĩ circũcluſũ undiq; & ueterẽ cõuenere aggerẽ: & cuſtodiarijs nauibus appoſitis ĩ hęc cõſpirauere fœdera. Bellũ inter eos terra mariq; diſſoluere. Negociatores omni in loco libere cõmeare poſſe. Pompeiũ cuſtodias quaſcũq; in Italia haberet ſubito educere. Seruos ad ſe fugientes nõ admittere: neq; nauibus Italię oram ulterius percurrere: Sardinię: Sicilię: Corſicęq; imperare: alijſq; quas tũc cõtineret inſulis: cęteris Antonio Cęſareq; prędidentibus. Romanis prętera ex longo cumulati: ut illis mitteret curã ſuſcipere frumenti. Peloponneſũ ultra hęc ſibi aſſumere. Abſentẽ per amicũ quẽ eligeret cõſulatũ adminiſtrare: & pontificẽ inter ſacerdotes nominari poſſe. Hęc Pompeio cõceſſa. Illuſtrioribus prętet hęc reditus ĩ urbẽ datus: niſi ſi quis ob necẽ Caij Cęſaris/ decreto: aut iudicio damnatus exularet. Subſtantiã cęteris qui ex timore profugiſſent reddendam cenſuere: & quę exiſtẽtia illis exrui ſublata eſſent nauigantibus exceptis in integrũ reſtitui debere. Proſcriptis: & bis qui cum Pompeio militaſſent/ quartã partẽ aſcribendã fore. Seruos liberos eſſe. Liberis cũ a militia ceſſaſſent/ eadẽ: quę Cęſaris & Antonij militibus cõceſſa fuerãt prędmia eſſe tribuẽda. His itaq; inter ſe cõuenere: eaq; cõſcripta & ſignis proprijs munita ſacris

Veſtales. uirginibus cuſtodiẽda miſere Romã. Poſt hęc ſortito ad inuicẽ ordine inter ſe hoſpitati ſunt. Primus ĩ ſexremi Pompeius quę ad aggerem proxima cõſtiterat cęteros ad cœnã inuitauit. Deinde Antonius ac Cęſar/ tabernaculo ſuper aggerem appoſito: & ueluti ad occaſionẽ omnes in littore cõuiuiũ egerunt. & fortaſſe ad ſecuritatem nulla ſuſpitione addita. q̃q̃ nec ſic quidem

Suſpitio. negligenter ſe habuere: ueę naues ad eos acceſſerũt: cuſtodeſq; circunquaq; perſtitere. Et bi enſibus pariter accincti clanculum

Menodori conſilium. ad cœnã aſſiderũt. Ferunt Menodorũ illis ĩ naui cõſidentibus: ad Pompeiũ nunciũ miſiſſe: qui ad hos uiros animũ cõuertere: & parentis fratriſq; ſupplicia pariter ulciſci: Imperiũq; paternũ ex tam ſubita occaſione uendicare illũ admoneret. Se etenĩ ita nauibus prouiſurũ eſſe ut nemo poſſet euadere. Cui Pompeiũ

quę genere eius: & neceſſitate digna eſſent/ his uerbis reſpon-
diſſe aiunt: Menodoro ſine me hoc facere, pfecto licet: cui peie-
rare fas eſt. Pompeio uero non utiq;. Deſpondere pręterea hoc
cōuiuio Pompeij filiā: Libonis neptem/ Marcello Antonij pri-
mogenito: Cęſaris cōſobrino. Poſtridie cōſules in quadriennīū Partitio cōſulatuum.
Antoniū: ac Libonē primos creauere: econtra cōſtituente An-
tonio quē prius ipſe eligeret. Poſt eos Cęſarē & Pompeiū. de-
inde Eneobarbū & Soſſiū. poſtremo iterū Antoniū: & Cęſarē
tertio tunc futurū conſulē/ ſperātes eundē rempublicā populo
ſubinde reſtituturū fore. Hiſq; peractis ab inuicem diuiſi ſunt.
Pompeius nempe ī Siciliā enauigauit. Cęſar & Antonius Ro-
mam rediere. Quę intelligentes romani: uniuerſaq; Italia/ lau- Lętitia publica.
des paſſim cōcinebāt: quaſi ex gentili bello ad pacē aſpirantes:
Filiorū direptione: cuſtodiarū cōtumelia: ſeruorū fuga: agrorū
populatione. deniq; agriculturę uacatione: ac famis ad extremū
ipſos opprimētis clade liberati. Sic proficiſcentibus ipſis: ueluti
ſaluatoribus publicis ubiq; ſacrificia fiebant. Et in urbē uenien-
tibus ſummo ſplendore: & apparatu obuiā progredi ſtatuerāt:
niſi q; pompā euitantes illi/ clam noctu Romā ingreſſi ſūt. Soli
animo angebāt qui agros ſub Pempeio diſtributos alijs: ipſi ex
ſorte datos ſibi aſſumpſerant. Nam eandē tellurē ſimul uendi-
cantes ut implacabiles hoſtes affuturos: ſeq; cū licuiſſet inuaſu-
ros formidabant. At qui circa Pompeiū morā duxerant/ maiori
ex parte Dicearchiam profecti: illumq; cōplectētes: ac gratulan Dicearchia.
tes Romā nauigarūt. Quo facto reliqua multitudo omnis exul-
tabat: uoces uarię cū lętitia & gaudio reſonabāt undiq;/ tot prę-
claris uiris/ tam inſperate ſaluti redditis. Poſt hęc Cęſar ad Cel- Celtę.
tas tumultu concitos profectus eſt. Antonius ad Parthorū bel- Parthi.
lum iter cœpit: ac Senatu quęcunq; feciſſet: aut acturus eſſet ex
decreto cōprobante/ iterū duces ſuos ad uarias orbis partes de-
legauit. Et quęcunq; alia animo cōceperat effecit. Inſtituit & re-
ges: quos ipſe cōprobaſſet: tributis ex ordine deſcriptis: Ponti
Dariū: Pharnacem Mithridatis filiū/ Idumęorū. & Samareorū Darius rex: & alij ab
                                                              Antonio inſtituti.

Herodem. Piſidorū Amintā. partis Cilicię Polemonē: Alioſq; alijs nationibus pręeſſe uoluit. Exercitū uero quem ſecū in hibernis habere decreuerat/ ex abundanti ornare: & exercere cōſtituens/ partim ad Parthienos miſit gentē Illyriam: Epidamni quondā incolā: cuius opera Brutus in bello promptiſſime uſus fuerat: partim in Dardanos aliā Illyriorū gentē/ cōtinue Macedonibus bello infenſam: Reliquū in Epiro quęcūq; in circuitu patet manere iuſſit. Ipſe byemē Athenis peracturus/ Furnium in libyam ire monuit/ legiones quattuor: quę a Sextio tenebāt in Parthos deducturum/ neutiq; ſatis fiſus Lepidum eas Sextio adempturū fore. His bunc in modū cōſtitutis/ byemē Athenis cū Octauia uxore egit: quemadmodū in Alexandria cū Cleopatra prius egerat. Quę enī ab exercitibus miſſa fuerāt ſolū detulere. Ipſe ſimplicitate quadā priuati cultus/ principantis loco uſus eſt. Nā ueſte quadrangula: calciamento attico utebat. Ante fores ſolitudo & quies: & egreſſus eius pari modo ſeruabāt: nullis pręcedētibus ſignis duobus ſolū amicis comitatus: ſubſequētibus totidē ſeruis ad pręceptorū cōtubernia: aut recitatiōes ferebat. Conuiuiū gręcorū more inſtruebat. Cum gręcis quoq; byemē una trāſigebat. Feſtiuitates & ſolennia cū cantu uiciſſim celebrās: aſſiſtente Octauia cui plurimū obſequebat: utpote ad muliebres laſciuias procliuis & ſubitus. Finiente byeme: quaſi alius effectus eſſet/ iterū īmutata ueſte: aſpectū quoq; uariabat; nam ſignoq; raptim multitudo: ducū: armatorūq; fores eius obſidebat: uniuerſa ſtrepitu pauoreq; reſonabāt. Legatiōes a principio ſilere iuſſę/ tunc primū admittebāt: diſcernebant & cauſę: naues attrahebāt: & omnis alius apparatus ſimul mouebat: & Antonius ad omnia pręſens uentitabat. Cęſari interim a Pōpeio fœdera prius inita diſſolui uiſa ſunt: alijs ut exiſtimant ex cauſis. Quas autē Cęſar palā referebat huiuſmodi fuere. Peloponneſū Pompeio Antonius tradiderat: poſcēs ut quę ſibi Peloponneſij deberēt/ ipſe traderet: uel ſe ſuſcipiente prouinciā: redditionē ipſe aſſumeret: aut actio eorū in integrum maneret.

Parthieni.
Epidamnus.

Furnius.
Sextius.

Octauia.

Hęc ueſtis apud nos ꝓprie pitochiū dicit.

Mirabilis uir.

Attende diſſenſionis initiū inter Sextū: & Octauium.

At ille prouinciã ſupet his minime ſuſcepiſſe aiebat: ratus cũ debitorib⁹ una aſcriptã eſſe. Turbat⁹ itaq; uel eorꝝ cauſa: ut Cęſar aſſerebat: uel q; mẽte minus fideret: aut eorũ çelo qui exercitus maiores cõtinerẽt excãdeſceret: aut a Menodoro irritatus: qui inducias potius q̃ firma fœdera inijſſe illum diceret: naues denuo alias: remigeſq; in unũ cõparabat: & ad exercitũ oratiõe habita/ omnino ſe apparare ob hęc neceſſe eſſe prędicabat. Deprędatores igitur clam denuo maria omnia infeſtabant: parũq; aberat romanos a prima famis clade perurgeri/ Sic ut palã conclamarent/nõ ob malorũ liberationẽ: ſed ob quarti tyranni ſuſceptionẽ/ fœdera inter eos inita eſſe. Cęſar non nullas a piratis naues aſſecutus nautas ſupplicio affecit: Qui cũ ſe a Pompeio miſſos dicerẽt/rem populo ut acta erat notã fecit: & ad Põpeiũ ipſum miſit. Ille ꝑ his uerba teddidit. deinde Peloponneſi gratia ecõtra poſtulauit. Quicũq; igit' ex illuſtribus cũ illo aderãt: libertis aſſidue parentẽ intuẽtes: quoſdã ex his interemere/ſiue a ſeipſis meditati: ſiue Cęſaris gratia ut ĩ Menodorũ irritarent: q̃ſi dominũ ĩ ſeruũ adhortantes. Quidã etiã Menodori potentię aduerſi libenter id agebãt. Et Pompeius ad cõtentionẽ cum Menodoro cõtinue agebat'. Hiſdẽ diebus Philadelphus Cęſaris libertus ad Menodorũ frumẽti cõuectandi cauſa nauigauit: qui Menodoro fidiſſimus/ etiã de fuga eius ad Cęſarẽ agitare cœpit/ pollicitus Sardiniã: Corſicãq; cũ tribus legionibus illi tradere: amicorũ quoq; multitudinẽ aliã adijcere. Quod opus ſiue Philadelphi: ſiue Menodori cauſa proceſſiſſet/ob calũnias ad Põpeiũ antea delatas/ Cęſar cõfeſtim nõ admiſit/ meditatus pacem re & opere q̃primũ ſoluere. Itaq; Antoniũ ex Athenis Brũduſiũ ad diffinitã diẽ euocauit: cũ eodẽ de bello cõſilia initurus. Naues longas ex Rauenis: & exercitũ ex Celtis: apparatũq; aliũ Brunduſiũ: & Dicearchiã ſumma celeritate accedere mãdauit/omni ex parte ſi Antonio placeret Siciliã: Pompeiũq; inuaſurus. Et ille quidẽ ad diffinitã diem cũ modicis applicuit. Non inuento autẽ Cęſare inde diſceſſit: uel q; belli ſententiam

Pompeius belli cauſa.

Libertoꝝ cauſa Pompeius ad prędas inducebatur.

Philadelphus.

Rauenę.

Brunduſium.

Suſpitio.

Oſtentum.

Pompeio fauebat Antonius.

Lege in Philippica.

Caluiſius.

Cornificius.

Piratę.

Ficta locutio.

contra fœdera aſſumpti minime probaret: uel q̄ apparatū Cę/ ſaris ut ingentē cōtemplatus formidaret. nō enī ſuſpitio ineun/ di principatus ex animo eius penitus exceſſerat: uel ſignis tet/ refactus id egiſſet. Nā ex cuſtodibus ad tabernaculū eius excu/ bantibus/ unus a feris laceratus inuentus eſt/ facie adempta: q̄ſī ad indiciū auferendū: cū neq̄ uocē emittere: nec a quoq̄ cū eo quieſcentiū audiri potuiſſet. Et lupū circa aurorā e tabernaculo eius fugientē Brunduſini ſe uidiſſe dicerent. Ad Cęſarē tamen ſcripſit/ ne quę inter eos compoſita fuerant diſſolueret. Meno/ doro quoq̄ ne abiret/ ut ſeruo eius fugitiuo cōminatus eſt. Fue/ rat enim Pompeij magni ſeruus: cuius ſubſtantiā Antonius/ ut hoſtis ex lege uenundatā/ ad haſtā emerat. Cęſar tamē nō nul/ los in Sardiniā & Corſicā miſit: ſumpturos quę Menodorus il/ lis tradidiſſet. Iam enim Italię maritima omnia cuſtodijs multis occuparat: ne Pompeius iterū illa inuaderet. Ad hęc triremes alias Romę: alias Rauenis cōmorari iuſſit: & exercitū plurimū ex Illyrio acerſiuit. Menodorū ad ſe profectū/ liberū confeſtim ex liberto declarauit: & bis quas adduxiſſet nauibus pręeſſe uo luit: ſub Caluiſio prętore claſſem deducentē. Hęc cōſtituēs Cę/ ſar: & apparatū ampliorē in unū colligens/ bellum differebat: queſtus Antoniū neutiq̄ abſentē opperiri uoluiſſe. Apparatū autē omnē cū in unū cōtuliſſet/ Cornificiū ex Rauenis celerri/ me Tarātū adducere imperat. Eo claſſem deducēte ingens tem/ peſtas ſubito exoriť: & ex omni claſſe nauis: quę Cęſari parata aderat/ mari obruiť: Quę res futurā calamitatē ſignificare uide/ bať. Inualeſcente dietim ſuſpitione: quaſi prętet fœdus id bel/ lum iniret/ Cęſar quo ſuſpitionē in populo dilueret/ ad urbem miſit. Ipſe etiā exercitū edocuit/ Pompeium q̄ mare latrocinijs inuaderet: fœdera inter eos iacta diſſoluiſſe: Idq̄ piratas ſibi re/ tuliſſe. Menodorū prętetea interiorē eius mentē prodidiſſe re/ ferebat: Idq̄ intelligere Antoniū. ob eamq̄ cauſam peloponne/ ſum/ ut ad inuadendā Siciliā perneceſſariā ſibi retinuiſſe, puin/ ciā. Ipſe ex Taranto. Caluiſius autē ex Sabinis: & Menodorus

ex Tyrrhenia cõfestim deduxere. peditatũ quoq; omnẽ Rhegium acceleratre iubet. Vniuersa deniq; sũma diligẽtia: sollicitudineq; parabat. Intet hęc Pompeius Menodorꝝ ad Cęsarẽ transfugisse eo iam adnauigãte audiens: ut utrinq; ad classem paratior adesset/ in Messana Cęsarẽ opperiri statuit. Caluisio insuper & Menodoro inimicissimũ sed pręcipue Menodoro ex libertis eius Menecratem uniuersę classis pręsidẽ instituit. Menecrates circa uesperã inclinãte iam sole ĩ cõspectu hostiũ ex alto apparuit. Illi in sinũ supra Cumas fuga deferũt: ibiq; p noctẽ quieti perstiterũt. Menecrates Enariã uersus iter arripit. At illi oriẽte luce/ sinũ circa littus/ summissiori classe enauigare pergunt/ ne hostes eum ad locũ se cõferrent: ac repente Menecrates iterũ in cõspectu illis affuit. magnaq; ui ac celeritate ad illos propius accessit. Nihil igit operepreciũ in hostes longe a pelago diuisos se conari posse existimãs/ ad pręrupta eos cõpulit. Illi igit trudebant simul & ex nauiũ rostris ĩ eos decertabãt. Erat hostibus redeundi: inuadendiq; ad libitũ facultas: & aliarũ nauiũ cõmutatio per uices. Ipsi uero ex petris duntaxat: & pręruptis insurgebant. Cumq; naues cõuertere nõ possent: quasi e terra ad eos qui in mari erant depugnabant: neq; declinare hostes: neq; insequi potentes. Inter hęc Menodorus ac Menecrates se mutuo intuentes/ omni alio postposito labore/ cũ ira: & acclamatione q̃promptissime inter se naues cõcitãt/ in eo uictoriã: & belli caput cõsistere arbitrati/ qui alterũ pręlio primus superasset. Naues igit magno ĩpetu ab utrisq; concitę/ se inuicẽ cõcussere ambę: & hęc quidẽ nauis: quę Menodorũ uehebat/ rostrũ perculit atq; confregit. Altera uero Menecratis gubernaculum prorsus euertit. Deinde manicis inter se cõplexi ferreis/ neutiq; nauali opera indigebãt: utraq; ad bellũ firma persistente. Viri igit ueluti e terra nihil laboris: aut uirtutis omisere. tela crebra: sagittas: lapidesq; emittentes. Cataractas ad hęc proiecere/ e nauibus p uim inscensuri. Menodori itaq; naue eminente altius/ catarącte ad imũ pronę/ faciliorẽ audacibus ad inscendendũ prębebãt

Rhegium.

Menecrates.

Cumę.

Sequitur pręcipua bistoria rerum maritimarum.

Bellum nauale inter Sextũ: & Octauiũ.

Pugna inter Menodorum: & Menecratẽ.

Cataractas. pontes intelligit.

aditū: & quę proijciebant: utpote ex alto: uehemētiore ferebāt impetu. Occumbētibus plurimis: cū reliqui uulneribus affecti minus acriter pugnarēt/ Menodoro brachiū ſagitta traiectum eſt: telūq; ſubinde euulſū. At uero Menecrates cū iaculo ad biberoꝝ formā: multis hamis ferreis inſerto/ femur ſaucius/ ſubito telū educere non poſſet: & ob id bello inutilis exiſteret/ reliquos ad pugnā hortaturus conſtitit. Poſtremo intercepta naue: ſeipſū mari iniecit. Nauis a Menodoro uinculis iniecta ad terrā delata eſt: cū & ille nihil agere ulterius aut conari poſſet. Sic ī leuo claſſis cornu/ hunc in modū pugnatū eſt. Ex dextro autē Caluiſius ad ſiniſtrū ſponte adnauigans/ nō nullas Menecratis naues fregit: fugienteſq; in Peloponneſū inſecutus eſt. Democharis Menecratis cōlibertus: ac ſub eo tūc quidē prętură gerēs reliquas Caluiſij naues aggreſſus: partē in fugā uertit: partē ad petras cōpulit: uiriſq; ab his expulſis naues incēdit: donec Caluiſius ab inſecutiōe ſe cōuertēs/ fugientes retinuit: ignēq; a cęteris inhibuit: ac nocte inſurgente/ omnes eo loco quo pridie: morati ſunt. Sic nauale bellū inter utroſq; finitū eſt: in quo Pōpeij claſſis longe ſuperare uiſa. Democharis autē Menecratis necem nō ſecus ac belli cladē egre perferēs. duo quippe hi maritimis ī rebus Pōpeio perutiles ī primis habebāt/ Menecrates & Menodorus: omiſſis omnibus ex acie in Siciliā trāſiuit. uelut Menecratis corpore cū unica dūtaxat naui: nō autē uniuerſa Pompeij claſſe ī diſcrimine periculoq; deſtituta. Caluiſius quoad Democharis adnauigaret opperiēs/ eodē loco: quo inſederat moratus eſt/ haudquaq; prędio decertare auſus/ nauibus: quę potiores fuerāt in bello amiſſis: reliquis uero ad ineundā pugnam prorſus inutilibus. Sed dū in Siciliā curſū mouere intelligit: paratis nauibus & ipſe littus enauigare cœpit/ ut ſinū derelinqueret. Interea Cęſar multis nauibus: ingentiq; exercitu ex Tarāto Rhegiū applicuit ut Pompeiū circa Meſſanā quadraginta fere naues continentē inopine inuaderet. Id enim amici eius uel in primis ſuadebāt: ut ex tempore tanto ſtipatus apparatu/ modica adhuc claſſe circunſepto/ prius q̄ reliquę aduenirent/ ſubitus

Superat Menecrates.

Democharis.

Memoratę pugnę finis.

Aduentus Cęſaris.

occurreret. Quibus ille Caluisiū opperiri statuēs neutiq; assen-
sus est/ prefatus Nō utile cōsiliū id esse: quod periculis obijce- Consilium.
ret. Eoq; modo auxilia suorū intentus expectabat. Democbare
in Messanā delato/ Pompeius Apollophanē: & hunc quidē li- Appollophanes.
bertū eius Menodori & Menecratis loco: una cum Democbare
classi preesse uoluit. Cesar eoz que circa Cumas gesta erāt/ cer-
tior effectus/ Pontū adnauigare pergit: ut Caluisio obuiā pro-
diret: quip porū utplurimū ad illū aduentabat: & iam ad Styli- Stylida.
da delatus/ Siciliā uersus moturus uidebat. Pōpeius ex Messana
decurrens postrema classis aggressus est. antecedētes quoq; na-
ues insecutus/ mox omnibus inuectus/ in pugnā ꝓuocabat. Illi
q̄q̄ ab eo uexarent̄: minime tamen se ad pugnā cōuertere: non
permittente Cesare/ siue q̄ in arcto bellū detractaret: siue ut a
principio instituerat uenturos opperiri/ nec sine Caluisio bellū
inire cuperet. Tandē ex eius sentētia omnes ad littus cōcessere:
ibiq; ī anchoris firmauere rates: ac simul a prora irruētes repel-
lebāt. Democbare duas ad quancūq; eaz/ naues opponente: tu-
multu cōcitę alię ad petras deferunt̄. Ibiq; per inertiam ut apud
Cumas prius euenit: undis assurgētibus impleri collidiq; cœpe
rūt/ hostib9 nūc ab insultu: nō nunq̄ ab regressu eas eludētibus
repellētibusq;. Nec longe periculū aberat: cū Cesar naui egres- Periculum classis Ce-
sus ad petras ex alto se ꝓripuit: & a pelago enatātes ad sese rece- saris.
pit: Ad mōtes quoq; superius ire monuit. Cornificius uero: & Cornificius.
quicūq; alij pretores aderāt se mutuo adhortātes: nullo mādan-
te naues anchoris exoluūt: & in hostes celeri cursu ferunt̄: uti-
lius arbitrati aliquid potius agentes perpeti/ q̄ per inertiā nullo
prelio ab illis opprimi. Singulari itaq; audacia fretus Cornifi- Attende audaciam.
cius/ pretoris nauē primo impetu inuadit: intercipitq;: Qua ex
causa Democbares in aliā subito desiluit. Labore igitur & cede
hunc ī modū succrescentibus/ Caluisius & Menodorus a longe
nauigantes cōspecti sūt. nō tamē a Cesaris militibus e terra aut
mari uideri poterāt. Cęterū Pōpeij naues liberiore pelago eue-
cte/ eos aspexere: Quibus uisis retrocedere cœperūt. Iam enim

nox iminebat: nec defeſſos recentibus opponere audebāt. Horū aduentus reliquis ex priori inutilitate cōmoditatē attulit. Increbeſcēte quippe nocte nauibus egreſſi ad montes cōfugerūt: ignibuſq; paſſim incenſis/ cęteris nauigantium aduentus ſigna prodiderūt. Eodē igit̄/ ſine cibo & obſequio ullo omniū indigi p noctē traxere morā: quos Cęſar ſimili modo affectus: & hinc inde diſcurrēs ſolabat̄: & ut ad lucē uſq; pferrēt ſuadebat. Laborante itaq; inter milites Cęſare atq; ſuſtinēte: cū Caluiſius nundū adeſſe cerneret̄: neq; ex nauibus quicq̄ utile ſperari poſſet: illo ad tēpeſtatē enitēte atq; occupato: fortunę benignitate quadā tertiadecima legio ad mōtes propius acceſſit: extēploq; milites intellecta clade p aſpera quęq; ex ignibus iter arbitrati/ cœpere curſū. Eo loci impatorē cęteroſq; cū illo fugiētes cōſpicati: labore fameq; cōfectos alij alios ſuſcipientes cōſeruarūt. Ad hęc primores ordinū Cęſarē ad eorū tabernacula ducētes: cū nemo ex ſeruis ut in nocte: tumultuq; turbatis: atq; diuiſis ſupereſſet: cōſolati ſūt. Dū igit̄ uaria ad loca qui ſe ſaluū eſſe dicerēt emittit/ Caluiſius cū nauibus adeſſe nūciat̄. Sic duplici & inſperato fortunę euētu recreatus paulū cōquieuit. Orta q̄primū luce ad matia uiſū dirigit: ac naues igne ſuccēſas flagrāteſq; intuet̄: nō nullas ſemiaduſtas: & adhuc ignē ſuſtinētes: quaſdā derelictas. Velis ad hęc: gubernaculis: uaſiſq; paſſim repletū mare. Ex his uero quę integre māſiſſent: nō nullas maiore ex parte laborantes. Caluiſiū itaq; ī aciē cōſtituēs/ rates: quę celeriores aderāt/ intrāſuerſū obiecit hoſtibus: quieſcētibus illis/ ſiue ob Caluiſij aduentū: ſiue q; inſurgētes aggredi parārēt. Sic utriſq; claſſem cōtinētibus/ circa meridiē notus creber paulatim ſurgēs inter anguſta ac mari peruia undas ingētes extulit. Pōpeius intra Meſſanę portus claſſem cōtinebat. Cęſaris naues inter pręrupta littorū: & importuoſa quęq;/ p uim cōpulſę mutuo ad petras trudebāt̄: ponderibus minus integre illas cōtinētibus. Menodorus tēpeſtate q̄primū orta: utilius fore arbitratus ad interiora pelagi ſeſe cōtulit: ibiq; ī anchoris claſſem ſiſtit/ leuiores ob p̄fūditatē ſuſtinens undaꝝ motus: remigiū p̄terea erexit/ ne ab impetu

Fortunati milites.

Tertiadecima legio.

Felicitas Cęſaris.

Naues a Democharе prius incenſę.

Lege tempeſtatē ualidā: ac miſerandā.

Menodori conſiliū.

ferret: quẽ aliqui uicissim imitati sunt. Reliqua autẽ multitudo dũ uentoꝝ motũ ut ĩ uere cito inclinatuꝝ putat: naues anchoris utraq; ex parte/ a pelago pariter: terraq; firmauit: ratesq; inter se fluctuãtes/ contis ad iuicẽ ꝓpellere cœpit. Vehemẽtiore deinde insurgẽte uento/omnia ĩ unũ cõfusa sũt: naueſq; ab anchoris excussę/passim cõterunt: & ad terrã delatę ad littus collidũt. Clamor itaq; cõfusus orit ab his qui trepidabãt: simulq; querebant: & se iuicẽ inter tumultũ inuocabãt. Nõ enĩ uoces discerni poterãt furẽte uẽto: nec gubernator a remige quicq̃ differebat aut peritia artis aut ĩperio: sed cõfusio inter omnes par erat: siue intra naues siue cũ quis ab illis excidisset/undis: ęstu: ligniſq; ꝓpellẽtib9. mare autẽ uelis: remis: uiris: cadaueribusq; iundabat Si uero quis effugiẽs ad litt9 enataret: uel ad terrã illidebat: uel ad petras impellẽte unda trudebat. At cũ mare scinderet: quod circa littus plerũq; euenit: insuetos nouitas rei cõturbabat: & rates tũ uel maxime circũlatę ĩ unũ ferebãt: cõterebãtq;. Ventus quoq; ut ĩ nocte difficilior erat ad ferẽdũ. cũ nõ in luce ulterius sed ĩ tenebris obruerẽt undis. Fletus igit ꝑ uniuersã noctẽ resonabãt. Necessariorũ porro inuocationes ꝑ littus discurrentiũ: & qui ĩ mari erãt nominatim appellãtiũ opplerãt aures. Vlulatus ad hęc & gemitus: cũ quos inuocarẽt: ueluti defũctos: nullis exhibitis uocib9 lugerẽt. Ecõtra eoꝝ quos ꝑ pelagus unda ĩuoluerat: & ĩ littore existẽtes ad opẽ cõclamabãt/audiebat fletus. Admirabilis quędã malorꝝ facies utriſq; inerat. Nõ enĩ mare dũtaxat bis qui in ipsũ desilierãt: aut naues inscẽderãt/ terrorẽ afferebat: uerꝝ fluctibus lõge periculosior ĩminebat tellus/ne incũbens illis unda inter saxa: petraſq; collideret. Nouis itaq; modis inter ęstus uexabant: telluri ꝓximi: nec illã ingredi: nec ab illa in pelagus demũ regredi: aut in medio cõsistere potẽtes. Nẽpe anguſtię locorꝝ: & natura inaccessi littoris: & incumbens unda: uentuſq; ab astãtibus aspirãs mõtibus: & in ꝓcellas uarie cõfractus: ꝓfundi quoq; maris separatio in utrãq; partẽ prouoluta & exęstuans/ neq; manendi illis: neq; fugiẽdi prębebat aditũ. Tenebrę ad hęc intensę: nocte potissimũ obscura turbarãt omnia:

Clamorem attende.

Periclitantiũ mira descriptio.

Maris & terrę pericula coniuncta.

ut ſe minime intuentes morerẽt quidã cõturbati & clamantes: alij taciti caſũ ſuſtinẽtes. Erãt qui ſe inuicẽ cõficerẽt: q̃ſi omni ſalute deſperata. Inſtante huiuſmodi clade/ omni animaduerſione longe maiore atq; grauiore: ita ut fortuitorũ quoq; ſpem ex animis adimeret/ ſubito illuceſcere: & uentus paulatim diſſolui

Tranquillitas maris.

uiſus & hebeſcere: & cũ ſole penitus extingui: & ſubinde uẽto undaq; ceſſante: uix ĩ longũ tamẽ fluitãtia quieuere ęquora: ut tam ingẽtis tẽpeſtatis motus incolę eaq; partiũ haud unq̃ ſe meminiſſe dicerẽt. Hęc igit' cõſuetudine & opiniõe amplior/ maiorẽ Cęſaris nauiũ: uirorũq; cõtriuit partẽ: cũ etiã bello quod ſuperiore die geſtũ fuit plures amiſiſſet. His ergo duob9 fortuitis

Hipponium.

inuicẽ cõflictatus caſibus/ ad Hipponiũ eadẽ nocte p mõtes ſũma celeritate perrexit/ tantę rei cladẽ haud intueri ſuſtinẽs: cui nihil prędidij ferre poterat. Ad amicos etiã: ac prętores miſit: ut omnes parati aſſiſterẽt/ ne qua aliunde: ut ĩ aduerſis: ſubita calamitas inſurgeret. Miſit & pedites ad uniuerſa Italię littora/ ne

Sollicitudo Cęſaris.

ob recentẽ caſũ aliquid e terra moliretur Põpeius. At ille nihil tale meditatus/ nõ ad prędentis claſſis reliquias: abeuntiſue/ inſtante adhuc tempeſtate quicq̃ molitus eſt: Sed ſcaphas ex his quę poterant adhuc annectentes: & uento ad Hipponiũ ultro nauigantes aggredi neglexit/ ſiue q9 cladẽ illã abunde ſibi ſufficere putaret: ſiue ad cõſequendã victoriã eſſet inexpertus: ſiue

Pompeij Sexti mollicies.

ut a nobis aliunde ſcriptũ eſt/ ad aggrediendũ mollis foret: & ignauus: ac ſolũ inſurgentes repellere contentus. Cęſari ne dimidium quidẽ claſſis ea ex tempeſtate ſuperfuiſſe creditum eſt & id quoq; difficultate ſumma: ac labore. Derelictis igitur non nullis ad eius curã/ turbatus animo/ Cãpaniã uerſus iter arripit. Non enim alias naues continebat/ multarũ indigus: neq; ad fabricandũ tempus aderat/ incumbente fame: populo quoq; pro ineunda pace plurimũ inſtante: belluq; ueluti aduerſus fœdera ſuſceptũ improbante. Pecuniatũ quoq; diſtinebatur inopia romanis nihil conferentibus: neq; tributa quę meditatus erat ſuſtinentibus: promptis tamen ad ea quę utilia erant exequenda.

Mecenas.

Mecenatẽ ad Antoniũ deſtinat: ut de quibus nupertime inter

ſe queſti erāt/ rationē redderet: eumq; ī ſocietatē ſimul aduoca-
ret. Cui ſi minus paruiſſet ille/ armatos oneratijs nauibus in Si-
ciliā pręmittere ſtatuerat: & omiſſo pelago/ per terrā inceptare
bellū. Dum his curis angeret Cęſar/ Antoniū cū eo ad belli ſo-
cietatē cōueniſſe intelligit: uictoriā quoq; e Celtis qui aquitani Aquitani Celtę.
dicūt ab Agrippa pilluſtrē in bello habitā. protinus itaq; amici
eius: ac ciuitatū nō nullę: naues illi pollicitę ſūt: ſimulq; prę-
terūt. Depoſita igit ſollicitudine omni/ apparatū priore longe
ſplendidiorē raptim cōgregauit. Incipiente uere/ Antonius ex
Athenis tercentaq; nauiū claſſe comitatus Tarantū ꝑuenit Cę-
ſari auxiliū allaturus/ ut ꝑmiſerat. At ille cōuerſa mente/ naui-
bus iam fabricatis ſuos intulit. Vocatus denuo q̄ſi ſufficiētibus
his quę Antonio aderāt: & uiciſſim apparatis/ alias occupatiōes
ꝑtulit: ut iam clarū eſſet/ illū cū Antonio ī cōtentionē uenturū:
aut ſocietatē eius/ ob neceſſarioq; copiā/ haud multifactuq; eſſe.
Antonius q̄q̄ animo turbatus: tamē perſtitit: ac iterū ī ſocietatē Attende.
eundē uocare ꝓſeuerauit. Nā prębitiōe nautica defeſſus cū exer
citu Italo in Parthos indigeret/ naues cū Cęſare ꝑmutare cōſti-
tuerat: cum ex fœdere ſancitū eſſet utrūq; ex Italia copias poſſe Cōmunis Italia quo
deligere. Sed cū difficile ipſis uideret: tum uel maxime Cęſari ad delectus faciēdos.
cui Italia ex ſorte obuenerat: Octauia quę pro illis poſceret ad
Ceſarem peruenit. Cęſar ſuos periculis obieciſſe circa pontum
aiebat. Illa Mecenatem hoc excluſiſſe reſpondebat. Ille Calliā Callia.
libertum ab Antonio ad Lepidum miſſum eſſe: ut Lepidū in
eū cōcitaret. Illa ſcire ſe Calliā nuptiarū cauſa ad Lepidū iuiſſe.
uelle quippe Antoniū ante q̄ Parthicū iniret bellū: filiam eius
Lepidi filio in uxorem dare: quēadmodū profiteret. Sic enim
Octauia. Antonius uero Calliā ut Cęſarē torqueret ad Lepidū
pręmiſerat. Hęc igitur minime admiſit: ut autem una in collo-
quiū ueniret/ illi annuit: & inter Metapontū & Tarantū cōue- Metapontus.
nere ambo: quo loco fluuius eiuſdē nominis medius interfluit.
Cōgrediētibus ad fluuiū illis fortuna quadā Antonius ex ripa Attende caſum.
ad occurrentes naues properans/ ſcaphā ſolus inſiluit: & ad Cę-
ſarē quaſi amico ſe concredens pertranſibat. Quem cū intueret

Cęſar imitatus eſt. Sic fluuij in medio ambo conuenere: alterius in ripa uterq; deſcendere uelle contendentes. Vicit tandem Cęſar: & ueluti ad Octauiã Tarantũ profecturus in Antonij ripa penes eũ ſimul cõſtitit. Taranti quoq; ad eius diuerſoriũ nullo munitus cuſtode pertrãſiuit: Et noctu iuxta illum armatis nullis circũſeptus cõquieuit. Similia & ab Antonio poſtridie geſta ſunt. Sic illis cõtinua ad ſuſpitiones ob principatus ambitũ: & ad fidẽ ſubinde in neceſſitates mutatio inerat. Claſſem igit in Pompeiũ pręparandã Cęſar in nouũ tẽpus diſtulit: Antonio in Parthos expeditionẽ ulterius differre nequeunte. Tradidereq; ad inuicẽ Cęſari quidẽ Antonius naues uiginti ſupra centũ: quas propere Tarantũ miſſas illi dedit. Cęſar Antonio duo mille Italos armatos: quos miſſurũ ſe ſpopõderat exhibuit. Octauia inſuper fratrẽ donis proſecuta eſt: & decẽ oneratias naues ex fortioribus: amplioribuſq; phaſelis triremicis immixtis ab Antonio petitas/ illi tradidit. Cęſar Octauię mille ad cuſtodiã probatos uiros: quos Antonius eligeret/ elargitus eſt. Finiente uero principatus tempore: quod ex decreto tribus conceſſũ fuerat/ eundẽ denuo ĩ quinquẽniũ ſibi deſumpſere/ nihil ulterius populo indigentes: Eoq; modo ab inuicẽ digreſſi ſunt. Antonius ĩ Syriã ꝓfectus eſt: Octauia penes fratrẽ/ cũ filia: quã ab ea ſuſtuliſſet/ derelictis. Interea Menodorus/ ſiue ex innata proditione duceret: ſiue q; Antonij minas extimeſceret: qui eũ tanq̃ fugitiuũ bello adeptum abducere uelle dictitabat: ſiue q; ſe minus ac ſperauerat ĩ honore haberi cerneret: ſiue q; ab alijs Pompeij collibertis/ aſſiduis impeteret conuicijs: qui eum infidelitatis erga herum arguebant: & ad reditum poſt Menecratis necem hortabant. Fide data: acceptaq;/ ad Pompeium ſeptem ſublatis nauibus fugã arripit: Caluiſio claſſis pręfecto nequaq̃ aduertente. Qua ex cauſa Cęſar Caluiſium a pręfectura claſſis ãmouit: Agrippãq; eius loco pręeſſe uoluit. Cum parata adeſſent omnia/ Cęſar claſſis exercitũ hoc modo perpurgauit. Altaria primum maris in littore ſita alluuntur undis: multitudo

Attende ſuſpitionẽ.

Permutatiões nauiũ: & militum.

Dona inter Cęſarem & Octauiam.

Proditio Menodori.

Lege purgationem exercitus.

omnis circũquaq; magno ſilentio per naues aſſidet. Sacerdotes in mari cõſidentes ſacra faciũt: terq; per exercitũ ſcaphis circũuecti/purgamina ſacra deferũt: ducibus una adnauigãtibus: & purgamina extollentibus: ut ab exercitu infelicia queq; depellant. Diuidentes deinde ea/ partẽ in mare proijciũt: partẽ altaribus impoſitã flãmis adolent: ac protinus multitudo omnis ea benedicit. Sic romani claſſem ſolent perpurgare. Cęſar igit' ea die ex Dicearchia diſcedere ſtatuerat: eodẽq; tẽpore Lepidũ ex Libya: Tauꝛ ex Taranto/ Siciliã uerſus mouere iuſſerat: ut illũ tandem ex aurora ſimul & occidente: meridieue ſequerent'. Sic Cęſaris motus ea die omnibus pręfinitus fuerat/ decima ſolſticiali ſcilicet: quã nõ nulli romanorũ nouã lunã menſis appellant: in quo primo Cęſari exhibet' bonos: cui Iulio ꝑ quintili nomen eſt inditũ. Hanc igit' diem Cęſar elegerat/ religiõe fortaſſe motus/ ob parentẽ eius: aſſiduis uictorijs bello illuſtrem. Pompeius in Lilybęo Pliniũ Lepido oppoſuit/ legionẽ armatorũ: aliamq; multitudinẽ leuiter armatã cõtinentẽ. Ad hęc ab oriente in occidentẽ uſq;/ Sicilię maritima omnia: & in primis Liparã: & Coſſyram inſulas cuſtodijs: pręſidijſq; munierat/ ne Coſſyra Lepido: Lipara autẽ Cęſari ſtationes quaſdã ad inuadendã Siciliã offerrent. Pręcipuũ uero totius claſſis in Meſſana collocauit/ ꝑmptũ quocũq; ĩ loco neceſſitas exigeret. Sic utriq; apparatus ſuos tenuere. Noua luna ſole iam radijs contingente terrã/ Lepidus ex libya mille onerarijs nauib9: octuaginta longis comitatus curſũ mouet. legiones duodecẽ: equites Numidas qnq; mille: aliũq; apparatũ q̃ingentẽ ſecũ agens. Taurus ex Taranto ex Antonij nauib9 numero centũ ac triginta/duas ſupra cẽtũ dũtaxat aduehebat. reliquaꝛ enĩ remiges ex tẽpeſtate amiſerat. Cęſar ex Dicearchia diſcedens/ ſacris: libaminibuſq; ꝓactis/a prętoria naue ĩ pelagus placidis uẽtis & ĩmobili neptuno: mariq; nulla fluctuãte unda ut aduerſus parẽtis hoſtes properãti propitij adeſſe uellent/ uota obtulit. Inde nõ nullis maris profunditatẽ ante ſe perſcrutantibus/ ęquora permeare cœpit.

Hinc Virgilius.

Nota decimã ſolſticialem.

Plinius.

Lipara: & Coſſyra inſulę.

Motus claſſis uniuerſę.

Appius.

Appius multitudine nauiū ſtipatus: poſt eum claſſis cuſtos ſequebat. Tertia a diſceſſu die notus incumbens: q̄plures Lepidi naues onerarias euertit. Impetu tamē ab eodem in Siciliā facto: Pliniū in Lilybeo obſedit: pleraſq; ex urbibus ſibi aſciuit: quaſdam ui cepit. Taurus incipiēte uento Tarantū denuo reuerſus eſt. Appio circa Athenienſiū rupes deducente claſſem/ queḍā e nauibus ad petras delatę collidunt́: nō nullę inter abrupta ab impetu pellunt́: alię nō ſine uitio ꝓiectę ſūt. Cęſar oriente tempeſtate ī Eleatē ſinū inhoſpitū q; ꝓfugit/ ſexremi dūtaxat unica

Ventus Libycus.

amiſſa: quę circa rupes cōtracta eſt. Libyco deinde ſuſcipiente notū/ ſinus in ueſperam pateſcens cōmoueri cœpit: ita ut ex eo egredi nō amplius liceret/ aduerſante loco uento: neq; remi rates cōtinere: aut anchorę ulterius cohibere poſſent: ſed ad ſuicē

Mari infelix Cęſar.

inter petras colliſę truderēt́. Atra incūbebat nox: eoq; periculū difficilius adhuc illis uidebat́. Increbeſcente clade/ Cęſar cadauera humari: ſaucios curari iubet. Ipſe e mari enatātes ulterius aſſūpſit: alijſq; adornauit armis. exercitū quoq; omnem qui ſupererat paulatim recreauit. Sex e nauiū numero quę grauiores fuerāt tempeſtate cōtritę ſunt. Leuiorū ſex ſupra uiginti amiſę. Liburnicę maiore adhuc numero diſiectę referunt́. Et cum ad reparandā claſſem triginta dierum ſpacio uideret́ indigere: optimū factu uiſum eſt/ bellum ī futurā ęſtatē denuo differre. Cęterū inſtante populo ob urgentem famem/ naues magna ce-

Cęſaris diligentia.

leritate littori appulſas reparare pergit. porro earū onera: quę corruptę fuerant/ tauri nauibus inanibus deuehenda tranſtulit.

Mecenas.

Vt igit́ maiore in calamitate Mecenatem Romā ire monuit: ut eos qui ob magni Pōpeij beniuolentiā elati fuerāt/ diligētia cōprimeret. Non enim pręclari uiri memoria ab eorū animis penitus exceſſerat. Ipſe qui tellurē ſortiti fuerāt/ per Italiā diſcurrēs hortabat́: & ex timore eorū quę geſta fuerant pertetritos ad ſpem erigebat. Eadē celeritate Tarantū proficiſcēs/ claſſem quę ſub Tauro erat cōtēplatus ad Hipponiū redijt: peditatumq; ibi exiſtētē cōſolatus: nauiū quoq; fabricationē accelerare monuit.

Credo tertia.

Et iam proxima aderat/ in Siciliā ſecunda profectura claſſis: cū

Pōpeius huiuſmodi oppoꝛtunitate neglecta/ tot naufragijs in/ſurgere haud ęquū duxit: ſed mari duntaxat: ac Neptuno con/tentus peregiſſe ſacra: ſe filiū eius uocitari paſſus eſt: ratus non ſine dei auxilio/ęſtatis tēpore/ bis hoſtes naufragio obrutos. Fe/rūt ob hęc gloꝛiabundū/ſolitā ab imperatoꝛib9 deferri chlamy/dem: neptuni in morē/ex puꝛpuꝛeo in ceruleū mutaſſe colorē. Sperās igit' Cęſarē claſſem iam tandem ſoluturū eſſe/cū denuo naues pręparare: eadēq; ęſtate uenturū audiuiſſet/animo colla/pſus eſt: ut qui cū inuicto homine & indefinēti apparatu/ bel/lum ſe gerere animaduerteret. Ergo propere Menodorū: ſeptē quas adduxerat ſtipatū nauibus qui claſſis ſubductionē Cęſaris inuiſeret: & ſi quid poſſet uiciſſim moliret'/ire iubet. At is iam pridē animo turbatus/ cū claſſis pręfecturā nundū ſibi redditā doleret: ac ſatis cōſcius cū his ſolū quas abduxerat/ob ſuſpitio/nem ab illo demitti nauibus/fugā denuo inire ſtatuit. Vęq; per prius intra ſe meditatus/ quēadmodū ad omnia ſibi fidos red/deret: qui illū ſequebant'/ aurū omne: quod ſecū habuit inter eos partitus eſt: & triū dierū remigio delatus/ p mille: & quin/genta ſtadia cōtinue ꝓgreſſus eſt: primiſq; qui Cęſaris claſſem obſeruabāt/fulguris ī morē ſubitus inſiliens: protinuſq; regre/diēs: poſt duas aut tres ex cuſtodiarijs nauibus e medio ereptas: ex onerarijs inſuper: quę frumētū cōuehebāt/ illi inſurgentes: aut enauigantes/quaſdā p uim ſubmerſit: alias uinculis iniecit: aut igne cremauit/Ita ut omnia tumultu ob Menodorū repleta eſſent: Cęſare abſente: & Agrippa ad cōuectandā materiē pro/fecto. Ludibundus igit' ad arenā littori finitimā: atq; paluſtrē: nauē p contemptū ultro impulit: ſeq; a fimo detineri ſimulans īmotus perſtitit: donec hoſtes e montibus caſum cōſpicati: ad eū ueluti ad prędā paratā decurrere. quibus appropinquanti/bus itęq; conuerſa naui cū riſu abijt. Cęſaris exercitū mœror ſi/mul & admiratio ſecuta eſt. Cū abunde id egiſſet: & utrū ho/ſtis an amicus foret ꝓdidiſſet: tandē capto Rebillo cōſulari ui/ro eundē libertati reddidit/quid acturus eſſet corde meditatus.

Vanus Pompeius:

De tertia proditione agitat Menodorus.

Agrippa.

Rebillus.

Mindius Marcellus.

Erat illi cũ Mindio Marcello quodã ex Cęſaris neceſſarijs ante fugã priotẽ amicitia. His igit᷑ qui circa ſe fuerãt/ Mindiũ tranſfugere uelle affirmat: deinde boſtibus propior factus Mindiũ ad ſe cõferendi gratia ad inſulã quampiam uenire rogat. Cũ acceſſiſſet nemine alio audiente ſe ad Pompeiũ ob iniurias a Caluiſio illatas: cũ claſſi pręeſſet tranſfugiſſe ait. Cętez̃ prętura ſuſcipiẽte Agrippa/ ad Cęſarẽ a quo nihil mali pertuliſſet/ redire uelle/ ſi fides pręſtaret᷑. Hęc Mindius abſente Agrippa ad Meſſalã detulit. Inquit enĩ redeuntẽ inſigni aliquo facinore emendaturũ quę prius cõmiſiſſet. donec autẽ fides pręberet᷑ quẽpiã ex Cęſaris exercitu inuaſurũ ad ſuſpitionẽ euitandã: idq̃ executus eſt. Meſſala cũ ueluti in re turpi nõ nihil dubitaret/ tandem aſſenſũ prębtitit/ ſiue q̃ bas belli neceſſitates eſſe crederet: ſiue ex Cęſaris mente quicq̃ pręſentiſceret: ſiue intra ſe idipſũ cogitaret: Sicq̃ Menodorus ad eum fugit. Adueniẽte demũ Cęſare in cõſpectu eius ſupplex procidit; & ut fugę cauſam minime reddenti/ ueniã impartiri uellet deprecatus eſt. Cęſar ſalutẽ illi ob inducias cõcedere reſpõdit: & ꝓtinus clanculũ cuſtoditi iuſſit. Triremiũ autẽ ductores ab illo trãſferens: quocũq̃ libuiſſet abire ꝓmiſit. Parato exercitu Cęſar claſſem cõfeſtim mouit: & ad Hipponiũ enauigãs Meſſalã cũ duab⁹ peditũ legionibus quas ducebat in Sicilią ſupra Lepidi exercitũ ttanſire imperat: & ad ſinũ qui ad Tauromeniũ deducit caſtra ponere. Tres prętera legiones ad Stylida miſit ac ſuperum mare: obſeruaturas quę fierẽt. Taurũ ad Scylaceũ promõtoriũ: quod ultra Tauromeniũ adiacet/ ex Taranto adnauigare iubet: quod ille ad pugnã: remigiũq̃ paratus ꝓtinus effecit: & cũ eo peditatus omnis pertrãſiuit: equitib⁹ tellurẽ: liburnicis uero maria ſcrutantibus. Sic ſe habentibus rebus/ Cęſar ex hipponio decurrẽs/ circa Scylaceũ ſeſe obtulit: & ſuſceptis ordinibus/ ad Hipponiũ itez̃ redijt. Põpeius ut a nobis p̃ſcriptũ eſt/ omnes ad inſulã ingreſſus cuſtodiri iuſſit. naues uero in Meſſana cõgregauit ut quocunq̃ opus eſſet auxilia demitteret. Sic uterq̃ in hoc apparatu cõſtitit.

Meſſala orator eximius.

Aſtuta reſponſio.

Tauromenium.
Stylida.
Promontorium Scylaceum.

Lepido interim ex Libya/ onerariꝙ naues/ reſiduum exercitus quattuor ſcilicet legiões adducebant. Quibus ex Pompeij parte Papias ab alto occurrit: eaſꝙ ut amicos admittẽtes penitus euertit. Credidere quippe/ naues a Lepido prꝙmiſſas ad eos aduentare: & illꝙ quidẽ a Lepido tarde ferebanti/ Sic ut itꝙ ad eas accedentes: ut priores alias hoſtiles arbitrati declinarẽt: donec ex ipſis aliꝙ cõbuſtꝙ ſunt: aliꝙ captꝙ: quꝙdã diſperſꝙ: nõ nullꝙ in libyã retro nauigarũt. Ex exercitu duꝙ legiones ĩ mari ſubmerſꝙ: ex quibus nõ nulli enatarũt: & hos quidẽ Tiſinenus Pompeij prꝙtor ad terrã prodeuntes interemit. alij ad Lepidũ demũ redierũt: quidã ſtatim: alij poſterius. Papias ad Põpeiũ reuerſus eſt. Cꝙſar ad Strongylã: unã ex quinꝙ Aeoli inſulis/ uniuerſa claſſe/ perſcrutato prius pelago ex hipponio peruenit. Exercitũ uero ingentẽ in aduerſa Siciliꝙ ripa contemplatus in Peloride Mylis: & Tyndaride/ Pompeiũ ibidẽ adeſſe credidit: eoꝙ loco Agrippã bellũ gerere prꝙcepit. Ipſe ad hipponiũ denuo redijt: & ad Tauri exercitũ: cũ tribus legionibus Meſſala comite procurrit: quaſi Tauromeniũ inuaſurus abſente Pompeio: qui inſultũ illi duab9 ex partibus prꝙbere uidebat. Agrippa ex Strongyla ad Hierã enauigauit: & Pompeij cuſtodijs minime eum ſuſtinẽtibus Hierã intercepit: & ſequenti die Mylas inuaſurus uidebatur: Democbare Pompeij prꝙtore quadraginta dũtaxat naues cõtinente. Põpeius animaduerſo Agrippꝙ impetu/ naues quinꝙ ſupra quadraginta ultra primas a Meſſana Democbari prꝙmittit: Apollophane eius liberto deducente. Ipſe cũ octoginta alijs ſequebat̃ nauibus. Agrippa nocte incũbẽte ex Hiera dimidiũ claſſis abducit: ueluti cũ Papia ſolo cõgreſſurus. Viſis deinde Apollophanis nauibus: ac octoginta alijs aliunde prodeuntibus/ protinus Cꝙſari indicat Pompeiũ cum magna claſſe ĩ altũ aduentare. Ipſe grauiores per mediũ educit: reliquas naues ab Hiera celeri feſtinatione aduocat. Erat apparatus utrinꝙ longe ſplendidus: & turres e nauibus a puppe: proraꝙ eminebãt. Q̃primũ igit̃ adhortationes ut ꝙquũ erat inter illos factꝙ:

Papias.
Inſcitia.
Tiſinenus.
Strongyla inſula.
Hiera.
Democbares.
Apollophanes.

Principiū pugnę nauālis inter Sextum & Octauium.

ſignaq; e nauibus elata ſunt/ ſe inuicem aggrediunt: hi quidē a fronte: alij in circuitu/ magno clamore & nauiū impetu: uarioq; ſtupore omniū. Erant Pompeio naues pbreues agileſq; leuitate ad inuadendū ad nauigādūq;. Cęſari uero maiores ac grauiores & ob id ad tarditatē pronę: maiore tamen robore ad inferendos impetus: & ad uulnerandū haud euitari faciles: Ex uiris Pompeiani ad pelagus amplius exercati illi firmiores ad bellādū. Hi nō aggreſſionibus ſed circūuentionibus ſolis longe ſuperātes: maioq; gubernacula & tranſtra perſtringebāt: aut remos incidebāt: aut omnino naues retrahebāt: & denuo incurſiōibꝰ nō minora inferebāt damna. Cęſaris naues ex incurſibus illas utpote breuiores perſtringebāt: aut cōcutiebāt: aut omnino lacerabant: & cū in unū cōgrederēt: ueluti humiliores ab alto facile inſilientes/ coruos aut manus ferreas ad eas iaciebāt. At illi cū opprimerēt/ ī mare protinus deſilientes/ a Pōpeij nauibus ad auxilia paratis: circūcurrētibuſq; leuabāt. Agrippa ad Papię nauē potiſſimū delatus: & ad tigna quę extra prorā nauis eminebāt/ magno impetu inuectus nauē perfregit: & ad infima uſq; diſiecit: eoſq; qui in turribus conſtiterāt excuſſit. Nauis mare per trimas protinus admiſit. Ex remigibus igit thalamię primū omnes deſtituti ſūt: alij p foros elapſi pontū enatarūt. Papias ab occurrēte naui ſuſceptus/ in hoſtes iterū ſe cōuertit. quē Pōpeius e regione cōtēplatus/ naues proprias aſcenſoribus uacuas: cū hoſtilibus iamptidē cōgreſſas parum utiles exiſtimaret: claſſemq; abire ad Agrippā aduētantē intueret/ ſigno dato ſuas cū ordine redire imperat. Quod illę inſurgētes & ſe ſubinde paulatim cōuertētes effecere. Veꝝ Agrippa incūbente acrius/ fugā ꝓtinus arripiūt/ nō ad littorū oras deducētes: ſed quęcūq; fluuiorū uada: quę in mari decurrētes egerāt/ ultro ſubeuntes. Quāobrem Agrippa ꝓhibentibus illū gubernatoribus tam exiguo pelago maiores naues cōcredere/ in anchoris intra mare cōſtitit/ hoſtes ſi opus eſſet etiā per noctem aggreſſurus. Amicis deinde illum admonētibus ne inani audacia fruſtra duceretur: neue exercitū

Corui. machinę ſunt ad detinēdas rates.

Thalamię remiges ad remos ſedentes.

Vincit Pōpeij claſſis.

uigilia: laboreq; cõfectũ ulterius cõtereret: neq; quieto: & tranquillo mari: ultra ac fas esset fidẽ adhiberet/ uespera iam instãte classem tetrouertit: & Põpeiani triginta nauibus amissis; qnq; solũ ab hostibus adẽptis/ ad portũ deduxere classem: cũ necessaria plura perdidissent: & ab alijs adempta uicissim sustulissent: quos Põpeius laudibus prosecutus est: q; aduersus tam ingẽtes naues depugnãtes/ terrestre potius q̃ maritimũ ꝓtulissent bellũ. Eos porro ueluti victores: donis adornatos exhortatus est ut intra pontũ: utpote leuiores/ ob fluxũ morã ducerent/ prẽfatus nõ nihil se ad nauiũ altitudinẽ uelle adijcere. Et hic finis naualis pugnę circa Mylas inter Agrippã: & Papiã fuit. Cęsarẽ autẽ Põpeius: ut re ipsa effectũ est: ad Tauri exercitum accessisse: & Tauromeniũ aggredi uelle intelligẽs/ ꝓpere Messanã post cœnam adnauigat: parte suorũ intra Mylas derelicta/ ut Agrippa illũ denuo adesse crederet. Agrippa refocillato exercitu quãtũ necessitas postulabat/ ad Tyndarida se dedentẽ est ꝓfectus: ac statim ingressus repugnãtibus strenue his qui custodię prẽerãt repellit. Adhęsere tamẽ ei alię ciuitates; custodiasq; admisere. Ipse circa uesperam reuersus est. Iam Cęsar ex Leucopetra ad Scylaceũ adnauigarat. Sentiens deinde diligẽtius Pompeiũ ex Messana ob Agrippã ad Mylas ꝓueniss/ ex Leucopetra supra pontũ ad Tauromeniũ ꝑ noctẽ accedere statuerat: ueq; classem adesse intelligens/ ĩmutato ꝓposito/ nõ ꝑ noctẽ clam adnauigare. cętęq; ꝑ lucẽ alacri exercitu trãsire potius deliberauit. Omnino quippe Pompeiũ Agrippã opperiri existimabat. Perscrutato igit̃ per diem mari e mõtibus: cũ hostibus uacuũ esse deprehendisset/ classem mouit: exercitũ quoad naues capere potuerãt secũ agẽs: Messala ad reliqui exercitus curã derelicto: donec naues ad eum redijssent. Ad Tauromeniũ itaq; delatus/ copias ueluti ingressurus emisit. Nõ suscipiẽtibus ipsũ custodibus/ ultra Onobalã fluuiũ: & Veneris templũ classem impulit: & ad Archigetẽ cursum dirigit/ deum q̃si uallũ eo in loco positurus: & Tauromeniũ abinde expugnaturus. Archigetes quidem ex

Finis memoratę pugnę inter partium prętores primo gestę.

Leucopetra.

Onobala fluuius.
Templũ Veneris.
Archigetes.

Malum augurium ab euentu.

Apollinis habeť ſimulacris: quod primũ illi ſacrũ ſtatuere ĩ Sicilią ſedes trāſferentes. Eo in loco naui egrediens Cęſari lapſus eſt: ſimulq; in terrā cōcidit: & ob id retroceſſit. Ipſi igiť adhuc cōſtituenti exercitū / Pōpeius magnis copijs occurrit. Res ĩmeditata: & ſūma admiratiōe uiſa eſt. Iam enī ultra Agrippā / Cęſarē debellare crediderat. Aderat Pōpeio equitatus e claſſe ſublatus: & pedites alio ex loco protinus emicuere: adeo ut omnes trepidaret / ĩ medio triū hoſtiliū deſtituti copiarū: trepidaret & Cęſar / neſcius quo pacto Meſſalā acerſiret. Equites itaq; Pōpeij primi trepidationē intulere: Cęſare adhuc metante caſtra. Ad hos pedites claſſiſq; ſuperueniūt. Et forte quid magnū a Pompeio perfectū eſſet / niſi q; belli inexpertus: nec trepidatiōis ſatis cōſcius quę Cęſaris caſtra inuaſerat: dubiuſq; ne in ueſperā pugnare cogeret / a prelio abſtinuit. Et eorū quidē pars ĩ Coccineū montē aſcendit. Pedites propius ab hoſtibus haud ſatis fidi caſtra ponere / ad Phœnicē urbē diuerterūt. Ibiq; per noctē quieuerūt. Interim Cęſaris milites / uallū pfecere: ueq; labore & uigilia adeo affecti ſunt / ut ad pugnā inutiles eſſe uiderēť. Legiones tres Cęſari aderāt: Equites quingenti / nullis tamē equis aſſiſtētibus: Leuis armaturę mille: ex ſocijs ſorte electis duo mille numero: exceptis qui ex ordine deſcripti fuerant. maritima ad hęc potētia. Peditatū igiť omnē Cornificio attribuēs / aduerſum hos qui terrā ingreſſi fuerāt / bellū iuſſit capeſcere: & quod neceſſe fuerat confeſtim exequi. Ipſe prius q̄ illuceſceret / ne ab hoſtibus circūueniretť / mare nauibus ingreſſus eſt. Dextrū cornu Titinio: Siniſtrū Carcino attribuit. Liburnica igiť puectus: ac omnes circūnauigās ad pugnā hortabať. Poſt adhortationes uero ut in periculo prętoria ſigna deponi imperat. Inſurgente itaq; Pompeio bis inter ſe cōgreſſi ſunt: pręliūq; in noctę finitū eſt: Captis & incenſis Cęſaris nauibus: nō nullę breuiora uelorum erigentes / ſpretis monitis / Italiā uerſus cœpere curſū: quas paulo poſt inſecutę Pompeij naues: poſtremas earum auertentes quaſdam abduxerunt; non nullas incenderūt. Si qui ex ipſis

Mons Coccineus.

Cornificius.

Titinius.

Carcinus.

Superatur Cęſaris claſſis.

e pelago enatãtes in tertã emerſiſſent/ a Pompeij equitibus aut capti ſunt: aut interempti. Alij ad Cornificij caſtra fugiẽtes/ ab eodẽ/ ad accurrentes inſurgente perimũt. Leuiter armatis ſolũ abire cõceſſũ. Non enĩ utile uiſũ eſt phalangẽ diffidentẽ cõmouere/ aſſiſtentibus ex aduerſo peditibus: & utĩ victoria ſeſe extollentibus. Cęſarẽ inter miniſtros ad multã interim noctẽ confidentẽ atq; cõſulentẽ/ utrũ ad Cornificiũ ꝑ mediũ tam ingentis naufragij: an ad Meſſalã potius aufugeret/ fortuna quędam ad Abalã portũ: uno armigero duntaxat comitatũ attulit/ nullis aſſiſtentibus amicis: aut ſcutiferis: miniſtriſue. Quidã itaq; e montibus caſum ſuſpicati: & ad rei fidẽ accurrẽtes ipſũ animo corporeq; torpentẽ offendere. Quẽ ex cymba ĩ cymbã tranſferentes ut lateret/ ad Maſſalã tandẽ nõ longe caſtra habentẽ detulere. Ipſe q̃q̃ miniſterij omnis indigus/ ad Cornificiũ libur/nicã propere emittit. Itẽ ad montes finitimos quoſdã deſtinat: qui ſe ſaluũ eſſe nunciarent. uniuerſoſq; ad Cornificiũ preſidia afferre admonet: quẽ & ipſe ꝑ epiſtolas certiorẽ facit/ auxilia ad eũ aduẽtare. Poſt hęc curato corpore cũ paulũ quieuiſſet ad Stylidã nocte proceſſit: & ad Carrinã qui tres legiones ſub Meſſala cõtinebat per nuncios impetrat/ ut Liparã adnauigaret: quem ad locũ & ipſe erat profecturus. Ad Agrippã quoq; perſcripſit ut periclitanti Cornificio Laroniũ cũ exercitu celerrime ire iubeat. Mecenatẽ porro Romã ut ꝓficiſceret admonuit/ eoꝝ cauſa: qui res nouas moliebãt. Ex quibus nõ nulli titubantes ſupplicio affecti ſũt. Meſſalã inſuper Dicearchiã preмiſit: & legionẽ: quę prima nominat/ ad Hipponiũ adducere imperat. Hic eſt Meſſala ille quẽ tres uiri in Roma morte proſcripſerunt: & pecunias qui illum interfeciſſent libertatẽq; polliciti ſunt. Veꝝ is ad Brutum fugiens: & Caſſiũ/ defunctis illis exercitũ per inducias Antonio tradidit: Quod nũc ad romanę uirtutis ęmulationẽ cõmemorare libuit/ q; eũ proſcribentẽ/ in tanta clade ſolũ nactus in poteſtate/ ut imperatorem tamen iuuit: ſalutiq; reſtituit. Cornificius cũ a caſtris hoſtes facillime repellere poſſet/ ex

Neceſſitas hoſtes amicos reddit.

Extrema Cęſaris fortuna.

Sollicitudo: & induſtria Cęſaris.

Carrina.

Laronius.

Legio prima.

Meſſalę laus.

inopia coactus ſuos ī aciē eduxit: hoſteſq; ad bellū prouocauit. Pompeio pugnā capeſcere cū his: qui in armis duntaxat ſpem haberent/detractante: fame coactus ulterius progredit: & per mediū eorū qui e nauibus perfugerāt ipſe claſſis expers iter capit. Aggreſſus deinde ab equitibus/acriter per media camporū aſperis uero ī locis/ ab his: qui leuiter armati inſequebāt (Numades bi quidē erāt: ac Libyci) utplurimū ſauciato exercitu ab impetu repellit. Quarta uix demū die ad tellurem inaquoſam: quā ignis riuū nomināt: peruentū eſt. hęc ad mare uſq; oppoſitos excludit agros: curſus etiā aquarū extinguit omnes: ac per eam finitimi nocte ſolū proficiſcunt: ſuffocationē exalantē: & puluerē cinere permixtū. Cornificij igit milites neq; noctu per ea loca proficiſci audebāt: luna nullo emicante lumine: ob uiarum difficultates & inſidias: neq; per diem facile carpebāt iter ſuffocatiōe oppreſſi & anguſtia: pedes quoq; illis ueluti in ęſtate caloreq; adurebant: potiſſimū qui nudi incedebāt: & cū moram ducere nequirent/ urgente ſiti/ neminē inſurgentē repellebāt hoſtē: ſed indefenſi uulneribus obijciebāt undiq;. Cū ad exitus aduſtę telluris peruenīſſent/ alij apparuere hoſtes: quos nudos debileſq; intuentes/ cōtēpſere primo: mox ad colla proſilientes incredibili audacia: quoad uires ſuppeterēt/opprimebant. Veȝ eos detinētes/ſalutis proprię obliti/ a calore laboreq; cōficiebant. Auocante eos Cornificio: & fontē iam propinquū oſtendente: tandē plures ab ipſis repellentes interficiēteſq; ceſſere. Cęterū alij fontē occuparāt hoſtes: & omnino Cornificio mœſticia extrema inerat: cū ſic ſe habentibus Laronius a longe apparuit/tribus cum legionibus pręmiſſus ab Agrippa. non tamen adhuc an amicus aduentaret/ clare intuebantur milites: uerū ſpe ducti: ac huiuſmodi fore ſuſpicati ad eū deferunt. Poſtea uero q̄ hoſtes: fontem deſerentes: ne in medio eoȝ claderentur/animaduertūt: clamorē ob lęticiā ingentē extulere. Reclamante ad eos Laronio/ curſu ad fontem deferunt: quos duces confertim haurire prohibebāt. Qui uero minus paruiſſent:

Numades.
Libyci.

Riuus ignis.

Attende belli nouam formam.

Laronius.

hautirentq; auide/ ſubinde extinguebāt. Sic ex inſperato Cor/ nificius/ exercitus ſui parte deleta/ ad Agrippā ac Mylas ſaluus peruenit. Et paulo ante Agrippa Tyndaridam acceperat: locū cōmeatu refertū: & ex mari accōmodū ad gerenda bella: ad quē Cęſar equites: peditesq; deduxit. Aderāt quippe illi ī Sicilia co/ pię omnes: armatorū una ultra uiginti legiones: equites ad ui/ ginti milliū numerum: Leuis armaturę ultra quinq; millia: Et adhuc Mylas. Ex Mylis uero nauicularias. Peloridā: & mariti/ ma omnia/ Pompeij prędidia obtinebāt: Quę timore potiſſimū Agrippę: ignes cōtinue adurebāt: quaſi nauigantes incenſuri. Vtraq; etiā anguſta locorū/ circa Tauromeniū: & Mylas/ a Pō/ peio tenebant. Exitus inſuper montiū mœnibus occluſerat: & Cęſarē a Tyndarida ulterius euntē/ ne congredi poſſet infeſta/ bat. Rumore exorto Agrippā nauigare/ ad Peloridā relictis cir/ ca Mylas anguſtijs locoq; / ſeſe proripit: eaq; Cęſar protinus in/ uadit: & cū his Mylaq; & Arthemiſij exigua oppida: in quibus ſolis boues fuiſſe memorāt: & Vlyxis ſomniū. Fama deinde ex Agrippa ut inani euaneſcente/ Pompeius anguſta illa interce/ pta audiens/ Tiſienū cū exercitu aduocat. Tiſieno Cęſar occur/ rere decreuerat. cęteq; itinere delapſus circa Myconiū montem ſine tentorio ullo pernox conſtitit. Imbre deinde uehemētiſſi/ me coorto: ut autumnali in tempore: nō nulli ex armigeris ſcu/ tum celticū nocte perpetua ſupra illū tenuere. Horridi porro Aetnę fetores: & ingentes mugitus: fulguraq; circa exercitū la/ te ſplēdentia illos terruere: adeo ut Germani prę timore e ſtra/ tis exciti/ auditionē earū rerum: quę de Aetnę fluxu referun/ tur/ non inanem inter tot admiranda arbitrarent' eſſe. Poſt hęc Paleſtinorū agros depopulatus eſt: & Lepidus frumentatum profectus illi obuiat. amboq; circa Meſſanā locauere caſtra. Plu/ ribus igit' prędijs per uniuerſam Siciliā leuiter inter eos geſtis: nullo inſigni peracto opere/ Cęſar Taurū qui Pompeij cōmea/ tus interciperet: & urdes neceſſaria illi ſubminiſtrantes inua/ deret/ emittit. In qua re maxime exagitatus Pompeius/ maiore

Cornificius.

Tauromenium.

Homeri fabula in Odyſſea.

Myconius mons.

Aetna mons horri/ ficus.

Meſſana.

pręlio de omnibus decertare inſtituit: & peditatũ ueritus Cę-
ſaris: cũ claſſe lõge ſuperaret/ad Cęſarẽ deſtinat: & ut ſecũ ma-
ritimo pręlio de uniuerſa re decernere uelit expoſtulat. Cęſar a
maritimis abhorrens pręlijs ne fortuna interueniẽte cõcideret:
cũ ab illo denuo prouocaret/iam mari aſſuetus: ac turpe ducens
Dies ad bellũ ſtatuta. bellũ detractare/conditionẽ accipit. Statuta eſt illis dies: in qua
tercentę naues utriq; adeſſent: omnifariã telorũ genera ferẽtes.
ad hęc turres & machinas: quas ipſi excogitaſſent. Agrippa ul-
Arpagarũ inſtrumẽta tra hęc quędã inſtrumenta machinatus eſt: quę arpagę appel-
inuẽta ab Agrippa. lant. Harũ forma huiuſmodi fuit. Lignũ quinq; cubitum ferro
circũplexũ: fibulas ab utroq; capite fixas cõtinet: quarũ uni falx
ferro curuata inhęret: alteri funes plurimi cõnexi inſident/ fal-
ces machinis attrahentes: cũ hoſtilis nauis ex impetu capta eſt.
Cũ dies pręlio deſtinata illuxiſſet/protinus remigũ cõtẽtio: cla-
Nauale pręliũ inter morq; tollit. Telorũ deinde partim ex machinis: partim e ma-
ipſos Cęſarem: & nibus excuſſorũ intuebat multitudo. Ad hęc lapides ignẽq; fe-
Pompeium. rentes machinę: ſagittęq; uolitabãt. Poſtremo naues magno im
petu in unũ delatę/ſimul connectunt. Hę quidẽ e latere: alię e
tignis prorã ſuperãtibus: nõ nullę roſtris cõcurrẽtes: quo ex lo-
co uehemẽtiores plagę: cõcuſſiones: & inſultus pmaxime pro-
dibant: naueſq; ob id debiliores reddebant. Quędã etiã pariter
ferebant remis inſultantes: iaculanteſq; & miniſterijs delapſos
ſuſcipiẽtes. manuũ deniq; ui: nautarũ fortitudine: gubernatoꝝ
arte & clamore: nec nõ ducũ adhortationibus & machinis ſtre-
Optimum falcis in- pebant omnia. Optimũ itaq; inter cętera apparuit falcis inſtru-
ſtrumentum. mentũ: quod plerũq; nauibus ob leuitatẽ a longe inijci: immiſ-
ſumq; percõmode funibus attrahi ad ſe poſſet. Non enim facile
inciſionẽ admittebat/ferro circũplexum: & longitudo eius in-
acceſſibilem ad ſecandos funes prębebat aditum: quod nec an-
tea perceptũ fuerat: ut falces quę pilis annectunt. In hoc igitur
ut in re immeditata ſtupebãt hoſtes: & repulſa naui: puppẽ in-
uadere certabant. Quod cũ fieret/ęqua amborũ cõſpiciebat uis.
Cũ uero inſtrumentũ acceſſiſſet/ propriũ tum quidem id erat

opus. Appropinquãtibus inuicem nauibus omni ex parte certabatur: ſeq; mutuo inuadebãt: nec facile hoſtes inter ſe dignoſci quibant: paribus adſiſtentibus copijs: & eiſdem utplurimũ craſſantibus armis: & eadẽ uoce Itala utentibus. Depugnantiũ quoq; cõcurſus ad utroſq; ferebat: & ex hoc inſidię plurimę uarięq; prodibant: & diffidentia ad eos qui loquebant. Inſcitia deniq; maxima eos detinebat: potiſſimũ in mari/ cędibus: armis: naufragijſq; redundãte. Nullã quippe experientiã belli omiſerant: excepto igne. hunc enim primi inſurgentes ob congreſſũ euitarant. Inter hęc pedeſtres copię utriuſq; exercitus cũ timore pariter ac ſollicitudine e terra ad mare proſpectabant: eo in bello proprię ſalutis ſpem ſitam arbitrantes. Nihil tamẽ diſcernere poterant q̃q̃ ad maria flectentes oculos: ſexcentis nauibus magno ordine a longe conſiſtentibus. Acclamationes ſolũ: heiulatuſq; qui modo ab his: modo ab illis reddebãt/ audiebant: turreſq; inter ſe congredientes aſpectabant. Agrippa plures ex Pompeij nauibus defeciſſe intelligens: aſſiſtentes q̃ſi uictoria adepta adhortatus ad pugnã: ac fortiter incumbens/ nullo labore omiſſo ſtrenue progreſſus eſt: quoad ui ingenti conati/ milites: & turres proſternentes naues in fugã adigunt. Ex his ſeptẽ ſupra decem celeri curſu reliquas antecedentes ad pontum deferuntur. Alię intercludente Agrippa: partim ab inſequentibus ex impetu repulſę ſunt: partim inſurgentes confractę: aut igne abſumptę. Quęcunq; uero in mari pugnam ſuſtinebant: quę geſta erant intuentes/ ſeipſas dedere hoſtibus. Sic Cęſaris exercitus magno clamore uictorię hymnum in mari prodidit. Eius pedites uiciſſim e terra extulere uocem. Pompeij autẽ fletum edidere. Pompeius ipſe ex claſſe ſe proripiens Meſſanam ſubito confugit: nulla peditum ob conſternationem ſuſcepta cura. Qua ex cauſa & illos Cęſar: Tiſieno per inducias tradente ſuſcepit. deinde equites ducibus eos exhibentibus pariter accepit. Tres ex Cęſaris nauibus mari īmerſę. Põpeij octo ſupra uiginti. Reliquę aut combuſtę ſunt: aut redactę in poteſtatem:

Difficile bellum.

Agrippę uictoria.

Pontũ appellat mare inſulę proximum.

Pompeij fuga.

aut ad terram cõpulſę perierũt ſeptem & decem duntaxat fuga elapſis. Pompeius ex itinere cognita peditatus defectiõe ad hoſtes/ ueſtẽ ĩmutauit: & ex imperatoria priuatã ſibi induit. Ad Meſſanã quoq; pręmiſit ut quęcunq; licuiſſet claſſi propere inferrent. quippe omnia iampridẽ parata habuerat. Pliniũ ex Libyęo cũ octo quas ducebat legionibus ad ſe ſũma celeritate advocat: quaſi cũ illis fugam arrepturus. Et quidẽ Plinius ad illũ properabat. Tranſfugientibus deinde reliquis Pompeij amicis: pręſidijs exercitibuſq;: ac hoſtibus adnauigãtibus Pontũ nõ expectato Plinio: q̃q̃ in urbe egregie ſepta mœnibus/ ex Meſſana profugit: & ſeptẽ ſupra decẽ: quas pręmiſimus comitatus nauibus/ ad Antoniũ iter dirigit: utpote qui illi matrẽ iam antea ſeruaſſet incolumem. Plinius nõ inuento eo/ Meſſanam ingreſſus urbem in poteſtatẽ redegit. Interea Cęſar intra exercitum qui claſſi inerat deducta mora/ Agrippã Meſſanę copias admouere imperat. Agrippa cũ Lepido pariter ad urbem caſtra poſuere. Plinio ob inducias legatos emittente/ Agrippa ut Cęſarem opperiri uellet ad auroram uſq; ſuadebat. Verũ Lepidus inducijs oblatis/ Plinij exercitu ſibi aſcito: cum reliquis copijs ad diripiendam urbẽ conſpirauit: & hi ſoli pro ſalute eius precabantur: lucrũ incredibile in Meſſana deprehendentes/ per noctẽ integram cum Lepido diripuere urbem; & cũ eodem una poſuere caſtra. Lepidus duarum ſupra uiginti legionũ: illis additis: effectus imperator/ equites multos excitauit: ita ut Siciliã facile adepturus uideretur: occaſione habita/ q; primus ei inſulę intuliſſet bellũ: plureſq; ciuitates in ditionẽ redegiſſet. Nam ad eas pręſidia ſubito demiſit/ ne a Cęſare proficiſcentes ingredi poſſent: anguſta locorũ adeptus omnia. Cęſar ſequenti die ibidem profectus/ p amicos de Lepido cõqueſtus eſt: qui ſe belli ſociũ in Sicilia uenire diceret: nõ utiq; eam inſulã ſibi uendicantem. Lepidus e primo magiſtratu ſe expulſum eſſe referebat/ Solũ

Plinius.

Meſſana prędę expoſita.

Diſſenſio inter Cęſarem: & Lepidum.

Cęsarē eum obtinere. Velle autē Siciliā: Libyamq; dimittere eius loco. Ob hęc cōturbatus Cęsar/ & ipse cū ira pariter accessit: Lepidū ingratitudinis ultro accusans. Sic inter se cōminati abinde discessere: ac confestim custodię diuisę sunt: nauesq; ex anchoris solutę fecesserūt. Increbuerat quippe rumor Lepidū ignem classi inferre uelle. Quibus ex causis milites contristati sūt. ueriti denuo aliud ciuile inire bellū: nec unq̄ ab huiusmodi dissensionibus uacare posse. Non tamen eodē in honore Lepidum quo Cęsarem habebant: non ipsimet qui cū Lepido una militabant. Nam Cęsaris uirtutē admirabant̄ maxime: negligentiā uero Lepido ascribebant: ac de rapinis eius conquerentes/ se earum causa haud impares uictis esse fatebant̄. Quibus perceptis Cęsar: quę utilia uisa sunt clanculū ad singulos prę/misit/ eos adhortatus: Ob quę plurimi inter eos corrupti referunt̄: & pręcipue hi qui cū Pompeio militauerant/ timore ducti/ inducias neutiq; ipsis permansuras/ ni Cęsari coirent. His inscio adhuc Lepido hunc in modum gestis/ Cęsar equitibus multis circūseptus ad exercitum uenit: quibus ante uallum destitutis: cum paucis ingressus Lepidi castra/ pręsens ad singulos testatus est se inuitum ac renitentem ad bellum cogi. Salutantibus illum qui aderant ueluti imperatorem/ primi Pompeiani ad eum accurrunt: quicunq; a Cęsare prę alijs corrupti fuerant: ueniamq; ab illo postularunt. Cęsare admirari se dicente ueniam petere eos qui nundum conuenientia sibi ipsis effeciissent: cognita eius mente protinus signa arripuere: eaq; ad Cęsarem ferentes/ tabernacula euertere cœperūt. Percepto tumultu Lepidus e tabernaculo ad arma concurrit. Acclamationes igitur ubiq; editę: unusq; ex Cęsaris scutiferis occidit̄. Cęsari uulnus in thoracem inditum: ueq; telum haud corpus attigit. Ipse cursu ad equites defertur. Lepidi prętetea castellum quoddam incursu aggressus/ non prius ab ira destitit/q̄ adeptū cū equitibus

Tumultus militaris.

Deſeritur Lepidus a ſuis.

euertit. deinde aliud eripuit. Ex Lepidi ducibus hi quidem ſtatim: alij nocte a Lepido digreſſi ad Cęſarē uenerūt: quidā nullo experimento edito: aliqui per ſimulationē ab equitibus eius modicū quid exagitati. Fuere qui aggreſſiones quaſdā opperirent: inſurgenteſq; repellerent. Nam Lepidus auxilia quocūq; emittebat. Preſidijs deinde ipſum deſerentibus/ reliquū Lepidi exercitus: & ſi quis beniuolus ſupererat adhuc/ mentem immutarunt: & primi Pompeiani iterū quicunq; cū illo aderant: per partes aufugere. Lepido ad prohibendum inſtruente alios: qui ad obuiandum arma ſumpſerant/ ſigna eorum abſtulerūt: & cum reliquis ad Cęſarē uenerunt. Lepidus abeuntibus illis minabat: ſimulq; trepidabat. ſigna quoq; manu detinens/ neutiq; permittere uelle clamitabat: donec deferentium quiſpiam illa uel defunctum permiſſurū eſſe ait. Tum uero timore ductus dereliquit. Poſtremi equites ab eo diſcedentes/ quendam ad Cęſarem miſere: ſcituri an Lepidum non ulterius illis imperantem occiderent: quod ille renuit. Sic Lepidus pręter cunctorum fidem ex tam ſublimi fortuna: tantiſq; copijs ſolus in breui decidit: mutatoq; ad Cęſarem habitu procurrit: cęteris ueluti ad ſpectaculum quoddam inſequentibus. Cęſar aduenienti aſſurrexit: & ad genua procumbere uolentem prohibuit:

Cęſaris clęmentiam attende.

uęq; eo habitu quo uenerat indutum Romam miſit: priuatum imperatoris loco: nec aliud q̄ ſacerdotij quod habuerat pontificem. Sic ille qui imperium ſępenumero obtinuerat/ ex Triūuiris quondam unus/ principes enuncians & illuſtres morte proſcribens uiros/ priuato habitu: non nullis eorum quos proſcripſerat aſſiſtens/ ingloriam egit uitam. Pompeium uero Cęſar neutiq; inſecutus eſt: nec alijs ut inſequerentur iniunxit/ ſiue q̄ in Antonij principatum: ueluti alienum: manū afferre dubitaret: ſiue euentū rei: & quę moliretur Antonius opperiri mallet: uel potius diſſenſionis occaſionem quereret ſi minus ęqua eſſet executus. Nō enim ſine ſuſpitione iampridem uixerant:

principatus ęmuli: & depulſis alijs inter ſe poſtremo ſumpturi arma: Siue ut Cęſar poſterius rettulit/ minime parētis eius percuſſor extitiſſet. Copias autem omnes in unū congregauit. Fuereq; illi armatorum legiones quinq; ſupra quadraginta: equitum millia uigintiquinq;: leuis armaturę ultra equites ī ſexcuplo. Naues longę ſexcentę. onerariarū multitudo ingens: quarum ut inexpertus dominis earum demitti iuſſit. Exercitum uictorię prędmijs ornauit: non nulla pollicens: quedam repreſentans. Coronas & honores omnibus exhibuit. Veniā quoq; Pōpeij ducibus impendit. Ipſi igit' florenti tam ingenti gloria geſtarū rerum: fortuna inuidiſſe uiſa eſt. Nam exercitus eius potiſſimū familiaris & domeſticus ad ſeditionem elatus eſt: a militia diſſolui poſtulans: & prędmia his qui ī Philippis depugnaſſent paria ſibi prędberi exigēs. Cęſar id prędliū haud ſimile huic fuiſſe aiebat: pollicituſq; eſt ſe/ ipſis condigna traditurum: cum his qui ſub Antonio meruerant/ cum idem acceſſiſſet. De diſciplina quoq; militari cum patriarum legum. Iuriſiurandi cōſuetudine: ſuppliciorūq; cōminatione uerba fecit. Non auſcultantibus illis/ a comminatione deſtitit/ ne quis ex ſuſceptis nuper exercitibus tumultum concitaret. Verū in tempore cum Antonio exercitū ſe ſoluturum eſſe ait: nec ad ciuilia denuo bella deducturum ſumma felicitate: utilitateq; pacata. Cū uero Illyriorum gens: alięq; nationes barbarę/ uix adepta pace arma ſuſtuliſſent/ occaſionem paratam habere: qua illos ex bello dites redderet. At illi ulterius militare uelle ni priora munera honoreſq; ſuſcepiſſent/ palam recuſarunt. Cęſar tum quidem honores minime proponere uelle ait: cum plures tribuiſſet. Legionibus coronas alias: turmarum ducibus: tribuniſq; purpuream ueſtem: Senatoriam inter patres dignitatem tribuiſſe. Hęc & alia bis ſimilia proponente adhuc eo/ Hoffilius quidā ex Tribunorū numero/ coronas: purpuramq;/ puerorum delinimenta eſſe ait: Exercitui agris: & pecunijs opus eſſe: non ludicris.

Copię Cęſaris.

Fortuna.

Seditio militaris.

Hoffilius.

Periculum Cęſaris.

Philippi.
Mutina.

Opera prudentiſſimi principis.

Reditus Cęſaris poſt uictoriam.

Ac multitudine ſubinde acclamante: eum uera profiteri/ Cęſar e tribunali conturbato diſceſſit animo. Aderant & circa Tribunos ea collaudantes: & qui minime inſurrexiſſent criminãtes. Quibus Cęſar ſe ſolum iuſtis hoc modo ſufficere poſſe inquit. Et his dictis in ſequenti die nõ cõparuit: nec quo loci ſe contuliſſet ſciri poterat. Exercitus igit̃ depoſito timore/ non iam ſingillatim: ueꝝ per partes conſurgens: atq; conclamans/ a militia diſſolui poſtulabat. Quamobrem Cęſar uarijs modis duces eorum ſedare conatus eſt: Et his qui in Philippis & Mutinę meruerãt: ueluti antiquioribus: miſſionemq; depoſcentibus ultro conceſſit: & ad uiginti millia numero ſacramento liberauit: ad inſulas eos pręmittens/ ne cęteros ad diſſenſionem: tumultũue concitarent: His ipſis qui Mutinę fuerãt hoc ſolum inquiens: ſe illis quę promiſerat/ q̃q̃ in hunc modum diſſolutis a militia pręſtiturum fore. Ad aliam deinde multitudinem conuerſus: abeuntes ex ſacramẽto corripuit/ q; pręter imperatoris ſui mentem ab armis diſceſſiſſent. Pręſentes inſuper laudibus proſecutus eſt: q̃ociſſime a militia abſoluere pollicitus/ q; nihil pœnituiſſet eos. diuites pręterea effecturũ cũ diſſolueret: actũ quidẽ quingentas drachmas unicuiq; repreſentaturũ eſſe. Quibus dictis mille & ſexcentorũ talentorũ tributa Sicilię impoſuit. Prętores ad hęc Libyę: Sicilięq; declarauit/ exercitu in utraq; diuiſo. Naues ab Antonio ſuſceptas Tarantũ pręmiſit. Reliquarũ copiarũ partẽ in Italiam claſſe deferri iuſſit: partẽ ex inſula ipſe enauigans ſecũ duxit. Aduenięti Senatus honores nullo adhibito modo exhibuit: quorũ omniũ iudicẽ: an uniuerſos: an partem potius ſibi aſſumeret/ eundem ſtatuit. Et a longe proficiſcenti cum populo pariter occurrit. Turba omnis ſertis redimita ad ſacra primum: ex ſacris deinde domũ redeuntem comitata eſt. Poſtridie delatus in Senatũ concionẽ de geſtis per eum in reipublicę adminiſtratione a principio uſq; in finem habuit.

Porro quę elocutus fuerat/in ſcriptis redigens/libellum edidit: per quem pacē & concordiā confectis ciuilibus bellis omnibus ediceret. Tributa quoq; debentes abſoluit. Publicanoꝝ;& mercedes aſſumētiū debita recenſuit: & ex decretis ſibi honoribus percepta pompa/ ſacerdotiū annuū bis quibus uiciſſet diebus: ſibi aſſumpſit: Aureūq; tropheū in foro ea forma qua ipſe ingreſſus eſſet/columnę roſtratę ſuperimminentē decerni paſſus eſt. Cuius ſtatuę huiuſmodi inſcriptio adiecta fuit. Quoniā pacem iampridē cōturbatā terra: matiq; ſtabiliſſet. Populo pontificatū maximū a Lepido in ipſum tranſferēte ad uitę uſq; finē nō admiſit:& ut hoſtē interficere illum ſuadentē ultro renuit. Epiſtolas per uniuerſos emiſit exercitus: quę inſcripta eſſent: adopertis ipſis/ſtatuta die/executioni mandari imperans. Erant autē hę de ſeruis inſcriptę: qui per ſeditionē arrepta fuga/ militiam exercuiſſent: & quibus libertatē Pompeius poſtulaſſet: Senatus uero ex fœdere ſanxiſſet. Hi igitur una die intercepti ſunt: quos Romā miſſos/ Cęſar romanis: Italiſq;: quibus inſeruiuerant: aut eorum ſucceſſoribus aſcribi iuſſit. Reddidit & uiciſſim Siculis eorū ſeruos. Quorū autem domini haud inuenti ſunt/iuxta urbes e quibus profugiſſent/eius mandato interficiunt. In hunc modū ſeditionibus finis adhiberi uiſus: Cū Cęſar octauum ſupra uigeſimū ętatis attigiſſet annū: quem urbes in deorum ſuorū numero aſcripſerunt: deuaſtata ex ſeditionibus Roma urbe: ac Sicilia omni palam deprędata: & raptoribus audacia potius q̄ latrocinio craſſantibus/ Sabinus a Cęſare electus ad directionem earum rerū/ multa comprehenſorū perpetrata cędē/ eodē anno pacem tutam: incuſtoditamq; firmauit. Et ex eo tempore exercitū cuſtodum noctis/morem: formamq; ſumpſiſſe memorāt. Magna igit cunctorū admiratione/tam celeriter: inſperateq; directis omnibus. Plurima etiā circa tempublicā: annuoſq; magiſtratus: & patrios mores emendare inſtituit:

Magna laus.

Aureum tropheum.

Seditionum finis.

Sabinus.

Simulatio.

& epiſtolas quę alicuius diſſenſionis ſigna continerẽt/igne cre-
mauit: prędfatus uniuerſam tempublicam tum demũ reſtituere
uelle: q̃primũ Antonius e Parthis redijſſet. Fidere quippe illũ
principatũ depoſiturũ eſſe: ciuilibus conſopitis bellis. Quam-
obrem prędconijs illum extollentes romani ciues/in futurũ per-
petuũ ſibi tribunum delegere: ut a primo magiſtratu & ipſum
pariter auerterent. Quibus idem aſſentiri uiſus eſt. Antonio

Bibulus.

quoq; ex eadem cauſa nunciũ emiſit. Ille Bibulum ad eum ue-
nientẽ/bis de rebus conferre monuit: ducesq; ad prouincias pa-

Sequitur hiſtoria Pompeij.

riter elegit/contra Illyrios geſturus bellum. Pompeius interim
ex Sicilia ad Lacinias prouectus arces: Iunonis templum dona-

Templum Iunonis.

tijs inſignijſq; refertũ/ad Antoniũ paratutus fugam/prędę ex-
poſuit. Mitylenas poſtmodũ delatus/moram egit: quo in loco
puerũ quondam exiſtentẽ: Pompeius genitor: Cęſaris ſubitu-
rus bellum: cũ matre dereliquerat: demũ ſuperatus inde aue-
xerat. Antonius ea tẽpeſtate in Mediam profectus Medos Par-
thoſq; oppugnabat. Cui Pompeius in reditu ſeipſum dedere
inſtituerat. Sed cũ ab hoſtibus bello uictũ intelligeret: idq; la-
tius uulgaret fama/iterũ in ſpem conuerſus eſt: quaſi ſucceſſu-
rus Antonio ſi interijſſet: aut cum eo diuiſurus imperiũ ſi ac-

Labienus.

cederet. Quippe Labienus paulo ante Aſiam excurrens pluri-
mũ illi obuerſabat animo. Nõ multo deinde Antoniũ Alexan
driã redijſſe nũciatũ eſt. Ad utraq; igit cõuerſus iterũ: oratores
ad eũ deſtinat/uerbo quidem ut ſe amicũ: belliq; ſociũ ueniſſe
oſtenderet: re autẽ ut uires eius perſpectaret. Sic in Thraciã &
Pontum non nullos mittit clanculum cũ eorũ regibus inituros
fœdus: ut ſi cogitata minus proſpere ceſſiſſent/ex Ponto in Ar-
meniam fuga penetraret. Miſit & ad Parthos: ratus ad reſidua
belli cum Antonio promptiſſime admiſſuros ducem: romanũ
ſcilicet: & Pompeio magno genitũ. Interea claſſem confeſtim
prędparari: & exercitũ eam inſcenſurũ exerceri iubet: Cęſarem
uereri ſimulans: aut Antonio hęc ipſa inſtruere. Antonius per-

Titius.

ceptis bis quę a Pompeio agitabant/ducẽ econtra Titiũ elegit:

& naues: exercitũq; e Syria ducentẽ/ Pompeio si bellũ gereret: arma inferre. sin se illi dedat/ cũ honore ad se ducere admonet.

Oratio legatorum Pompeij.

Legati a Pompeio ueniẽtes his uerbis ferunt' usi. Pompeius ad te nos mittit o Imperator/ neutiq; impotens si bellũ gerere affectet/ in hiberiã classe penetrare: eamq; prouinciã ob parentẽ eius/ iamptidẽ amicã ac beniuolã: & adhuc ipsi cũ adolescẽtior esset/ se dedentẽ: eumq; nũc inuocantẽ ad res gerẽdas excitare. Veq; cũ tecũ pace perfrui: aut tuis auspicijs si opus sit/ arma sumere: & bellũ agere prius aueat: Idq; nõ in prẽsenti modo: sed cũ Siciliã in potestate haberet: Italiãq; popularet': ac matrẽ tuã saluam prẽmisisset/ enixe cuperet: Nos ad te q̃primum uenire uoluit/ eadem in prẽsentia tibi relaturos: quẽ sentiret: Quem si admiseris/ neutiq; se Sicilia pulsum arbitrabit'. Nõ enim naues contra ipsum/ Cẽsari te concessisse existimat/ uoluntate ductũ sed necessitate: cũ in Parthos minime uictoriã adipisci posses: Cẽsare exercitũ nõ prẽbente tibi: ut cõuenerat. Sed cum facile tibi foret his quas obtinebas copijs/ Italia potiri: idq; a te minime in tempore factũ sit: nunc ut diligentius consideres te etiã atq; etiam admonet/ ne plerunq; Cẽsaris circũuentus insidijs: aut affinitate irretitus/ ab illo capiaris: Cum scire possis Pompeium illi affinitate coniunctũ/ prẽter fœdera/ nulla occasione adhibita/ oppugnatũ extitisse. Lepidũ magistratus patticipem ab illo exercitibus dignitateq; spoliatũ. Et ne aliena prosequat': solum te derelictũ esse ait: qui quo minus cõcupita monarchia frueretur impedimento esses. Ita ut ambiguũ non sit/ Pompeio e medio sublato Cẽsarem tecum ad arma uenturum esse. Hẽc profecto tui causa ẽquũ est te animaduertere. Tibi autẽ Pompeius ob beniuolentiã sese offert: uirum optimũ: ac magnanimũ subdolo anteponẽs ac doloso. Nec ꝓpterea classem a te Cẽsari concessam ex necessitate querit': cũ exercitu ad oppugnandos Parthos indigetes: quem ab eo assumetes. Cẽteq; memoriẽ subijcere uisũ est: ut intelligas exercitũ quẽ nũdũ ad te miserit tuo imperio subesse: & adueniẽti se cũ his quas habet nauibus:

Vates optimus.

Repetitio.

exercituq; fidiſſimo: & nihil ex fuga relinquente ultro dedere. Pacẽ quippe meditanti nõ ĩ ultimis laudũ fuerit Pompeij magni ſeruaſſe filiũ: Arma uero prius eligenti condignã ſortẽ in futurum bellum cõtuliſſe. Hęc legatis referentibus/ Antonius mandata: quę Titio iniũxerat illis protulit: ut ſi re ipſa/ eadem

Detegitur Pompeij fraus.

ſentiret Pompeius: quę illi rettuliſſent/ eũ ſub Titio ad ſe uenturũ nõ ambigeret. Dum hęc inter eos gerunt̃/ hi: qui a Põpeio ad Parthos mittebãt̃/ ab Antonianis ducibus intercepti ſunt: & ad Antoniũ Alexandriã perducunt̃: a quibus ſingula edoctus Antonius Pompeij legatos acciri imperat: captoſq; illis oſtendit. Legati deprecantiũ in morẽ/ uirũ iuuenẽ/ extremis circuuentũ cladibus: trepidantẽq; ne ab Antonij excluderet̃ amicitia ad hęc inductũ rettulerũt: ut perpetuos romanoꝝ experiret̃ hoſtes. Cętęꝝ id ſe opere ſtatim oſtenſurũ: q̃ primum Antonij mentẽ cognouiſſet: nec ulterius experiẽtia alia aut meditatiõe uſurũ eſſe. Quibus Antonius ob ingenij ſimplicitatẽ: magnanimitatẽq; facile aſſenſus eſt. Interea Furnius Aſię pręfectus ſub

Antonij laus.

Furnius.

Antonio/ Põpeiũ ad ſe uenientẽ ac nihil trepidãtẽ ſuſcepit: nec ꝓhibere: aut aduerſus cõtendere potentẽ: nec Antonij animũ adhuc clare dignoſcentẽ: Sed cũ exercitãtẽ copias ſuas intueret̃: nõ nullos ex ſibi ſuppoſitis elegerat: & Eneobarbũ finitimi exercitus ducẽ: aliaq; ex parte Amintã magna celeritate conuocarat. quibus ꝓpere accedentibus Põpeius queſtus eſt/ ſi hoſtẽ eũ arbitrarẽt̃ eſſe: qui legatos ſe ſuaq; dedẽtes ad Antoniũ miſiſſet

Eneobarbus.

Et hęc dicens Eneobarbũ ex Curij ꝓditione: qui cũ eo obuerſabat̃ intercipere cogitabat/ ſperãs ad eius reſtitutionẽ Eneobarbũ magna ex parte cõferre poſſe. Proditiõe detecta/ Curius inter primos romanoꝝ deprehẽſus interijt. Põpeius Theodoꝝ libertũ q; ſolus eius cõſilij eſſet particeps/ ne cõmiſſa ꝓderet occidit. Et qui circa Furniũ aderãt nihil ulterius inquiſituros autumans/ Lapſacũ ꝑ ꝓditionẽ capit. quod oppidũ multos Italos/ ex incolatu Caij Cęſaris/ eũ ĩ locũ trãſlatos cõtinebat. quos magna

Proditio.

Curius.

Lapſacum.

mercede allectos ſtipendio ſibi adiunxit. Iam equites ducẽtos:

Proditio.

Curius.

Lapſacum.

peditū legiones tres in unū congregarat: & Cyçicū terra: ma-
riq; oppugnare cœperat: quem illi ab utraq; parte repellebant.
Nam exercitus quidā Antonij licet modicus: intra urbē caſtra
habebat: & cuſtodes nō nulli gladiatorū: qui his in locis alebāt:
ut frumentū cōpottarent in Achaeorū portum ſe tranſtulerant.
Furnio haud deterioribus eorū imperāte: ac cōtinue cū equitū
ingenti manu propius illi caſtra metante: nec ad urbes aut fru-
mentatū ire permittente/ Pompeius equitatu nullo freţus/ Fur-
nij exercitū/ ex circuitu quodā latens a fronte aggredit: Ob id
Furnius in Pompeium uerſus/ a tergo ab exercitu excuſſus eſt:
quē per Scamandriū campū inſecutus Pompeius plures ī fuga
occidit. Erat quippe ex imbribus lubricus admodū: & madens
cāpus: nec greſſus ſuſtinebat. Qui uero e fuga ſaluati ſunt/ con-
gredi nō auſi: cū impares illis eſſent/ ceſſere loco. Id cū ī Myſijs
Propontide: ac alijs finitimis in locis uulgaret/ egeni: tenueſq;
ob tributorū aſſidua onera/ ſponte ad Pōpeij mercedes cōflue-
bāt: uictorię potiſſimū fama ducti: quę ī Achaeoꝝ portu adepta
ferebat. Equitatu itaq; haud abunde munitus Pompeius: & ob
id interpabulandū nō ſine damno reiectus ab hoſtibus/ equitū
cohortē Italam ab Antonio ſeducere tentauit: quę ab Octauia
Athenis hyemāte ad eū mittebat: ſtatīq; nō nullos eius rei cau-
ſa: cū auro ad cohortē deſtinat: Veꝝ hos Macedonię prefectus
ab Antonio deprehēſos intercepit: aurūq; inter equites diſtri-
buit. Pōpeius capta Nicea: & Nicomedia pecunijs abunde poti
tus eſt: ac ſubito ꝑter opinionē uniuerſa illi adaucta ſūt. Furnio
haud longe caſtra metāte/ primū ex Sicilia incipiēte uere octo-
ginta naues ad eū acceſſerūt: quęcūq; ab Antonio Cęſari accō-
modatę aduerſus eū/ ea in pugna ſuperfuerāt. Bello quippe Si-
culo peracto Cęſar eaſdē a cęteris abſoluerat. Venit & ex Syria
Titius uiginti ſupra cētū comitatus nauib9: copijs quoq; ingen
tibus adauctus: omneſq; in Proconeſſū arma ſuſtulerūt. Terri-
tus igit ob Titij aduentū Pōpeius/ naues incēdit. Remiges om-
nes q̄ſi cęteris ad cōgrediendū in terra potiores/ armis inſtruit.

Cyçicum.

Stratagema.
Campus Scamādrius.

Nicea: & Nicomedia urbes.

Titius.
Proconeſſus.

Amici Pompeij.

Infelix Pompeius.

Deus.

Pompeij excusatio: & deprecatio ad Furnium.

Furnij responsio.

Cassius autē Parmēsis: & Nasidius: & Saturninus: & Thermus Antistiusq; & quicunq; alij digniores cum Põpeio obuersabāt: & honoratior cunctorū Fanius: socer quoq; ipsius Libo/ q̄primū p̄sente Titio: cui Antonius Pompeij res iniūxerat/ potentia longe superabat/ a bello minime cessantē cōspexerūt/ desperatis rebus suis/ fide ꝑ seipsis habita/ ad Antoniū transiere omnes. Ita ab amicis destitutus Pompeius ad Bithynię mediterranea se cōuertit/ in Armeniam subinde profecturus ut aiebant: quem clanculū nocte discedentē Furnius & Titius & ultra hos Amintas insecuti sunt: eumq; circa uesperā continuo cursu deprehendentes/ separatim appositis castris obsidere pergunt/ in colle quodā sine uallo & fossa: utpote nocte defessi cōsidentes. Sic se habētibus/ Pompeius ter mille scutigerulos per tenebras īmisit: multosq; ex illis decūbētes adhuc: & raptim e stratis excitos neci dedit. Illi igit̄ nudi turpissime in fugā abeunt. Creditumq; est si hostes uniuerso cū exercitu/ cōuersiōe iam occepta Pompeius nocte insecutus esset/ celerem forte uictoriā de omnibus fuisse habitu⁊. Ve⁊ hęc deo aliquo aduersante neglexit: nec aliud ulterius conatus iterū ad mediterranea iter tenuit. Illi uero p̄dabundi insequebant̄: & frumentatū ire prohibebāt: donec inopia deuictus cū Furnio in colloquiū uenire postulauit: magni Pompeij beniuolo olim atq; amico: & quē p̄ cęteris egregiū: moribusq; constantē arbitrabat̄ esse. Fluuiū igit̄ in medio nactus/ se legatos ad Antoniū misisse aiebat: adijciebatq; se ob famē: & incuriā de ipso habitam/ hęc interim egisse. Vos enī aiebat si ex Antonij mente bellū mihi infertis/ male sibi cōsulit Antonius/ insurgens in se bellū haud aduertēs. Sin Antonij mentē p̄ueniistis/ testor: suadeoq; ut legatos meos ad eum missos expectetis: uel me suscipiētes ad illum adducatis. Dedo enī iam me tibi soli Furni: hoc tantū pro fide exigens/ q⁊ me ad Antoniū saluū comitabere. Sic ille locutus est: Antonio ob natura eius bonitatem facilitatēq; confisus: & quę in medio erant duntaxat ueritus. Furnius Pompeio in hunc modum rettulit.

Si quidē ſeipſū a principio Antonio dediſſet/ad illū fuiſſe profecturū: aut reſpōſiones eius Mitylenis quieſcentē moraturū: uęq cū ad omnia geſſiſſet bellū: ut notū erat: nihil ad intelligētes his uerbis opus eſſe. Nūc enī te inquit pœnitet neq; nos duces in unū repuliſſe: neq; te Titio uiciſſim ꝓmiſiſſe. Titio nēpe quę ad Antoniū ꝓ te neceſſaria erāt/cōmiſſa ſunt: & quā a nobis fidē poſtulas ab illo prius fuit exigēda. Cui iniunctū eſt/aut te bello craſſantē interimere: aut illi permittentē cū honore ad ſe ducere. Cęterū Pōpeius Titio uehemēter ſuccēſebat/q; belli gerendi cutā in eum ſuſcepiſſet: quem alias a ſe captū cōſeruarat. Hac igit᷑ opinione ira cōcitus: cū Titiū haud pręclarū uirū arbitrare᷑ eſſe: & ut ſuſpectū uerere᷑: & inueteratā quandā cōtumeliā beneficio eius adiunctā intelligeret/Furnio itęq ſe dedere uelle aiebat: & ut eū ſuſciperet orabat. Nō admittente eo: Amintę ſe cōmittere reſpōdit. Cui Furnius nec Amintā eū ſuſcepturū eſſe ait/cōtumelia ductū eoq; quę in Antoniū egiſſet. Et his profecto qui circa Furniū erant/opinio affuit/Pōpeiū ex preſenti inopia in ſequenti die ſe: ſuaq; Titio permiſſurū fore. At uero Pōpeius inſtāte nocte/ conſuetos ignes derelinqui: & tubicines interualla noctis more ſolito prędinere mādauit. Ipſe clanculū cum potioribus tentorio egreſſus eſt. quibus nec quid actuturus foret: aut quo ꝓfectutus patefecit. Deliberauerat quippe ad mare progredi: ignemq; Titij claſſi īmittere: Quod fortaſſis effeciſſet/ niſi q; Scaurus ab eo tranſfuga/ iter per quod ſe proriperet/q̄q̄ meditationē eius ignoraret/ edixit boſtibus. Tū uero mille & quingētis equitibus Amintas comitatus/Pōpeiū nullo equite ſtipatū inſecutus eſt: ac ꝓtinus qui cū Pōpeio fuerāt ad Amintā iam ꝓpinquū effugerūt: nō nulli clam: alij palā diſcedentes. Deſtitutus igit᷑ ab omnibus Pōpeius: & iam ſuos ueritus/nullo fœdere ſeipſum Amintę tradidit: qui nec fœdere propoſito ſe Titio tradere ſuſtinuit. Eoq; modo Pompeius Sextus captus eſt: reſiduus magni Pōpeij filius: natu iunior a patre derelictus: ac ſub fratre adoleſcētior adhuc reſidēs/ clam

Attende.

Mos in caſtris per noctem.

Scaurus.

Capitur Sextus Pompeius.

in hiberia prędatorijs usus nauibus: donec multis ad eū cōfluē-
tibus: cū Pōpeij filius esse noscere-/ palā maria deprędatus est:
& aduersū Caiū Cęsarē audacissime pugnauit. Exercitū quoq;
ingentē sibi asciuit. naues: pecunias: insulasq; consecutus. V ni-
uersi etiā maris circa occidentē effectus imperator/ Italiā fame
Pompeij laus. afflixit: hostes ad fœdera quę optaret pariter induxit: & quod
maximū est: in ꝓscriptionibus patrię penitus ruenti opem attu
lit. Plures & illustres uiros saluti reddidit: qui tūc ꝓprijs ob ip-
sū fruebāt/ laribus. Cętęq; deo aliquo aduersante: ut pręmisim⁹
cū fortunę ꝓsperitas afflaret/ neutiq; hostes bello insecutus est:
abunde illis succēsere existimās. Huiusmodi igit- Pōpeius habi
tus tandē inter hostiū peruenit manus. Titius Pōpeij exercitū
Mors Sexti Pompeij. Antonio asciuit. Ipsum prętera Pompeiū Mileti interemit. cū
quadragesimū ętatis attigisset annū/ siue ꝓpria ad id prouectus
ira/ ob cotumeliā illatā: beneficij percepti īmemor: siue iubente
Plancus. Antonio. Sūt qui Plancū nō Antoniū id iussisse existimēt: quē
Syrię prętorē existentē: & ad epistolas quę Antonio cōferrent
institutū: Antonij ānulo utentē/ id scripsisse referūt. Non nulli
Cleopatra. sciente Antonio: cętęq; erubescēte ob Pōpeij nomē ac Cleopa-
Pompeius magnus. trā quę magnū Pompeiū pręcipua beniuolētia coluerat. Quidā
a seipso id egisse Plancū/ hęc intelligentē: & tēpus obseruantē:
ne Antonio & Cęsari aliquando diffidendi causam/ Cleopatra
Pōpeio assentiens afferre posset. Defūcto Pōpeio Antonius cū
Armenia. exercitu Armeniā iterū aggressus est. Cęsar in Illyrios: qui Ita-
liā latrocinijs: prędationibusq; uexabant/ bellū mouit: cū quidā
romanis minime parerēt: alij ciuilibus distraberent- pręlijs. Ac
mihi quidē uisum est Illyriorū res/ nō utiq; diligenter a me co-
gnitas: neq; proprię scriptionis adimplentes opus: aut prouin-
ciam alibi fortitas/ eius temporis: quo gestę sunt/ in fine prius
iungendo scribere: easq; Macedonię illis finitimę subijcere.

Appiani Alexandrini sophistę ciuiliū bellorū liber quin-
tus & ultimus in hoc codice finit. Traductio. P. Candidi.

Appiani Alexandrini ſophiſtę romanorum liber incipit qui Illyrius inſcribitur. Traductio. P. Candidi.

ILlyrios Greci eos exiſtimant: qui ſupra Macedoniã: & Thraciam a Chaonibus: & Theſprotis ad fluuiũ Iſtrũ ſedes habent. Hęc enĩ totius prouincię longitudo eſt. Amplitudo eius ex Macedonia: & Thracię montibus ad Peones uſq; & Ioniũ mare: alpiumq; obiecta protendit. quę dierũ quinq; itinerationẽ continet. Longitudo in triplo productior eſt ut Greci perhibent. Romani eam regionẽ menſurę ſubijcientes: longitudinẽ ſex milliũ ſtadiorũ: latitudinẽ mille & ducentorũ numero cõtineri putant: afferuntq; eius prouincię cognomẽ ab Illyrio Polyphemo ortũ habuiſſe. Polyphemo quippe Ciclopi: ac Galateę/ Celtũ: & Illyriũ: & Gallũ filios extitiſſe: eoſq; ex Sicilia progreſſos/ Celtis: & Illyrijs: & Galathis/ ab ipſis cognomẽ aſſumẽtibus imperitaſſe. Et hęc mihi inter pleraq; a multis memorata placuere. Illyrio deinde filios Achillem: Autariũ: Dardanũ: Medum: Taulantiũ: Perrebũq; referunt. filias quoq; Partham: Daortam: Daſeram: aliaſq; a quibus Taulantij: Perrebi: Achillei: Autarici: Dardani: Partheni: Daſaretij: Darſijq; prodiere. Autario ipſi/ Panonium uel Peonũ potius: & Scordiſcũ filios fuiſſe aiunt: Peoni Tribalum: a quibus pariter nationũ cognomina tradu&ta ſunt. Et hęc quidẽ ab antiquitate repetunt. Illyriorũ gens itaq; ut in tam ampla regione multa: & uulgata. nunc quoq; ineſſe cernimus/ Scordiſciorũ & Tribalorũ fuit: qui tellurem ingentẽ poſſidentes tam diu inter ſe bello dimicarunt: quoad Tribalorum qui ſupererãt ad Getas ſupra Iſtrũ fuga tranſiere. Hęc natio ad Philippi & Alexandri uſq; tempora potens habita: nunc adeo euiluit/ ut nullo fere cognomine ſupereſſe uideat. Scordiſciorũ

Chaones populi.

Illyriorum ſitus: & eorundẽ origo populorũ peruetuſta.

Polyphemus Ciclops.
Galatea.
Celtus. Illyrius.
Gallus.
Filij Illyrij.

Autarij filij.

Scordiſcij.
Tribali.

insuper gens debiliot effecta. Hi enī a romanis bello superati:
Ister fluuius. ad Istri tandē fluminis peruenere insulas. Procedēte mox tem-
pore/nō nulli iterū regressi Peones incoluere ultimos: & ob id
nunc quoq; inter Peones Scordisciorū genus inest. Pari modo
Ardiei. & Ardiei: cū mari finitimi optima Autariorū loca circa littus
Liburni. inuasissent/ eos expulere. Post hos Liburni nauibus plurimū
insignes fuisse memorant/ Illyriorū natio alia: qui Ioniū: insu-
las q; prędabant: nauibus citis usi: leuitateq; pręcipuis: Qua ex
causa romani nūc quoq; naues: quę leuitate: celeritateq; prę sta-
rent liburnicas solent appellare. Fama est Autarios Apollinis
Mirū de religione. indignatione ī extremā decidisse cladem. Quippe eosdē: Cel-
Celtę: qui Cimbri tasq; quos Cimbros uocāt/ ad Delphos posuisse castra: statimq;
appellant. omnes dispersos aufugisse: multos ante inceptā pugnā/ pluuia
ī eos cū procellis fulguribusq; desęuiente. His uero qui ad pro-
Miracula Pharao- pria rediissent/ infinitā ranarū uim subortam: quę putrescentes
nis. flumina corrūperent. Vapore deinde ex terra exhalante/ pestē
Illyriorū: ac corruptionē insecutā esse: quę potissimū Autarios
inuaderet: donec profugi a patria: ac pestē deferentes/ cū nemo
ob timorē suscipere auderet/ triū & uiginti dierū progressi iter
ad tellurē palustrem: inhospitāq; uenere: & iuxta Bastarnarū
gentē condidere urbes. Celtarū porro tellurē Apollinem con-
Terremotus. cussisse aiunt: urbesq; absorbuisse. Nec prius finem tantę cladi
impositū/ q̄ & ipsi pari modo e laribus egressi sunt: & in Illyri-
os qui cū ipsis una deliquissent peruenere: Quos peste iam cō-
fectos: & ob id debiles/ cū facile uicissent: cōtractatione earū re-
Pirene. rum: morbo correpti in fugā abiere: & ad Pirenem usq; muta-
uere loca. Cū deinde ad orientē gressus conuertissent/ Romani
Celtarū metu ducti: cū quibus antea insigni bello dimicauerāt:
ne & hi superatis alpibus in Italiā uenirent/ cōsules oppositi sunt:
Clades romanorū. qui cū omni exercitu deleti sunt. Huiusmodi romanorū clades:
Marius senior. & terribile Celtarū nomen omnē inuasit Italiā: donec Mariū
Initiū eorū: quę ante imperatorē eligentes: qui prius Libycos: Numidasq;: ac Mau-
Octauiū in Illyrios rusios ingenti pręlio deuicerat/ Cimbros superarūt: plurimāq;
ab alijs gesta sunt. illis cędē sępenumero intulerūt: ut a me cū de Celtis scriberem

ſuo loco telatū eſt. Qua ex re debiliores iam effecti: & ob id exclusi tellure omni: multa perpeſſi atq; inferētes damna/ad propria tandē rediere loca. Et hic finis impietatis a deo Illyrijs: Celtiſq; impoſitus. Nec ꝓpterea a ſacrilegio impias cohibuere manus. Vez iterū ex Illyrijs Celtiſq;/Scordiſcij prȩcipue ac Medi Dardaniq; Macedoniā ſimnl ac Grȩciā excucurrere: & multa ex ſacris deprędati/Delphicum iterū inuaſere templum/pluribus ex ſuis tunc quoq; amiſſis: duobus ac triginta/a prima inter Romanos & Celtas incepta pugna/elapſis annis: & ex illo per interualla/cū eiſdem depugnantes/ denuo ob ſimile ſacrilegiū in eos mouere bellū: Lucio Scipione ducente exercitum: Iam tum quidē Grȩcis: Macedonibuſq; imperantes. feruntq; finitimos ad hȩc nefanda ſocios illis acceſſiſſe: uerū ſua ſponte nulla exhibita ope Scipioni eos reliquiſſe: Autariorū memoria ductos: qui per Illyriū omne concidiſſent. Scipionē uero Scordiſciorū uniuerſos fere deleuiſſe. Qui autē e bello ſuperfuerāt ad Iſtrū: fluminiſq; inſulas peruenisſe fuga. Ipſum deinde cū Medis & Dardanis: ſacri auri pactione corruptū ieciſſe fœdus: ex quo nō nulli Italorū monumētis ſuis prodidere: ob hanc potiſſimū cauſam romanos ſȩpenumero poſt Lucium: uſq; ad monarchiā ciuilibus inter ſe cōcertaſſe bellis. Hȩc igit̄ de Illyrijs a Grȩcis habitas longioribus uerbis a me perſcripta ſunt. Romani uero non hos duntaxat: ſed Peones ultra eos: nec nō Retios: Noricos: & Myſios qui Europā incolunt: & quoſcūq; alios bis finitimos qui Iſtrū a dextra nauigantibus ſeſe offerūt: uiciſſim ut Hellines a Grȩcis diſtinguūt: eoſq; proprijs appellationibus ſeparatim nominant: cȩterū cōmuni uocabulo Illyrios omnes arbitrant̄. Qua opinione a principio ducti: neutiq; adhuc in ea perſiſtētes/finē eatū inuenere nationū: ſed ab Iſtri ortu uſq; ad mare ponticū quod ſub tributo obtinēt/Illyrici fines eſſe uoluerūt. Quemadmodū autē ſub imperio illos adegerint romani: cum de Celtis ſcriberemus/pręfati ſumus minime nos abunde cognouiſſe: neq; bellorū principia: aut occaſiones percepiſſe.

Medi: & Dardani ex Illyrijs.

Lucius Scipio.

Lege de auro funeſto rem inauditam.

Peones. Retij. Norici. Myſij.

In alio uolumine poſitū erat cū de Cretenſibus.

Eamq; ob cauſam qui clarius Illyrioꝝ res diſcernerent/ ad ſcri-
bendū hortati ſumus. Que autē nobis nota ſunt propalā effe-
remus. Agron Illyriorū partis rex fuit/eius: quę circa Ionij ma-
Agron rex. ris ſinū ſita eſt. quā & Pyrrbus Epiri rex: & qui Pyrrho uicif-
Pyrrbus rex. ſim adbęſerūt/ olim tenuere. Idemq; & Epiri partē quandā: &
Corcyrā ultra banc: & Epidamnū: Pbarūq; ſuſcipiēs ſub cuſto-
dia detinuit. Reliquū autē Ionij cum adnauigaret. Inſula quędā
Eſſios nomine ad romanos defecit: & ſubinde legatos ad eos
Eſſios inſula. miſit/accuſationē eoꝝ: quę in Eſſios Agron cōmiſiſſet deferen-
Calemporus. tes. Illyrij nauigātibus inuecti Eſſiorū oratorē: Calemporū no-
Coruncanius. mine: nec nō romanoꝝ Coruncaniū: ut quidā arbitrāt interе-
merunt. Reliqui ſeipſos neci tradiderūt. Et ex boc romani na-
uibus ſimul ac pedeſtri exercitu Illyrios aggreſſi ferūt. Agron
Pine. infante filio ſuperſtite: cui Pine nomē fuit/diē obijt. Vxori ue-
ro regnū: quo filij curam aſſumeret q̄q̄ nec illius eſſet genitrix
Demetrius. ſeruandū dereliquit. Demetrius qui ex Agronis imperio Pba-
rū obtinebat/Corcyra interim adepta: romanis adnauigātibus:
utrāq; ex proditione illis tradidit. Romani Epidamnū in ami-
citiam eoꝝ pellexere: & Eſſijs: Epidamnijſq; obſeſſis ab Illyrijs
ad eoꝝ opem exercitū miſere. Quāobrem Illyrij obſidione diſ-
Atintani. ſoluta retrouertere copias: & quidam ex ipſis qui Atintani ap-
pellabant/ad romanos defecere. Intetea Agronis uxor legatos
ſuos Romā miſit: & captiuos: tranſfugaſq; romanis exhibens:
ueniā ab illis ſupplex poſtulauit: q̄ſi bęc nō ab ea: ſed ab Agro-
ne potius geſta eſſent. Romani Corcyram: Pbarū: Eſſios: atq;
Epidamnū: poſtremo Illyrios qui Atintani appellant ſub eoꝝ
imperio ceſſiſſe retulerūt. Pinē aliā Agronis regionē retinere:
ac romanorū ſocietate uti poſſe/ ſi a prędmiſſis ſe abſtineat: nec
ad Eſſium Illyrij prętereq̄ duobus lembis: & bis quidē inermi-
bus adnauigent. Quę omnia ab illis ſuſcepta ſunt. Et bęc prima
Prima fœdera roma- romanoꝝ cū Illyrijs prędia: fœderaq; extitere. Poſt quę Corcy-
notū cū Illyrijs. ram & Apolloniā libertate donauerunt. Demetrio quoq; pro-
ditionis dedere prędmia/ob ea quę cōtuliſſet. Infidelitatē tamen
aſpernātes quę paulo poſt ab eo prodijt. Romanis quippe per

triennīū circa Eridanum cum Celtis dimicantibus/Demetrius ueluti bello implicitos/ minus ueritus mare percurrit: & Istros Illyriorū nationē aliā sibi uendicauit. Atintanos etiā a romanis deficere coegit. Romani q̄ primū celtarū res cōposuissent/subito adnauigātes prędatores intercepere qui nuper cū Demetrio cęterisq; deficiētibus Illyrijs se cōiunxerant. Demetrium porro ad Philippū Macedonię regē fugientē: atq; iterū in patriā reuersum: & Ioniū classe deprędantē interemere: & Pharū eius patriā cum illo cōiurantem/euertere fūditus: Illyrijs ob Pinē denuo illos admittentē/indulgentes. Sic secūdo bella: fœderaq; cū Illyrijs inita sunt. Reliqua uero a me neq; tempore neq; ordine magis omnia/ q̄ per Illyrioz nationes: quemadmodū singula quęq; repperi descripta sunt. Romani Macedoniam bello inuaserāt: cū Perseus post Philippū eius regno potiret. Perseo Genthius Illyriorū rex alius/pecunijs inuitatus ad bellū/socius accesserat: Illyriosq; in romanos cōcitarat: ac romanorū legatos ad eū proficiscētes uinculis iniecerat causatus nō legationis sed explorādi occasione ad se uenisse. Ob eam rem Anitius romanorū prętor/nō nullas Genthij naues mari cepit. deinde ī terrā progressus/eundē bello superauit: Et loco quodā cōclusum: cū uenia depoſceret/ romanis se dedere suasit. Ille ad consultandū tres dies postulauit. Quibus cōcessis: cū interim sibi subditi ad Anitiū transirēt: ut ad eū accedere posset exorauit. Ad quē delatus genu procūbens summa turpitudine ꝑ seipso deprecatus est. Anitius trepidantē adhortatus/ manu sustulit: & simul in cōuiuio discūbere monitū: cū e triclinio discederet/ a ministris in custodiā inijci mādauit. quē Romę deinde cū filijs ī triūpho habuit. Genthij bellū diebus uiginti cōsumatū fuit. Septuaginta illius urbes/ Emilius Paulus qui Preseū regem bello superauit: & ad Senatū misit/in hunc modū deprędatus est. Clanculū enim Romā profectus: & inde reuersus/a Senatu summa celeritate urbiū incolis cōmissorū uenia cōcedere uelle allato omni quod haberent auro atq; argento pollicet. Consentiētibus ipsis

Istri.

Philippus rex.

Secunda fœdera.

Perseus.

Genthius: de quo Plutarchus in uita Emilij

Anitius.

Paulus Emilius.

Perseus rex.

exercitū ad unamquāq; eorū urbiū per partes intulit. Tandem uniuerſis exercituū ducibus/ diffinita die/ ad autorā per pręconem urbes publice diſcurrere: omneſq; pecunias intra horarū triū ſpaciū in forū deferri a ciuibus imperat. Quibus allatis reliqua omnia prędę expoſuit. Sic Paulus una hora ſeptuaginta ſpoliauit urbes. Ardiei autē: & Palarij alia Illyriorū natio/ Illyriū quod a romanis tenebat inuaſerant. Quibus romani ob occupationes miſere legatos: qui illos detetrerēt. Nō parentibus uero exercitū decē millium peditū: equitū ſexcentū deſtinant. Illi cognita re/ nundū parati in bellum/ legatos ſuos Romā mittunt: & ueluti geſtoꝝ ꝑ eos pœniteret/ uenią expoſtulāt. Senatus damnorū impēſam: quā indigne oppreſſis intuliſſent/ perſoluere illos iubet. Cum id quoq; neglexiſſent/ Fuluius Flaccus ingentibus copijs ī eos proficiſcit. Pręliū ad excurſionē duntaxat uſq; finitū eſt. Nō enī exitū diligenter inuenire potuerūt. Iapodes intra alpes incolentes/ Sempronius Tuditanus cognomine: & Tiberius Pandulius pugna ſuperarūt: uiſumq; eſt illos ambobus paruiſſe. Pari modo & Segeſtani/ Lucio Cottę: ac Metello ſe dedere. Veꝝ omnes nō multo poſt a romanis deſciuere. Dalmatę Illyriorū ab his diuerſa natio/ Illyrios Romanis obſequētes inuaſerunt: & legatos romanoꝝ eam ob cauſam adeos uenientes minime admiſerūt. Quāobrē uident romani aduerſus illos ſumpſiſſe arma: Marco Figulo cōſule ducente. At hi Figulo q̄primū inferente copias/ cuſtodias aggreſſi ſuperarunt: eaſq; ab exercitu in campū pepulerunt: ita ut ad Naronē uſq; fluuiū fuga peruenirēt. Veꝝ ijdem retrouertere gradum. Iam enī inſtabat hyems. Figulus ratus eos inopine aggredi poſſe/ diſcurrentes undiq; ad eius impetū ex oppidis offendens in fugam uertit: donec ad urbē Delminiū: a qua Dalmatarū nomen illis inditum/ terga dare cōpulit. Cū nihil ex impetu aduerſus munitā urbē conari: neq; machinas ob altitudinē adhibere poſſet/ ad alias excurſiones ſe cōuertit. Deſtitutis omnibus & inhoſpitis ob inſultus in Delminiū factos/ Ipſe bicubitas ſudes pice ac ſulfure ſtuppaq; cōponens ex catapultis ī Delminiū

Illyrij deprędatio.
Septuaginta urbes una hora ab Emilio ſpoliatę.
Palarij populi.
Fuluius Flaccus.
Iapodes.
Sempronius Tuditanus.
Tiberius Panduſius.
Segeſtani.
Lucius Cotta.
Metellus.
Dalmatę.
Marcus Figulus.
Naro fluuius.
Vrbs Delminiū: a qua Dalmatę.
Catapulta eſt baliſta maior. Attende.

iacit: quę ab impetu ſuccenſę: & lampadarū uice per inane uo-
litantes/ quęcūq; attigiſſent igne corripiebāt. Ita multa a flam-
mis abſumunt. Eoq; modo finis belli a Figulo Dalmatis impo-
nit. Sequenti tēpore Cecilius Metellus/ conſulatū adeptus/ ni- Cecilius Metellus.
hil delinquentibus Dalmatis/ triūphandi libidine bellū ex de-
creto intulit. A quibus amice ſuſceptus/ in Salone eorum urbe Salo urbs.
trāſegit hyemē. Poſtremo Romā delatus/ nulla ex cauſa trium-
phauit. Cęſare haud longe in Celtas ducente copias/ Dalmatę: Caius Cęſar.
alijq; Illyriorū populi/ proſpere rem geſſiſſe uiſi ſūt: & Libur-
nis: quę Illyriorū gens alia habet/ Promonā abſtulere urbē. Li-
burni romanis ſe dedētes/ ad Cęſarē iam ꝓpinquū fuga perue-
nere. Cęſar legatos ad illos miſit: hortatuſq; eſt ut qui Promo- Vrbs Promona.
nā ſuſcepiſſent/ Liburnis reſtituerent. Deſpiciētibus illis man
data exequi/ exercitū ingentē intulit: qui ab Illyrijs oppreſſus
eſt. Cęſar curis prępeditus inſtante Pompeianorū ſeditione cū
iam ad bellū inclinaret/ nihil ulterius molitus eſt. ueꝛ cū omni
exercitu/ q̄q̄ tempeſtate aduerſa: a Brunduſio Ioniū trāſmiſit: Lege in bellis ciui-
cū Pompeio in Macedonia geſturus bellū. Reliquū exercitum libus.
Antonius in Macedoniā Cęſari perduxit. Ingenti deinde tem-
peſtate tenente Ioniū/ Gabinius cohortes peditū quinq; ſupra
decē: equites ter mille per Illyriū ad Cęſarē adducere tentabat:
quos Illyrij timore eorū: quę paulo ante in Cęſarē egiſſent: cū
uictoriā eius: internitionem rebus ſuis allaturā arbitrarēt/ Ga- Gabinius.
binio excepto: pauciſq; cū illo fugientibus/ ad unū interemere
omnes: magnamq; pecuniarū copiā ob hoc: ſpoliaq; innumera
obtinuere. Hęc Cęſar ob belli cū Pompeio neceſſitatem diſſi-
mulanter tulit. Deuicto deinde Pompeio: cū reliquias ſeditio-
nis huius per partes perſecutus eſſet/ tandē cōpoſitis omnibus
Romā redijt: expeditionemq; in Getas: Parthoſq; prępараuit.
Veriti itaq; Illyrij ne Cęſar ex itinere in eos inſultaret/ legatos Illyriorū legatio ad
Romā mittunt: qui actorū ueniam depoſcerent: ſeq; in amici- Cęſarem.
tiam eius: ſocietatemq; dederent/ Illyrioꝛ gentem ueluti bello
inclytā uerbis extollentes. Cęſar in Parthos ꝓfecturus acerbius

Atinius.

Bebius.

Marcus Brutus.
Cassius.

Peones.

Agriani.

Cornelius

Lege a quo historiam sumpsit Appianus.

responsum reddidit Minime amicorũ loco habiturtos eos: qui talia in ipsum perpetrassent. Indulgere autẽ uelle si tributa cõtulissent: obsidesq; dedissent. Vtraq; pollicẽtibus ipsis/ Atiniũ cũ tribus legionib9 magnoq; equitatu ad eos mittit: qui tributa quędã parua imponeret: obsidesq; reciperet. Defũcto interim Cęsare: rati romanoꝝ res: ut ĩ illo potissimũ uires habuissent: ita eius morte penitus extinctũ iri/ Atinio ulterius parere recusarunt: neq; tributa aut obsides cõferre uoluerunt. Crassante in eos quinq; cohortibus Atinio/ Illyrij in illũ conuersi/ bello superarũt: ductorẽq; ordinis Bebiũ consularẽ uirũ interemerũt. Atinius cũ residuis ex fuga Epidamnũ sese cõtulit. Romanorũ deinde Senatus exercitũ huiusmodi: & Macedoniã ultra ipsũ: Illyriosq; omnes: quibus imperabat/ Marco Bruto: qui Cęsarẽ occidit: quemadmodũ & Syriã Cassio/ eiusdẽ necis conscio: & participi concessit. Sic illis aduersus Antoniũ: Cęsarẽq; Augustum cognomine pugnãtibus/ Illyrij nullo ocio potiti sunt. Peones uero natio ingens circa Istrũ per longũ incolens/ ab Iapodũ populis supra Dardanos protẽdit. Hi Peones a gręcis: a romanis Pannonij appellant: & ab illis ut pręmissimus inter Illyrios annumerati sunt. De quibus nunc mihi Illyrioꝝ res recensenti uidetur differendũ. Glorioси hi admodum ob Macedonũ Agrianos qui potissimũ Philippo & Alexãdro in bellis pręstiterũt: quoniã & hi Peones fuere: ex his qui inferiora incolũt: ab Illyrijs coloni editi. Cęterũ cum Cornelius aduersus Peones exercitũ deducens: turpiter reiectus esset: ingens Peonũ fama uniuersam formidine cõcussit Italiã: Ac deinceps per longum tempus: qui cõsulatũ apud romanos gerebãt/ haudquaq̃ Peones bello aggredi ausi sunt. Et hęc iampridem tam ingentia de Illyrijs & Peonũ populis/ scrutãdo repperi. In Cęsaris uero cõmẽtarijs/ eius: qui Augustus cognominatus est/ nihil antiquius de Peonũ gente perscriptũ legi. Aliã quoq; Illyriorũ gentem: pręter eam quã rettuli/ romanis paruisse mihi uisum est: uerũ quę ea sit haud intelligo. Non enim alienas res Augustus: sed

proprias conſcripſit: Quemadmodū ab imperio deficientes ad tributa redegit: & alias ſub proprijs legibus degentes bello ſuperauit. Poſtremo reliquas omnes: quę ſummitates alpiū incolunt barbaras: bellicoſaſq; nationes per uim ſubdidit: quę finitimę Italiā furtim prędabant. Et profecto mirū mihi uidet: cū tam multę magnęq; romanorū copię contra Celtas & Hiberos alpes pertranſierint/ eas nationes contēpſiſſe. Caiū etiā Cęſarē feliciſſimū in bellis uirū pari modo eos neglexiſſe: cum Celtas oppugnaret: & per decē fere annos circa puinciā illā hibernaſſet. Cęterū arbitror hos uiros ad ea quę elegiſſent properantes: de trāſitu alpiū dūtaxat cogitaſſe. Caius Cęſar circa celticā moram ducens: & ſeditioni pompeianę: quę hęc ipſa ſibi aſſumeret/ finē ſolum apponere curauit. Videt inſuper & Illyrium & celtas ſimul eligens/ nō omnibus: ſed his quę ad romanos pertinerent pręfuiſſe. At uero Cęſar Auguſtus uniuerſa adeptus: cū interloquendū Antonij inertiā Senatui explicaſſet/ Illyriam gentē prę cęteris bellicoſiſſimā: & eundē ſępenumero infeſtantem/ mitem reddidiſſe: Oxyeos: Perthenetas: Bathiates: Taulantios: Cambeos: Cinambros: Merromenos: atq; Pyriſſeos: omni experientia edita ſibi ſubdidit. Maiore inſuper labore capti ſunt: & ad tributa quę ſoluere deſierant impulſi/ Docleatę: Carinij: Interſrurini: Nariſij: Glintidiones atq; Tauriſci. Quibus uictis finitimi metu territi/ Ippaſini ſcilicet: & Beſſi/ ſe illi tradidere. Deficiētes uero Melitinos & Corcyreos: qui inſulas incolūt/ ingenti belli mole ſuperauit: quoniā maria claſſe prędabāt. Et horū quidē impuberes Cęſar iuſſit interfici: reliquos precio uenūdedit. Liburnis naues ademit: quoniā & hi pariter maria infeſtabāt. Ex Iapodū gente quę intra alpes habitat Moentini & Edeatę ipſi aduenienti ſe ultro tradiderūt. Aurupini qui plurimi & bellicoſiſſimi ex Iapodū natione referūt/ ex urbis ad urbē ſeceſſerunt. Appropinquāte quoq; illo/ inter ſiluas latuerunt. Cęſar capta urbe/ neutiq; ignē inijci paſſus eſt: ratus eos ſe tandem illi eſſe dedituros. Quo facto urbē ut incolerent

Geſta per Auguſtum uſq; in finem.

Caius Cęſar.

Cęſar Auguſtus.

Nomina barbararum & deuictarū ab Auguſto nationum.

Moentini.

Edeatę.

omisit. Maxime autē inter omnes Cęsari impedimentū attu-
lere Salassi & Iapodes qui ultra alpes incolunt. Segestani: Dal-
matę: Daisij: Pęonesq; qui Salassijs sponte adbęserant. Hi uer-
tices alpium tenent. montes inaccessi: arcta semita: ac difficilis
ad eos ducit: quorū fiducia proprijs degebant legibus: & uecti-
Veterus. galia a transeuntibus poscebant. Hos Veterus inopine aggres-
sus/ angusta locorū per insidias occupat: & per bienniū obses-
sos tenuit. Illi salis inopia ducti quo maxime indigebant/ tandē
admisere custodias. Postremo a Vetero deficientes munimēta
deiecere: & angustijs locorum occupatis: qui a Cęsare ad ipsos
mittebant' irrisere: cum nihil magnū in eos conari possent. Ea
ex causa Cęsar instante contra Antonīū bello/ suis legibus de-
gere cōcessit: Et qui Vetero insultassent ueniam indulsit. Hęc
omnia ad suspitionem uertentes ipsi / alias iterum urbes con-
gregabant: & quę Romanis parerent inuadebant: donec Mesa-
Mesala Coruinus. la Coruinus: ut illos expugnaret a Cęsare pręmissus/ fame do-
muit: Eoq; modo Salassi in romanorum cessere potestatem. Ia-
podes qui ultra alpes incolunt/ natio ferocissima: ac pene silue-
Aquileia. stris/ bis a se/ per annos fere uiginti Romanos repulere. Aqui-
Torgium. leiam quoq; excucurrere: & Torgium romanorum coloniam
deprędati sunt. Insurgente in eos Cęsare per iter asperum atq;
aduersum: adhuc magis contra eum irritabant'/ nemora in op-
positum illi pręcidentes. Cum deinde ad aliam siluam diuer-
tisset Cęsar in fugam abeunt: & appropinquanti struxere insi-
dias. Cęsar id ipsum suspicatus/ ad montium apices ex suis mit-
tit: qui eos utraq; ex parte aggrederēt'. Summissius aduentante
illo: & siluas excidente/ Iapodes ex insidijs subito apparuere:
multosq; affecere uulneribus. Verū maior eorum pars/ ab his
qui ex apicibus decurrerant interfecti sunt. Reliqui iterum ad
Terponus urbs. siluas reuertuntur/ urbem relinquentes: cui Terponus nomen

fuit. Eam interceptam Cęſar minime cremauit: ſatis arbitratus pariter illos ſe eſſe dedituros: ut fecere. Deinde ad aliam proceſſit urbem. Metuliū incolę nuncupāt: quę Iapodum primaria habet urbs. Sita eſt autē in monte nemoroſo/ duobus conditа tumulis: quos uallis modica interſecat. Et iuuentus ad triū millium numerū/ armis: animiſq; prępollens/ Romanos circa mœnia pugnantes/ facile ab illis repellebat. At hi aggerem erigentes a Metulijs hinc inde diſcurrentibus die noctuq; uexabant: & e muris machinarū ope: quas in bello acceperant longius diſtare cogebantur. Nam ea pugna: quā Brutus haud longe ab eo loco cū Antonio & Cęſare ipſo ſimul habuit/ machinas ſuſceperant. Diſſipantibus interim romanis eorū mœnia: illi interius propugnacula alia ſtruebant: & labore defeſſi in ea quę cōſtruxerant ſaltu ferebantur. Romani recepto muro: qui ab illis relictus fuerat/ igne ſuccendunt. ad reliquū uero agges res binos erigunt: a quibus pontes ſubinde quattuor ad mœnia ſtruxere. Peractis omnibus Cęſar non nullos ad aduerſam urbis partem ire iubet: ut ciues ab inuicem diſtraberet: reliquos ex ſuis per pontes ad mœnia accelerare admonet. Interim ab edita turri quę fierēt intentus proſpectabat. Barbari aſcendentibus ipſis ex aduerſo p mœnia occurrūt. Cęteri a tergo inſidias ſtruentes: cū pontes longos lanceis appellerēt/ adhuc magis exultare incipiunt. Vno igit ex pontibus: deinde alio poſt primū corruente: cū tertius in ruinā laberet/ timor omni ex parte romanos occupat: nec ullus quartū pontē audebat ingredi. Cęſar igit e turri eos increpare pergit. Cū nec ſic in bellū cōcitare poſſet/ Ipſe clypeo aſſumpto per pontem curſu ferebat. Accurrunt & cū eo ex ducibus Agrippa: & Hieron: Luciuſq; ex corporis cuſtodibus Iolas. quattuor hi ſoli: ac ſcutiferorū nō nulli pontē occupāt. Cęſare igit pontē tranſeunte: rubore ducti milites confertim ad eū aduolant. Qua ex cauſa pręgrauatus pons

Metuliū urbs.

Notabile magnanimitatis exemplum de Auguſto.

ad inferiora ſtatim labit: uiriq; inuicē plurimi in terrā corruūt: ex quibus nō nulli periere: Alij ferme contritis membris effe-runt. Cęſar crus dextrū & utrūq; brachium ſaucius denuo tur-rim cōſcendit: cōſularibus quibuſdā proſequētibus: ut ex fide ſe incolumem eſſe oſtenderet: ne quis interim ex rumore mor tis eius tumultus oriret: aut hoſtes illū terga uertere putarēt: ac protinus aliū exedificare iubet pontē. quę res pręcipue Metu-lios exterruit: cum ſe aduerſus hominē animo penitus inuictū bellū inijſſe cernerēt. Poſtridie itaq; legatis ad eū miſſis: quin-gentos quos idē poſtularat exhibuere obſides: & cuſtodias ad-mittere polliciti: altiorē ut cuſtodirent reliquere tumulū. Ipſi in alterū omnes ſeceſſerūt. Cū cuſtodes ad eos uenientes arma deponere iuberent: animo turbati: mulieres eorū: atq; filios in-tra Senatus cōclusere locū: & cuſtodias ſimul admittētes roma-nis annunciāt: Si quid inſolitū erga eos moliri audeant: ſe locū illū incenſuros: & cū deſperatione pariter romanos inuaſuros. Quibus dictis ex inferiore loco quaſi ſuperiorē aſcenſuri i unū coeunt. Tunc uero cuſtodię Senatus locū ultro incendunt. Plu-timę igit mulierū ſeipſas filioſq; interemere. Quędā natos ui-uos deferētes iniecere igni. Sic omni Metuliorū iuuentute fere in armis cōcidente: & inutiliū maiore parte igne conflagrāte: ciuitas quoq; incendio abſumpta eſt: ita ut nullū tam ingentis urbis ſuperfuerit ueſtigium. Deuictis Metulijs: Iapodum reli-qui timore ducti: ſeipſos Cęſari dedere. Sic Iapodes: qui ultra alpes incolunt: tunc primum romanorum tulere iugum. Rece-dente deinde Cęſare: Poſſeni ab illo defecerunt. quos Marcus Elbius ad eos miſſus bello domuit: & qui defectionis cauſa fu-erant occidit: reliquos precio uenundedit. In Segeſtanorū igit tellurē bis antea profecti romani: neq; obſides neq; aliud quicq; ab illis abſtulerāt. Qua ex cauſa Segeſtani maiores ſpiritus ſibi aſſumpſerant. Cęſar per Pęonū tellurē: cū & bi nundū roma-nis paruiſſent: in eos profectus eſt. Nemoroſa quippe Pęonū regio eſt: & in longum ab Iapodum populis uſq; ad Dardanos

Nota Suetonij errotē qui ita ſcribit. Dal-matico etiam uulne-ra excepit. una acie dextrū genu lapide ictus: altera & crus & utrūq; brachium ruina pontis cōſau-ciatus. Nō enī Dal-matico: ſed Iapodū bello geſtum. nec in acie: ſed expugnati-one urbis.

Excidium Metulio-rum urbis: biſtorię nobis incognitę: li-cet pręclarę.

Poſſeni.

Marcus Elbius.

Segeſtani.

Deſcriptio regionis Pęonum.

protendit. Peones nullas urbes habēt: agros dūtaxat & uillas ꝑ cognationes possident. Neq; iudicia cōmunia illis adsunt: neq; principes qui cęteris pręsint. Ipsi centū millia uitorū ętate ad bellū integra utiq; habebāt: uerū imperio carentes minime in unū cōgregarāt. Appropinquāte Cęsare/ ad siluas delati fuga: si quos ex romanis palātes repperissent occidebāt. Cęsar quo/ ad illos ad se uenturos credidit/ neq; uillas: neq; agros eorū de/ populatus est. Nō accedentibus/ ignē omnibus immisit: & per cōtinuos octo dies maximis affecit cladibus: quibus in Segesta/ norū & Peonū regionem: usq; ad Saum fluuiū est profectus. Huius in ripa ciuitas/ latissimo fluuio: & ingenti fossa munita consīdet. Qua ex causa potissimū Cęsar illā inuasit: ueluti belli horreum in Dacos: Bastarnasq; qui ultra Istrū incolūt habitu/ rus. Idem fluuius bis ī locis Danubius dicit: nec multo deinde inferius elapsus: uberioribus aquis: pro Danubio Istri nomen assumit. Saus autē Istrū influit. Erantq; Cęsari naues eo in flu/ mine: quę cōmeatum ad exercitū per Danubiū afferrent. ob id Cęsar Segestā urbē sibi assumpserat. Progrediente eo/ Segesta/ ni legatos destinant: quid facto opus sit ab eo exquirūt. Ille cu/ stodias accipere: & obsides centū afferre imperat: ut tute eorū urbe ueluti horreo aduersus Dacos uti queat. Frumēti insuper quantū ipsis liceat afferre. Hęc igit primores exequi haud ini/ quū existimabāt. Populus ecōtra turbari cœpit: obsidesq; con/ tēnere: quoniā nō ab ipsis forsan liberi: sed a primoribus dandi essent. Accedente igit custodia/ aspectū ferre nequeuntes/ furi/ bundo impetu aduolant: portasq; protinus occludunt: ac desu/ per e mœnibus iterū sese offerunt. Ea ex re Cęsar fluuiū ponte cōiunxit: uallū: fossasq; undiq; cōmunit. Cōclusis ciuibus intra urbē/ aggeres binos erigit. ad quos Segestani sępenumero cur/ su ferebāt. sed cū aggeres inuadere nequirēt/ faces: ignēq; plu/ rimū ex superiore loco iaciūt. Appropinquātibus ad eos subsi/ dijs a Peonū natione alia/ Cęsar ex occursu insidias illis instruit Sic eorū pars interimit: pars in fugam uertit. nec ulla ulterius

Saus Fluuius.

Daci. Bastarnę.

Differentia nominū Istri: & Danubij.

Segesta urbs.

Peonum ad Segeſtanos acceſſere ſubſidia. Segeſtani obſidionē omnē fortiſſime perpeſſi/ trigeſima tandem die difficili pugna ſuperant. Ac tum primū ſupplicare didicere. Quorū uirtutem

Virtus hoſti ī precio.

Cęſar admiratus: nec nō precū pietate motus/ neutiq; occidit: aut clade ulla cōturbauit: ſed pecunia mulctare cōtentus/ in ciuitatis ſemota parte concluſit: & quinq; ſupra uiginti cohortes pro cuſtodia urbis intulit. His peractis Romā: denuo in Illyriū rediturus abſceſſit. Fama deinde uulgante Segeſtanos cuſtodiā quam in urbē recepiſſent: per uim interemiſſe/ Cęſar q̄q̄ hyemis tempore curſu ad eos proficiſcit. Tandē rumorē fallo edi-

Felicitas Auguſti.

tum intelligens: ueritatis cauſam ſubinde inuenit/ Suos in periculo cōſtitutos fuiſſe: Segeſtanis inopine eos inuadentibus: a quibus multi cōfeſtim interēpti eſſent: uerū ſequenti die milites ciues inuadentes obtinuiſſe urbē. Quāobrem Cęſar copias ī Dalmatas cōuertit/ gentē Illyriorū aliā: & Taulantijs finitimā.

Bellum Dalmaticū.

Dalmatę quidē exquo ſub Gabinio quinq; cohortes interimētes ſigna ademerant/ ob res proſpere geſtas animis elati/ p decē annos neutiq; depoſuere arma: & aduenienti Cęſari una cū Segeſtanis occurrere ſtatuerāt. Erāt quippe bellicoſiſſimorū milVerſus.

lia duodecē: & ultra. ducē quoq; ipſis Verſū nomine pręfecerāt. Ille Promonā Liburnoꝝ urbē denuo inuadēs/ uallo: foſſaq; munierat: aliaq; ex natura locorū munitiſſima occuparat. Nam regio omnis mōtuoſa: collibus undiq; acutis/ pinnarū in modū erectis prominet. Maior itaq; eorū pars urbē inſederat. Cuſtodias uero p colles in altū ēminentes collocarāt: ſic ut ab excelſo romanoꝝ caſtra facile reſpicerēt. Cęſar ꝑpalā omnes muro ſe-

Stratagema.

pire uelle ſimulat: clanculū autē audaciores: qui aditus ad mōtiū ſūma deferētes explorarēt/ emittit. Hi igit̄ p ſiluas ſe occulentes/ nocte cuſtodias īuadūt: & adhuc ſomno cōſopitas ferro cędūt: ac Cęſari finē itineris ſibi adeſſe ſignificāt: ad expugnationē urbis maioribus copijs eſſe opus. & ex tumulis per uim captis alios ſupra alios emittūt/ ad eos: qui ulteriores colles occuparāt. Cōfeſtim igit̄ turba ac trepidatio barbaros inuadit: cū ſe omni ex parte circūuentos eſſe intelligūt: maxime uero qui

in tumulis ſteterāt eminentioribus: ob aquę indigentiā in pri/
mis formidantes: ne exitus undequaq; clauderēt/ in Promonā
deferunt. Cęſar urbem: duoſq; aſſiſtētes colles: qui ab hoſtibus
tenebāt adhuc/ per quadraginta ſtadia muro ſepſit: & interim
Teutinū/ alium Dalmatarū exercitū ducentē/ ut his: qui obſi/
debant afferret opem inuadit: fuſūq; p montes inſequi pergit:
& adhuc proſpectante eo Promonā capit. Nam cū munimen/
tis nundū editis ciues ab extra decurriſſent: citoq; repellerent:
romani fugientibus illis ſe īmiſcētes urbē ingrediunt: ac tertia
ciuium parte deleta/ reliqui in arcem fuga abeunt. Romanorū
cohors interim ad portas eos obſeruabat. His cū barbari quar/
ta nocte inuecti eſſent/ cohors timore ducta portas dereliquit:
Verū Cęſar hoſtiū impetū confeſtim repulit: ac ſequenti die ſe
dedentes ultro cepit. Ex cohorte q; cuſtodiā reliquerat: ſorte ia/
cta decimū quenq; morte mulctauit. Ex turmaq; ducibus binos
ex decē ſingulis imminuit. Reliquos ea ęſtate hordeo: frumēti
uice cibari iuſſit. In hunc modū Promona capit. Teutinus ex/
ercitū p montes fugientē ī uarias partes effuderat. Quamobrē
romani nō longe illos inſecuti ſunt: diuiſionem eorū per tam
multa loca/ ob uiarū inexperientiā: ueſtigiorūq; implicitā con/
fuſionē formidantes. Nulla quippe itinera in unū copulāt ne/
morū ingreſſus: & Dalmatę Gabinio inſidias ſtruētes/ p uallē
profundā & in longū prodeuntē inter duos montes delituerāt:
Quo in loco inſidias Cęſari pariter inſtruxerāt. Cęterū ille iti/
nerū cōcurſus igne ſuccendit: & per montiū ſuperiora pręmiſ/
ſo exercitu: qui ab utraq; parte ad eū properaret/ iter per uallē
arripit: ſiluas undiq; pręcidens: urbeſq; inuadens: & quęcunq;
obuia in itinere igne corrūpens. Setouia urbe obſeſſa/ barbaro/
manus ingens ī auxiliū aduenerat: quibus obuians Cęſar urbē
ingredi ꝓhibuit. Eo ī pręlio lapide genu ſaucius p multos dies
ęger iacuit. Cōualeſcens Romā ad conſulatū redijt: cū Barbatio
Tullo collega magiſtratū initurus. Statylium Taurum ad reſi/
dua eius belli dereliquit. Menſis initio ingreſſus conſulatum.
Eamet die Antonio adminiſtratione prębita/ Ipſe in Dalmatas

Teutinus. al' Teſti/
nus.

Promona capit'.

Diſciplina militaris.

Cęſaris peritia in ex/
pugnandis barbaris.

Setouia urbs.

Hoc eſt q; Suetonius
uoluit dicere bello
Dalmatico uulne/
ratum Auguſtum
fuiſſe.

Barbatius Tullus.

Statylius Taurus.

iterum procurrit/ Triũuiratum adhuc obtinens. Iam enim ſecundi quinquennij tẽpus effluxerat: quem a ſeipſis a principio inuaſerant: Populus uero ſubinde confirmarat. Dalmatę igit̃ fame fatigati: cõmeatu undiq; excluſo: uenienti Cęſari ſponte obuiant: ſeq; illi ſuppliciter dedunt: obſides numero ſeptingẽtos ex proprijs filijs exhibent. Hos Cęſar romanorũ ſigna Gabinio adẽpta afferre monuit. Tributa quoq; quę ſub Caio Cęſare olim polliciti/ in id tempus diſtuliſſent/ perſoluere imperauit. Ita romanis obſequẽtiores deinceps effecti ſunt. Ea ſigna Cęſar ī porticu quę Octauia dicit̃ appẽdit. Deuictis Dalmatis: Derbani appropinquãte Cęſare/ueniã deprecari uelle: obſides tradere: & tributa olim intermiſſa exoluere cõfeſtim ꝓmiſere. Igit̃ Cęſar ꝓpius ad illos uenit: Cui obſides iuxta fœdus exhibuere: quos abſenti ob ualitudinẽ tradere & fœdus firmare recuſauerãt. Vident̃ & hi poſtremo inducti a Cęſare: qui Illyriorũ tellutẽ omnẽ: quę a romanis defecerat: aut prius ſub imperio neutiq; aſſueuerat/ad obſequiũ redegit. Eam ob rem triumphus Illyrius a Senatu Cęſari decretus eſt: quem poſt deuictũ tandẽ egit Antoniũ. Reſidui deinde Illyriorum habebunt̃ ante Peones a romanis/Retij. Poſt Peones/ Norici: Myſijq;: qui ad Euxinũ pontum uſq; incolũt. Retios igit̃: & Noricos exiſtimo Caiũ Cęſarẽ cũ aduerſus celtas depugnatet/ſubegiſſe: aut Auguſtũ cũ Peones aggrederet̃ bello ſuperaſſe. In medio quippe amborũ ſedes habẽt. Nec ullũ ī Retios aut Noricos bellũ geſtũ priuatim repperi: quamobrem cũ reliquis finitimis una deuictos fuiſſe arbittor. Marcus enī Lucullus: Lucij Luculli frater qui Mithridatẽ debellauit Myſiorũ regionẽ excurrit omnẽ: & uſq; ad fluuiũ curſũ tenuit: quo ī loco quattuor grẽcorũ urbes Myſijs finitimę ſitę ſũt: Iſtros uidelicet: Dionyſopolis: Odiſus & Meſembria. deinde Romã ex Gallia/ magnũ illũ Apollinẽ qui in palatio ſitus eſt adduxit. Nec ulterius quicq̃ a Romanis rẽpublicã regẽtibus cõtra Myſios actũ fuiſſe: aut ad tributa redactos eſſe: aut ab Auguſto geſtũ legiſſe memini: Sed Tiberiũ qui poſt Auguſtũ imperauit eos tenuiſſe. Verũ hęc a me ante

Porticus Octauia.

Derbani.

Triumphus Illyrius

Retij.

Norici.

Marcus Lucullus.

Magnus Apollo.

Tiberius imperator.

Aegypti adeptionē a populo peracta/ ſuo loco perſcripta ſunt. Que uero poſt ęgyptū Imperatores tenuerūt: aut bello uendicarūt/ ueluti ꝓpria ipſorū opera/ poſt cōmunia tandē diximus: in quibus multa de Myſijs quoq; continent. Nunc autē exquo Myſios: Illyrios romani exiſtimāt/ hic liber a me Illyriorū appellabitur: qui ut abſolutus crederet pręſcribere uiſum eſt Lucullum iam antea ſub populo imperantem Myſios excurriſſe: Tiberium uero ſub monarchia illos recepiſſe.

Ex hoc licet agnoſcere Appianū Imperatorū geſta deſcripſiſſe.

Appiani Alexandrini ſophiſtę Romanorū liber finit qui Illyrius inſcribit. Incipit eiuſdē Celticus. Traductio. P. Candidi.

Breuis explicatio Celtici belli uſq; in finē.

Camillus pater.

Eltę primi romanis inſurrexiſſe dicūtur: urbem quoq; capitolio excepto uicaptā incendiſſe: quos Camillus uicit & expulit: & poſt tempus iterum regreſſos denuo deuicit: triumphumq; ob id egit: cum iam octogeſimū ętatis attigiſſet annū. Tertio deinde celtarū copię Italiā ingreſſę ſunt: quas romani ſub Quinto Imperatore deleuere penitus. Poſt hos Boij celtarū natio ferocius romanos aggrediuntur. His Caius Sulpicius dictator cū exercitu occurrit: Stratagemate huiuſmodi uſus. Iuſſit enim milites a fronte cōſtitutos uno impetu tela iacere: eodēq; momēto ſtatim cōſidere: donec ſecundi iacula emiſiſſent. Idem tertia & quarta acie locatos agere: ceſſantes quoq; a iactu cōtinue inſimul iungi/ ne in eos tela uibrarēt. Cū poſtremo iacula emiſiſſent/ accurrere omnes uno impetu: & cū clamore protinus inuadere boſtes: manuſq; cōſerere. Terrefacere nēpe aduerſos/ tot telorū uno impetu excuſſorū/ miſſionē: ſubitāq; poſt hac aggreſſionē. Tela autē non bis ſimilia fuere quę romani Yſſos appellāt: ſed ex ligno quadrangulo/ medietas perfecta fuit. reliquū ex ferro pariter quadrāgulo: molliq; mucrone excepto. Hoc pacto Boioꝝ exercitus

Quintus.

Boij.

Caius Sulpicius.

Stratagema.

Yſſi.

Popilius.
Camillus filius.
Paulus Emilius
Marius.

a Romanis diſſipatus eſt. Alios iterum celtas Popilius deuicit: & poſt illum Camillus: prioris Camilli filius eoſdem debellauit. Erexit & cõtra Celtas Emilius Paulus trophea. Ante Marij autẽ cõſulatus/ longe numeroſior bellicoſior: & ętate formidatior exercitus Celtarũ: Galliã inuaſit & Italiã: & quoſdã ex cõſulibus romanis ſuperauit: exercituſq; deleuit. cõtra quos electus Marius uniuerſos bello uicit. Vltima: maiorq; Gallorũ cũ

Caius Cęſar.

Romanis pugna/a Caio Cęſare peracta eſt. Plura quippe millia ferociſſimorũ uirorũ ꝑ decẽ fere annos: quibus Gallię prę/fuit/cũ eodẽ geſſere bellum: quę ſi quis ſub uno numero complecti cupiat/quadringẽta & ultra millia fuiſſe intelliget. Centum etenim millia uirorũ capta: totidẽ in pugna cecidiſſe conſtat: quatercentas nationes: urbes octingẽtas/quaſdã deficiẽtes ab ipſis: nõ nullas eũ ſuſcipiẽtes redegit ĩ poteſtatẽ. Ante Ma/

Fabius maximus.

rium Fabius maximus Emilianus/modicũ ferme deducens exercitũ: centũ & uiginti millia Celtarũ unica proſtrauit acie: cũ

Magna differentia.

quinq; ſupra decẽ ex ſuis dũtaxat amiſiſſet. Et hęc q̃q̃ ex uulnere quod in genã acceperat: grauiter ſaucius peragere nõ dubitauit/acies diſcurrẽs: ſuoſq; ad bellũ incitans: & quemadmodũ aduerſus barbaros eſſet pugnãdũ uerbis inſtruens: partim curru uectus: partim manu ductus inambulans. Cęſar cõtra eoſdẽ

Caius Cęſar.
Luetij.
Tigyrij.

bellũ gerens primũ Luetios: & Tigyrios ad ducentorũ milliũ numerũ ſubegit: quoniã Tigyrij ſuperiori tempore Piſone: & Caſſio quodã ducente exercitũ/ romanos pugna ſuperatos ſub iugũ miſerant: quemadmodũ in antiquis monumentis Paulo Claudio uiſum eſt. Hos quidẽ Tigyrios Labienus prętor ſupe

Labienus.
Tricurij.
Ariouiſtus.

rauit. Reliquos Cęſar: ac cũ his Tricurios illis afferẽtes opem. deinde cũ Ariouiſto germanos domuit: quoꝝ magnitudo ma/

Proprie de Germanis attende.

iorũ magnitudinẽ longe ſuperauit. His mores ferociſſimi inſunt: in aggrediendo inſignis audacia: contẽptus mortis maxi/

Spes

mus/ ob reuiuiſcẽdi ſpem. Ad hęc frigore fouent. pabulum in neceſſitatibus pro cibo habẽt. Equi eorũ nõ nunq̃ lignis alunt. Fuere tamen ut creditum eſt in bellis nõ admodum laborioſi:

aut ratione ulla inſtructi: uerū beluarū in modum furore ſęuientes: ob idq; a romanis per patientiam ac tolerantiam ſubacti. Nam barbari graui impetu in romanos inſurgentes/ phalangē protinus omnē diſcurrebāt. Romani ecōtra ordinē ſeruātes peritia rei militaris eos facile uincebāt. Poſtremo octoginta millia eorū per interualla dedere neci. Poſt hos Cęſar in eos qui Belgę nominātʒ inuectus/ in tranſitu fluminis deprehēſos/ tam ingenti cęde proſtrauit ut cadaueribus oppoſitis/ pontis in modū flumen pertrāſiret. Neruij tamen aliquādo illū terga dare coegerunt: cum exercitū ad iter prępārantē inopine aggreſſi/ plurimos ex ſuis occidiſſent. Nam ductores ordinū: & turmarum fere duces omnes confecerunt. Ipſumq; in tumulū quendā cū ſcutiferis redactū per circuitum obſederunt: ueq; legione decima a tergo incumbente ad ſexaginta millia eorū oppreſſa ſunt: qui ex Cimbroq: Teutonūq; progenie extitere. Vicit porro & Allobroges Cęſar. Sypetū: & Tancheroq; populos ad quadraginta millia: qui partim bello aſſueti: partim inexperti in acie ceſſerunt. Sycambri quingentis equitibus quinq; mille Cęſaris equites/ ſubito illis incumbentes auerterunt. Verum poſt hęc uicti dedere pœnas. Primus enī romanorū omniū Cęſar Rhenum pertranſiuit: & ad Britannoq; inſulā mediterraneo maxima maiorē exiſtentē cum exercitu delatus: quo in loco mortalibus nihil penſi eius fama fuit: circa inundationis tempus iter cœpit. Nam prius idē motus mare perturbauerat: & exercitus hinc inde per fluctus iactabatʒ ſenſim primo. deinde uehementius: donec uiolenta tandē promptitudine Britanniam inſulā ingreſſus eſt.

Belgę. Picardi.

Neruiorū laus.

Decima legio.

Cimbri.
Teutones.
Allobroges.
Sycambri.

Rhenus fluuius.
Britannorū inſula.
Anglia.

Appiani Alexandrini ſophiſtę Romanorū liber finit qui Celticus inſcribitur. Traductio. P. Candidi.

Impreſſum eſt hoc opus Venetijs per Bernardū pictorem & Erhardum ratdolt de Auguſta una cum Petro loſlein de Langencen correctore ac ſocio. Laus Deo.
.M. CCCC. LXXVII.

